culi. vn̄ manifeſtum ē ꝙ ſimpl'r voluntariū eſt. vn̄ ⁊ ꝯpe-
tit ei rō voluntarij. q2 principium eius ē intra. ſꝫ ꝙ accipi
atur id qḋ ꝑ metū fit. vt extra hūc caſum exn̄s. put repu-
gnat voluntati. hoc n̄ eſt niſi ſcḋm rōnē tm̄. ⁊ iō eſt inuolū
tarium ſcḋm q̄d. i. put ꝯſiderat̄ extra hūc caſum exn̄s. ¶
Ad .i. ergo dḋ. ꝙ ea q̄ agunt̄ ꝑ metū ⁊ ꝑ vim n̄ ſolū dr̄nt
ſm̄ pn̄s ⁊ futuꝝ ſꝫ etiā ſm̄ hoc ꝙ in eo qḋ agit̄ ꝑ vim vo-
luntas n̄ ꝯſentit. ſꝫ oīo eſt contra motū volūtatis. ſꝫ id qḋ
ꝑ metū agit̄ fit voluntariū. iō q2 motus volūtatis fert̄ in
id lꝫ n̄ ꝓpter ſeipm̄. ſed ꝓpter aliud. ſ. ad repellēdum malū
qḋ timet̄. ſufficit .n. ad rōnem voluntarij ꝙ ſit ꝓpter aliud
voluntarium. volūtarium .n. eſt nō ſolum qḋ ꝓpter ſeipm̄
volumus vt finem. ſed etiam qḋ ꝓpter aliud volumus vt
ꝓpter finem. pꝫ ergo ꝙ in eo qḋ ꝑ vim agit̄ voluntas in-
terior nihil agit. ⁊ iō vt Greg. nicenus dicit ad excluden
dum ea q̄ ꝑ metum agunt̄ in diffinitōe violenti. n̄ ſolum
dr̄ violētum eſt cuꝰ principium eſt extra. ſed addit̄ nil con-
ferente vim paſſo. q2 ad id qḋ agit̄ ꝑ metum voluntas ti-
mentis aliq̄d confert. ¶ Ad .ij. dḋ. ꝙ ea q̄ abſolute dicūt̄
quolibet addito remanent talia. ſicut calidum ⁊ album. ſꝫ
ea q̄ relatiue dicunt̄ variant̄ ſm̄ ꝯparationē ad diuerſa. qḋ
eīn eſt magnū comparatum huic eſt puū comparatum alteri
Uoluntarium āt dr̄ aliquid n̄ ſolum ꝓpter ſe q̄ſi abſolu-
te. ſed etiā ꝓpter aliud q̄ſi relatiue. ⁊ iō nihil ꝓhibet aliq̄d
qḋ de ſe nō eſſet voluntariū alteri comparatū fieri volun-
tariū ꝑ comparatōēꝫ ad aliud. ¶ Ad .iij. dḋ. ꝙ illud quod ꝑ
metū agit̄ abſq3 conditōe eſt voluntarium. i. ſm̄ ꝙ actu
agit̄. ſed inuoluntariū eſt ſub conditōe. i. ſi tal' metus non
immineret. vn̄ ſm̄ illam rationem magis poteſt concludi
oppoſitum.

## Ad ſeptimuꝫ ſic ꝓceditur

Uidet̄ ꝙ concupiſcentia cauſet inuoluntariū. ſicut .n. me
tus eſt q̄dam paſſio. ita ⁊ concupiſcētia. ſꝫ metus cāt q̄dā
mō inuoluntariū. ergo etiā concupiſcentia. ¶ Pre. ſicut
ꝑ timorē timidus agit ꝯ id qḋ ꝓponebat. ita icontinēs ꝓ
pter concupiāꝫ. ſꝫ timor aliquo mō cāt inuoluntariū. er-
go ⁊ concupiā. ¶ Pre. ad voluntariū requirit̄ cognitio.
ſed concupiā corrūpit cognitionē. dicit .n. phūs in .vi. ethi.
ꝙ delectatio ſiue concupiā delectatōis corrūpit eſtimatō
nem prudentie. ergo concupiā cāt inuoluntariū. ¶ Sꝫ
contra eſt qḋ Damaſ. dicit. Inuoluntarium eſt miſericor
dia vel indulgentia dignum ⁊ cū triſticia agit̄. ſed neutꝝ
hoꝝ competit ei qḋ ꝑ concupiāꝫ agit̄. ergo cōcupiā nō cāt
inuoluntariū. ¶ Rn̄. dḋ. ꝙ ꝯcupiā nō cāt inuoluntarium
ſed magis facit aliquid voluntariū. dr̄ .n. aliq̄d volunta-
rium ex eo ꝙ voluntas in id fert̄. ꝑ ꝯcupiāꝫ āt voluntas
inclinat̄ ad volendum id qḋ ꝯcupiſcit. ⁊ iō ꝯcupiā magis
facit ad hoc ꝙ aliq̄d ſit voluntarium q̄ꝫ ꝙ ſit inuolūtariū
¶ Ad .i. ergo dḋ. ꝙ timor eſt de malo. ꝯcupiā āt reſpicit
bonum. malum āt ſm̄ ſe ꝯriat̄ voluntati. ſed bonū eſt vo-
luntati ꝯſonum. vn̄ magis ſe hꝫ timor ad cauſandum inuo
luntarium q̄ꝫ ꝯcupiā. ¶ Ad .ij. dḋ. ꝙ in eo qui ꝑ metuꝫ
aliquid agit manet repugnātia voluntatis ad id qḋ agit̄
ſm̄ ꝙ in ſe conſiderat̄. ſed in eo qui agit aliq̄d ꝑ ꝯcupiām
ſic eſt incontinēs. non manet prior voluntas q̄ repudia-
bat illud quod concupiſcit̄ ſed mutat̄ ad volēdum id qḋ
prius repudiabat. ⁊ iō qḋ ꝑ metū agit̄ q̄damō eſt inuolū

tariū. ſed qđ p̄ ↄcupiaȝ agit̃ nullo mō. nā incōtinēs con
cupiſcētie agit contra id qđ prius ꝓponebat non āt cōtra
id qđ nūc vult. ſȝ timidus agit ↄ id qđ etiā nūc ſm̄ ſe vult
¶ Ad iij. dđ. ꝙ ſi ↄcupia totalit̃ cognitionē auferret. ſicͣ
ↄtingit in illis qui ꝓpter ↄcupiaȝ fiūt amentes. ſeq̄ret̃ ꝙ
ↄcupia voluntariū tolleret. nec tñ ꝓprie eſſet ibi inuolun-
tariū. q2 in his q̄ vſum rōis nō hñt. neqȝ voluntariū ē neqȝ
inuolūtariū. ſed q̄nqȝ in his q̄ p̄ ↄcupiaȝ agunt̃ nō totali-
ter tollit̃ cognitio. q2 nō tollit̃ ptās cognoſcendi. ſed ſolū
conſideratio actual' in p̄ticulari agibili. ⁊ tñ hoc ipm̄ ē vo-
luntariū ſm̄ ꝙ voluntarium dr̄ quod eſt in ptāte volen-
tis. vt nō agere ⁊ nō velle. ſilr aūt ⁊ nō ↄſiderare. põt. n.
voluntas paſſioni reſiſtere. vt infra dicet̃.

## Ad octauū ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ ignorātia nō cauſet inuoluntariū. inuoluntariū
eñi veniam meret̃. vt Damaſ. dic. ſed interdum quod p̄
ignorantiam agit̃ veniam nō meret̃. ſm̄ illud. i. ad Corin-
thi. xiiij. Si quis ignorat ignorabit̃. ergo ignorantia non
cauſat inuoluntarium. ¶ Pre. omne pctm̄ eſt cum igno
rantia. ſm̄ illud Prouerbio. xiiij. Errāt qui opant̃ malū.
ſi igit̃ ignorantia inuoluntarium cauſet. ſequeret̃ ꝙ omne
pctm̄ eſſet inuoluntarium. quod eſt contra Aug. dicentē
ꝙ omne pctm̄ eſt voluntarium. ¶ Pre. inuoluntariū cū
triſticia eſt. vt Damaſ. dicit. ſed quedam ignorāter agū-
tur ⁊ ſine triſticia. puta ſi aliquis occidit hoſtem quem q̄-
rit occidere putans occidere ceruum. ergo ignorantia nō
cauſat inuoluntarium. ¶ Sed contra eſt quod Damaſ.
⁊ phs dicūt. ꝙ inuoluntarium q̄ddā eſt p̄ ignorantiam.
¶ Rñ. dđ. ꝙ ignorātia habet cauſare inuoluntariū ea rō-
ne. q2 priuat cognitionem que ꝑrigit̃ ad voluntarium.
vt ſupra dictum eſt. non tñ q̄libet ignorātia hmōi cogni
tionem priuat. ⁊ ideo ſciendū ꝙ ignorātia tripl'r ſe hȝ ad
actum voluntatis. vno mō ↄcomitanter. alio mō ↄſequē-
ter. tertio mō añcedenter. Concomitāter quidē qñ igno-
rātia eſt de eo qđ agit̃. tñ etiā ſi ſciret̃ nihilominus ageret̃
tūc. n. ignorātia nō inducit ad volendū vt hoc fiat. ſed ac-
cidit ſil' eſſe aliqđ factū ⁊ ignoratū. ſicͣ in exēplo poſito. ſ.
cū aliquis vellet q̄dē occidere hoſtē. ſed ignorans occidit
eū putās occidere ceruū. ⁊ talis ignorātia nō fac̃ inuolun
tariū. vt phs dic. q2 nō cāt aliquid qđ ſit repugnās volū-
tati. ſed fac̃ nō voluntariū. q2 nō põt eſſe actu volitū qđ ig
noratū ē. Conſequēter āt ſe hȝ ignorātia ad voluntatē in
q̄tū ipa ignorātia eſt volūtaria. ⁊ hoc ↄtingit dupl'r ſcđm
duos modos volūtarij ſupra poſitos. Uno mō. q2 actus
volūtatis fert̃ in ignorantiā. ſicͣ cū aliq̄s ignorare vult vel
vt excuſatōeȝ pcti habeat vel vt nō retrahat̃ a peccādo. ſm̄
illud Iob. xxj. Sciam viaꝝ tuaꝝ nolumus. ⁊ hec dr̄ igno
rantia affectata. Alio mō dr̄ ignorātia voluntaria eius qđ
quis põt ſcire ⁊ dȝ. ſic. n. nō agere ⁊ nō velle voluntarium
dr̄. vt ſupra dictū eſt. hoc igit̃ mō dr̄ ignorātia ſiue cū ali-
quis actu nō ↄſiderat qđ ↄſiderare põt ⁊ dȝ. que ē ignorā
tia male electionis vel ex paſſione vel ex hitu ꝓueniēs. ſi-
ue cū aliquis notitiā quā dȝ hēre nō curat acquirere. ⁊ ſm̄
hunc modū ignorātia vliū iuris q̄ q̄s ſcire tenet̃ volū-
taria dr̄. q̄ſi p̄ negligētiā ꝓueniēs. cū aūt ipa ignorātia ſit
voluntaria aliq̄ iſtoꝝ mōꝝ non põt cāre ſimpl'r inuolun-
tariū. cauſat tñ ſcđm q̄d inuoluntariū inq̄tū ꝓcedit mo-
tum volūtatis ad aliquid agendū qui non eſſet ſciā p̄nte
Añcedēter aūt ſe hȝ ad voluntatē ignorātia qñ non ē vo-
luntaria ⁊ tñ ē cā volendi qđ non vellet alias. ſicͣ cū aliq̄s
hō ignorat aliquā circunſtātiā actus quā nō tenebat̃ ſci-

re. ⁊ ex hoc aliquid agit qđ nō faceret ſi ſciret. puta cū ali-
quis diligētia adhibita neſciēs aliquē trāſire p̄ viā ꝓij-
cit ſagittā q̄ interficit trāſeuntē. ⁊ tal' ignorātia cāt inuo-
lūtariū ſimpl'r. Et p̄ hoc p3 rñſio ad obiecta. nā prima rō
ꝓcedit de ignorātia eoꝝ q̄ quis tenet̃ ſcire. ſcđa āt de igno
rantia electōis. q̄ quodāmō eſt volūtaria. vt dictum ē. ter
tia vo de ignorātia q̄ ↄcomitāter ſe habet ad voluntatem

¶ Queſtio. VII.

# D Einde conſiderā-

dum eſt de circūſtātijs hūanoꝝ actuū. Et cir-
ca hoc q̄runt̃ q̄tuor. Primo quid ſit circūſtā
tia. Scđo vtꝝ circunſtātie ſint circa hūanos actus atten
dende a theologo. Tertio quot ſunt circunſtantie. Quar-
to q̄ ſunt in eis principaliores.

## Ad primum ſic ꝓcedit̃

Videt̃ ꝙ circūſtātia non ſit accñs actus hūani. Dic. n.
Tullius in rhetoricis ꝙ circunſtātia ē p̄ quā argumenta-
tioni auctoritatē ⁊ firmamentū adiungit orō. ſed orō dat
firmamentū argumētationi p̄cipue ab his q̄ ſunt de ſub
ſtātia rei. vt diffinitio. genus ⁊ ſpēs. ⁊ alia hmōi. a quib9
etiā Tullius oratorē argumētari docet. ergo circunſtātia
non eſt accñs hūani actus. ¶ Pre. accñtis ꝓpriū ē ineſſe
quod aūt circumſtat nō ineſt. ſed magis ē extra. ergo circū
ſtātie non ſunt accñtia hūanoꝝ actuū. ¶ Pre. accñtis nō
eſt accñs. ſed ipi hūani actus ſunt q̄dā accñtia. non ergo
circumſtātie ſunt accñtia actuū. ¶ Sed contra. p̄ticula-
res ↄditōes cuiuſlibet rei ſingularis dicunt̃ accñtia indi-
uiduātia ipm̄. ſed phs in. iij. ethi. circūſtātias noīat p̄ticu
laria. i. p̄ticulares ſinguloꝝ actuū ↄditōes. g° circumſtātie
ſunt accñtia īdiuiduātia hūanoꝝ actuū. ¶ Rñ. dđ. ꝙ q2
noīa ſm̄ phm̄ ſunt ſigna intellectuū. neceſſe eſt ꝙ ſm̄ ꝓ-
ceſſum intellectiue cognitōis ſit etiā noīationis ꝓceſſus.
ꝓcedit aūt nr̄a cognitio intellectualis a notioꝛib9 ad min9
nota. ⁊ iđ apud nos a notioꝛib9 noīa trāſferunt̃ ad ſignifi-
cādum res minus notas. ⁊ inde ē ꝙ ſicut dr̄ in. x. meta-
phi. ab his q̄ ſunt ſcđm locū ꝓceſſit nomē diſtātie ad oīa
ↄtria. ⁊ ſilr noīb9 p̄tinentib9 ad motū localem vtimur ad
ſignificādum alios motus. eo ꝙ corpa q̄ loco circumſcri-
bunt̃ ſunt maxime nobis nota. ⁊ inde ē ꝙ nomē circum
ſtantie ab his q̄ in loco ſunt deriuat̃ ad actus humanos.
dr̄ aūt in localib9 aliquid circumſtare qđ eſt quidē extrin
ſecum a re. tñ attingit ipam vel appropinquat ei ſcđm lo-
cum. ⁊ iđ q̄cunqȝ ↄditōes ſunt extra ſubſtātiā actus ⁊ tñ
attingūt aliq̄ mō actum humanū circumſtātie dicunt̃. qđ
aūt eſt extra ſubſtantiam rei ad rē ipam p̄tinens accñs ei9
dr̄. vñ circumſtātie actuū humanoꝝ accñtia eoꝝ dicenda
ſunt. ¶ Ad. i. ergo dđ. ꝙ orō quidē dat firmamentū argu
mentationi. primo ex ſubſtātia actus. ſcđario vo ex his q̄
circumſtāt actum. ſicut primo accuſabilis reddit̃ aliq̄s ex
hoc ꝙ homicidium fecit. ſcđario vero ex hoc ꝙ dolo fecit
vel ꝓpter lucꝝ vel in tpe vel in loco ſacro. aut aliq̄d hmōi.
⁊ ideo ſignāter dicit ꝙ p̄ circumſtantiā orō argumenta-
tioni firmamentū adiūgit q̄ſi ſcđario. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ ali-
quid dr̄ accñs alicuius dupl'r. Uno mō. q2 ineſt ei. ſicͣ al-
bum dr̄ accñs ſortis. Alio mō. q2 eſt ſimul cū eo in eodē
ſubiecto. ſicut dr̄ ꝙ album accidit muſico inq̄tum conue
niūt ⁊ quodāmō ſe contingūt in vno ſubiecto. ⁊ p̄ hunc
modū dicunt̃ circūſtātie accidentia actuū. ¶ Ad. iij. dđ.
ꝙ ſicut dictū eſt accñs dr̄ accñti accidere ꝓpter ↄuenientiā
in ſubiecto. ſȝ hoc cōtingit dupl'r. Uno mō ſm̄ ꝙ duo acci

ꝺentia ꝯpant ad vnū ſubiectū abſq͡ȝ aliq͡ ordine. ſicut albū ⁊ muſicū ad ſorte͂. Alio mō cū aliq͡ ordine. puta q͛ ſubiectū recipit vnū accn̄s alio mediāte. ſicut corpus recipit colore͂ mediāte ſupꝼicie. ⁊ ſic vnū accn̄s ꝺ͛ etiā alteri ineſſe. dicimus. n. colore͂ eē in ſupꝼicie. vtroq͡ȝ aūt mō circūſtātie ſe hn̄t ad actus. nā aliq͡ circūſtātie ordinate ad actuȝ ptinēt ad agente͂ nō mediāte actu. puta locus ⁊ ꝯditio ꝑſone. aliq͡ ꝟo mediāte ipo actu ſicut modus agēdi.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videt ꝙ circumſtātie hūanoꝝ actuū nō ſint ꝯſiderande a theologo. nō. n. ꝯſiderant a theologo act⁹ hūani niſi ſm ꝙ ſunt aliq͡les. i. boni vel mali. ſȝ circūſtātie nō videt poſſe facere actus aliq͡les. q͛ nihil q͡lificat formalit loquendo ab eo qꝺ ē extra ipm. ſȝ ab eo qꝺ in ipo ē. ergo circūſtātie actuū nō ſunt a theologo ꝯſiderāde. ¶ Pre. circūſtantie ſunt accn̄tia actuū. ſȝ vni infinita accidūt. ⁊ iō vt ꝺ͛ in vi. metaph. nulla ars vel ſcia ē circa ens ꝑ accn̄s niſi ſola ſophiſtica. ergo theologus non hȝ ꝯſiderare circūſtantias hūanoꝝ actuū. ¶ Pre. circumſtātiaꝝ ꝯſideratio ptinet ad rhetore͂. rhetorica aūt nō ē ps theologie. ergo ꝯſideratio circunſtātiaꝝ nō ptinet ad theologū. ¶ Sȝ ꝯ. ignorātia circunſtātiaꝝ cāt inuoluntariū. vt Damaſ. ⁊ Grego. nicen⁹ dicunt. ſed inuoluntariū excuſat a culpa. cui ꝯſideratio ptinet ad theologū. ḡ ⁊ conſideratio circūſtātiaꝝ ad theologū ptinet. ¶ Rn̄. ꝺꝺ. ꝙ circumſtātie ptinent ad conſiderationē theologi triplici rōe. Primo quidē. q͛ theologus conſiderat actus hūanos ſcd̄m ꝙ ꝑ eos hō ad beatitudinē ordinat. oē aūt quod ordinat ad finem oportet eſſe ꝓportionatū fini. actus aūt ꝓportionant fini ſcd̄m cōmenſurationē quādam q͡ fit ꝑ debitas circumſtātias. vn̄ conſideratio circumſtātiaꝝ ad theologū ptinet. Scd̄o. q͛ theologus conſiderat actus hūanos ſcd̄m ꝙ in eis inuenit bonū ⁊ malū. melius ⁊ peius. ⁊ hoc diuerſificat ſcd̄m circūſtātias. vt infra patebit. Tertio. q͛ theologus cōſiderat actus hūanos ſcd̄m ꝙ ſunt meritoꝛij vel demeritoꝛij qꝺ conuenit actibȝ hūanis. ad quod requirit ꝙ ſint voluntarij. act⁹ aūt hūanus iudicat voluntarius vel inuoluntarius ſm cognitōeȝ vel ignorātiam circumſtātiaꝝ vt dictum ē. ⁊ iō conſideratio circumſtātiaꝝ ptinet ad theologū. ¶ Ad. i. ergo ꝺꝺ. ꝙ bonum ordinatū ad finē ꝺ͛ vtile quod importat relationem quandam. vn̄ phs dicit in. i. ethi. ꝙ ad aliquid bonum eſt vtile. in his aūt que ad aliquid dicuntur denominat aliquid non ſolum ab eo quod ineſt. ſed etiā ab eo quod extrinſecus adiacet. vt pȝ in dextro ⁊ ſiniſtro. equali ⁊ inequali ⁊ ſilibus. ⁊ ideo cum bonitas actuū ſit inq͡ꝫum ſunt vtiles ad finem. nihil ꝓhibet eos bonos vel malos dici ſm ꝓportionem ad aliqua que exterius adiacent. ¶ Ad. ij. ꝺꝺ. ꝙ accidentia que omnino ꝑ accidēs ſe hn̄t relinquunt ab omni arte ꝓpter eoꝝ incertitudinem ⁊ infinitatē. ſed talia accidentia nō hn̄t rōnem circumſtātie q͛ vt dictū ē. ſic circumſtātie ſunt extra actū ꝙ tn̄ actum aliq͡ mō contingūt ordinare ad ipm. accidētia aūt ꝑ ſe cadūt ſub arte. ¶ Ad. iij. ꝺꝺ. ꝙ cōſideratio circumſtātiaꝝ ptinet ad moralē ⁊ politicū ⁊ ad rhetorē. Ad moralē quidē ꝓut ſm eas inuenit vel ꝑtermittit mediū ꝟtutis in hūanis actibȝ ⁊ paſſionibȝ. Ad politicū aūt ⁊ rhetorē ſm ꝙ ex circumſtātijs actus reddunt laudabiles vel vituꝑabiles excuſabiles vel accuſabiles. diuerſimode tn̄. nā quod rhetor ꝑſuadet politicus diiudicat. ad theologum aūt cui oēs alie artes deſeruiūt ptinēt oibȝ modis ꝓdictis. Nā ipe hȝ ꝯſideratōes de actibus ꝟtuoſis ⁊ vitioſ ſi cū morali. ⁊ cū rhetore ⁊ politico. ſȝ ꝯſiderat actus ſm ꝙ merent penā vel ꝑmium cum rhetore ⁊ politico.

## Ad tertiū ſic proceditur.

Videt ꝙ incōuenient͛ circumſtātie nūerent. in. iij. ethi. circūſtātia. n. actus ꝺ͛ quod exterius ſe hȝ ad actū. huiōi aūt ſunt tps ⁊ locus. ergo ſole due ſunt circumſtātie. ſ. qn̄ ⁊ vbi. ¶ Pre. ex circumſtātijs accipit quid bene vel male fiat. ſed hoc ptinet ad modū actus. ḡ oēs circūſtātie includunt ſub vna q͡ ē modus agēdi. ¶ Pre. circumſtātie nō ſunt de ſubſtātia actus. ſȝ ad ſubſtātiā actus ptinere videtur cauſe ipius actus. ergo nulla circumſtātia dȝ ſumi ex ſubſtātia ipius actus. ſic ergo neq͡ȝ quis. neq͡ȝ ꝓpter quid neq͡ȝ circa q͡d ſunt circumſtātie. nā quis ptinet ad cāȝ efficientē. ꝓpter quid ad finalē. circa quid ad materialem. ¶ Sȝ cōtra ē auctoritas phi in. iij. ethi. ¶ Rn̄. ꝺꝺ. ꝙ Tulli⁹ in ſua rhetorica aſſignat ſeptē circūſtātias q͡ hoc ꝟſu continent. Quis. quid. vbi. quib⁹ auxilijs. cur. quō. qn̄. Cōſiderādum ē. n. in actibus q͡s fecit. quibus auxilijs vel inſtrumētis fecerit. q͡d fecerit. vbi fecerit. cur fecerit. quō fecerit. ⁊ qn̄ fecerit. ſȝ Ariſt. in. iij. ethi. addit aliā. ſ. circa q͡d q͡ a Tullio ꝯphendit ſub q͡d. ⁊ rō hu⁹ annūeratōis ſic accipi pōt. nā circūſtātia ꝺ͛ q͡ſi extra ſubſtātiā actus exn̄s. ita tn̄ ꝙ aliq͡ mō attingit ipm. ꝯtigit aūt hoc fieri tripl͛. Uno mō inq͡ꝫū attingit ipm actū. Alio mō inq͡ꝫū attigit cām actus. Tertio mō inq͡ꝫū attingit effectū. ipm aūt actū attingit. vel ꝑ modū mēſure ſicut tps ⁊ locus. vel ꝑ moduȝ q͡litatis actus ſicut modus agēdi. ex pte aūt effectus vt cum ꝯſiderat quid aliquis fecerit. ex pte ꝟo cāe actus q͡ꝫū ad cāȝ finalē accipit ꝓpt quid. ex pte aūt cāe materialis ſiue obiecti accipit circa quid. ex pte ꝟo cāe agētis principal͛ accipit quis egerit. ex pte ꝟo cāe agētis inſtrumētalis. accipit quibus auxilijs. ¶ Ad. i. ergo ꝺꝺ. ꝙ tps ⁊ locus circumſtāt actū ꝑ modū mēſure. ſȝ alia circūſtāt actū inq͡ꝫū attingūt ipm q͡cūq͡ȝ alio mō extra ſubſtantiā eius exiſtens. ¶ Ad. ij. ꝺꝺ. ꝙ iſte modus q͡ ē bn̄ vel male nō ponit circumſtātia. ſȝ conſequēs ad oēs circūſtātias. ſȝ ſpālis circumſtātia ponit modus qui ptinet ad q͡litatē actus. puta ꝙ aliquis ambulet velocit vel tarde. ⁊ ꝙ aliquis ꝑcutit fortiter vel remiſſe. ⁊ ſic de alijs. ¶ Ad. iij. ꝺꝺ. ꝙ illa conditō cāe ex q͡ ſubſtātia actus dependet nō ꝺ͛ circumſtātia ſȝ aliq͡ cōditio adiuncta. ſicut in obiecto nō ꝺ͛ circūſtātia furti ꝙ ſit alienū. hoc. n. ꝑtinet ad ſubſtātiā furti. ſȝ ꝙ ſit magnū vel pruū. ⁊ ſilr ē de alijs circumſtātijs q͡ accipiunt ex parte aliaꝝ cāꝝ. nō. n. finis qui dat ſpēm actus ē circūſtātia. ſed aliquis finis adiūctus. ſicut ꝙ fortis fortiter agat ꝓpter bonum fortitudinis nō eſt circumſtantia. ſed ſi fortiter agat ꝓpter liberationem ciuitatis vel populi xp̄iani vel aliquid huiōi. intelligit etiam ex pte eius quod eſt quid. nam ꝙ aliquis ꝑfundens aliquem aqua abluat ipm nō eſt circumſtantia ablutionis. ſed ꝙ abluendo infrigidet vel calefaciat ⁊ ſanet vel noceat. hec ē circumſtātia.

## Ad quartum ſic procedit

Videt ꝙ non ſint principales circumſtantie ꝓpter quid ⁊ ea in quibus eſt operatio. vt ꝺ͛ in. iij. ethi. ea. n. in quibus eſt operatio vident eſſe locus ⁊ tempus. que non vident eſſe principalia inter circumſtantias. cum ſint maxime extrinſeca ab actu. ea ergo in quibus eſt operatio non ſunt principaliſſime circumſtātiaꝝ. ¶ Pre. finis ē extrinſecus rei. nō ergo videt eſſe principaliſſima circūſtātiaꝝ. ¶ Pre. principaliſſimū in vnoq͡q͡ȝ ē cā eius ⁊ forma. ſed

cā ipius actus ē pſona agēs. forma aūt actus ē modus ip
ſius. ergo iſte due circūſtātie videnꝭ eſſe principaliſſime
¶ Cōtra ē qḋ Greg. nicenus dicit ꝙ principaliſſime cir-
cumſtātie ſunt cuius grā agiꝭ. ⁊ quid ē qḋ agiꝭ ¶ Rñ. dō
ꝙ actus ꝓprie dicunꝭ hūani. ſicut ſup̄ dictum ē. ꝓut ſunt
voluntarij. volūtatis aūt motiuū ⁊ obiectū ē finis. ⁊ iḋo
principaliſſima ē omniū circumſtātiaꝝ illa q̄ attingit actū
ex pte finis. ſ. cuius grā. ſcḋario ḋo q̄ attingit ipam ſub-
ſtantiā actus. i. quid fecit. alie ḋo circumſtātie ſunt ma-
gis vel minus pῖcipales. ſm ꝙ magis vel minus ad has
appropinquāt. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ p ea in quibus ē opa-
tio phs nō intelligit tps ⁊ locū. ſed ea q̄ adiunguntꝭ ipi ac-
tui. vñ Gre. nicenus q̄ſi expōnēs dictū phi. loco eius qḋ
phs dixit. in quibus ē opatio. dicit quid agiꝭ ¶ Ad. ij. dō
ꝙ finis ⁊ ſi nō ſit de ſubſtātia actus ē tñ cā actus princi-
paliſſima inq̄tū mouet agentē ad agendū. vñ ⁊ maxīe ac-
tus moralis ſpēꝫ hꝫ ex fine. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ pſona a gens
cā ē actus ſm ꝙ mouetꝭ a fine. ⁊ ſm hoc principaliꝭ ordi-
natꝭ ad actū. alie ḋo ɔditōes pſone nō ita principaliꝭ ordi-
nanꝭ ad actū. modus etiā nō ē ſubſtantialis forma actus.
hec. n. attēdiꝭ in actu ſm obiectū vel finē ⁊ terminū. ſed ē
q̄ſi q̄dā q̄litas accidētalis. ¶ Queſtio. VIII.

# D Einde conſideran dum ē de ipis actibus voluntarijs in ſpāli.

⁊ primo de actibus q̄ ſunt imediate ipius volū-
tatis velut a volūtate eliciti. ſcḋo de actibꝰ imparis a vo-
luntate. volūtas aūt moueꝭ ⁊ in finē. ⁊ in ea q̄ ſunt ad fi-
nē. Primo igiꝭ ɔſiderādum ē de actibus volūtatis q̄bus
moueꝭ in finē. ⁊ deinde de actibꝰ eius q̄bꝰ moueꝭ in ea q̄
ſunt ad finē. actus aūt volūtatis in finē videnꝭ eſſe tres.
ſ. velle. frui. ⁊ intēdere. Primo ergo ɔſiderabimus ḋ vo-
lūtate. Scḋo de fruitōe. Tertio de intētōe. Circa primū
ɔſiderāda ſunt tria. Primo q̄ḋ ē q̄ꝝ volūtas ſit. Scḋo a q̄
moueaꝭ. Tertio quō moueaꝭ. Circa primū q̄runtur tria.
Primo vtꝝ volūtas ſit tm̄ boni. Scḋo vtꝝ ſit tm̄ finis.
an etiā eoꝝ q̄ ſunt ad finē. Tertio ſi ē aliq̄ mō eoꝝ q̄ ſunt
ad finem. vtrum vno motu moueatur in finem. ⁊ in ea q̄
ſunt ad finem.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videꝭ ꝙ voluntas nō ſit tm̄ boni. eadē. n. eſt potētia op-
poſitoꝝ. ſicut viſus albi ⁊ nigri. ſed bonū ⁊ malū ſunt op-
poſita. ergo volūtas nō ſolū ē boni ſed etiā mali. ¶ Pre.
potētie rōnales ſe hñt ad oppoſita ꝓſequēda ſm phm. ſꝫ
voluntas ē potentia rōnalis. ē. n. in rōne vt diciꝭ in. iij.
de aīa. ergo voluntas ſe habet ad oppoſita. nō ergo tātuꝫ
ad volendū bonū. ſed etiā ad volendū malū. ¶ Pre. bo
num ⁊ ens ɔuertunꝭ. ſed voluntas nō ſolū ē entiuꝫ. ſed
etiā nō entiū. volumus. n. q̄nq̄ꝫ nō ambulare ⁊ non loq̄
volumus etiā interdū quedā futura que nō ſunt entia ī
actu. ergo voluntas nō tm̄ ē boni. ¶ Sed cōtra eſt qḋ
Dionyſius dicit. iiij. ca. de di. no. ꝙ malū ē p̄ter volūta-
tem. ⁊ ꝙ omnia bonum appetunt. ¶ Rñ. dōm ꝙ volū
tas ē appetitus quidā rōnalis. omnis autē appetitꝰ non
eſt niſi boni cuius rō eſt. quia appetitus nihil aliud ē q̄ꝫ
quedam inclinatio appetentis in aliquid. nihil autē in-
clinatur niſi in aliquid ſimile ⁊ conueniēs. cum igiꝭ oīs
res inquātū ē ens ⁊ ſubſtantia ſit quoddā bonū. neceſſe
eſt vt oīs inclinatio ſit in bonū. ⁊ inde ē ꝙ phs dicit in
i. ethi. ꝙ bonū eſt qḋ oīa appetunt. Sed cōſiderandum
eſt ꝙ cum omnis inclinatio conſequatur aliquā formā
appetitus naturalis ɔ̄ſequiꝭ formā in natura exiſten-
tem. appetitus autem ſenſitiuus vel etiam intellectiuus
ſeu rōnalis que dicitur voluntas. ſequitur formā appre-
henſam. ſicut igiꝭ id in quo tendit appetitus naturalis ē
bonum exiſtens in re. ita id in quo tendit appetitus ani-
malis vel voluntarius ē bonū apprehenſuꝫ. Ad hoc igi-
tur ꝙ voluntas in aliquid tendat nō requiriꝭ ꝙ ſit bonū
in rei veritate. ſed ꝙ apprehendatur in ratione boni. et ꝓ-
pter hoc phs dicit in. ij. phiſicoꝝ ꝙ finis ē bonū vel ap-
parens bonum. ¶ Ad. i. ergo dōm. ꝙ eadē potentia eſt
oppoſitoꝝ. ſed nō eodem modo ſe habet ad vtrunq̄ꝫ. vo-
luntas igiꝭ ſe habet ⁊ ad bonū ⁊ ad malū. ſed ad bonum
appetendo ipſum. ad malū vero fugiendo illud. Ipe igi-
tur actualis appetitus boni, vocaꝭ voluntas ſm ꝙ noīat
actum voluntatis. ſic enim nunc loquimur de voluntate
fuga aūt mali magis dicīꝭ voluntas. vnde ſicut volun-
tas eſt boni. ita voluntas eſt mali. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ potē-
tia rōnalis nō ſe habet ad quelibet oppoſita ꝓſequenda.
ſed ad ea que ſub ſuo obiecto ɔ̄ueuienti continenꝭ. nam
nulla potentia ꝓſequiꝭ niſi ſuū ɔ̄ueniens obiectum.
obiectū aūt voluntatis ē bonū. vnde ad illa oppoſita pro
ſequenda ſe habet voluntas que ſub bono cōphendunꝭ.
ſicut moueri ⁊ quieſcere. loqui ⁊ tacere. ⁊ alia huiuſmodi
in vtroq̄ꝫ eīi horum ferꝭ voluntas ſub rōne boni. ¶ Ad
iij. dō ꝙ illud qḋ nō ē ens in rerum natura. accipitur vt
ens in rōne. vnde negationes ⁊ priuationes entia dicū-
tur rōnis. per quē etiā modū futura prout apprehendun-
tur ſunt entia. inquantum igiꝭ ſunt hmōi entia appre-
hendunꝭ ſub rōne boni. ⁊ ſic voluntas in ea tendit. vnde phi-
loſophus dicit in. v. ethi. ꝙ carere malo habet rōem boni

## Ad ſecūdū ſic ꝓceditur

Videꝭ ꝙ voluntas nō ſit eoꝝ que ſunt ad finem. ſed tan-
tum finis. dicit enī phs in. iij. ethi. ꝙ volūtas eſt finis.
electio autem eoꝝ que ſunt ad finem. ¶ Pre. ad ea q̄ ſūt
diuerſo genere. diuerſe potentie anime ordinantur. vt di-
citur in. vi. ethi. ſed finis ⁊ ea que ſunt ad finem ſunt in
diuerſo genere boni. nam finis qui eſt bonū honeſtuꝫ vel
delectabile eſt in genere qualitatis vel actionis aut paſſio-
nis. Bonum autem qḋ dicitur vtile quod eſt ad finem. ē
in ad aliquid. vt dicitur in. i. ethi. ergo ſi voluntas eſt fi-
nis. nō erit eorum que ſunt ad finem. ¶ Pre. Habitus
proportionanꝭ potentijs cum ſint eaꝝ perfectiones. ſed ī
habitibus qui dicunꝭ artes operatiue ad aliud pertinet
finis ⁊ ad aliud quod eſt ad finem. ſicut ad gubernatorē.
pertinet vſus nauis. qui eſt finis eius. ad nauifactiuā ve-
ro cōſtructio nauis. que eſt propter finem. ergo cum vo-
luntas ſit finis. non erit eorum que ſunt ad finem. ¶ Sꝫ
contra eſt. quia in rebus naturalibus per eandem poten-
tiam aliquid pertranſit media ⁊ pertingit ad terminū. ſed
ea que ſunt ad finem ſunt quedam media per que perue-
nitur ad finem ſicut ad terminum. ergo ſi voluntas ē fi-
nis. ipſa etiā eſt eorum que ſunt ad finem. ¶ Rñ. dōm.
ꝙ voluntas q̄nq̄ꝫ diciꝭ ipſa potentia qua volumus. q̄nq̄ꝫ
autē ipſe voluntatis actus. ſi ergo loquamur de volunta-
te ſm ꝙ nominat potentiam. ſic ſe extendit ⁊ ad finem. ⁊
ad ea que ſunt ad finem. ad ea. n. ſe extendit vnaqueq̄ꝫ po-
tentia in quibus inueniri poteſt quocunq̄ꝫ modo ratio
ſui obiecti. ſicut viſus ſe extendit ad omnia quecunq̄ꝫ par-
ticipant quocunq̄ꝫ modo colorem. ratio auteꝫ boni quod
eſt obiectum potentie voluntatis inuenitur non ſoluꝫ in
fine. ſed etiam in his que ſunt ad fineꝫ. Si autē loq̄mur

de voluntate ſm ꝙ nominat ꝓprie actū. ſic ꝓprie loquē do eſt finis tm̄. oīs. n. actus denomīatus a potentia nominat ſimplicē actū illius potentie ſicut intelligere nominat ſimplicem actum intellectus. Simpliciter aūt actus potētie ē in id qḋ eſt ſm ſe obiectū potentie. id aūt qḋ ē ꝓpter ſe bonū ⁊ volitū eſt finis. vnde voluntas ꝓprie ē ipſius finis. Ea vero que ſūt ad finē nō ſunt bona vel volita ꝓpter ſeipā. ſ; ex ordine ad finem. vn̄ volūtas in ea nō fertur niſi quaten⁹ ferſ i finē. vn̄ hoc ipm̄ qḋ in eis vult ē finis. ſic et intelligere ꝓprie eſt eoꝝ que ſm ſe cognoſcūtur ſcilicet principioꝝ. eoꝝ aūt que cognoſcūſ ꝑ principia nō dicitur eē intelligentia. niſi inq̄tū in eis ipa principia cōſiderantur. Sic. n. ſe habet finis in appetibilibꝰ. ſicut ſe habet principiū in intelligibilibꝰ. vt diciſ in v. ethi. Ad i. g̃ dḋ. ꝙ phus loquitur de voluntate ſm ꝙ ꝓprie noiat ſimplicem actū voluntatis nō aūt ſm ꝙ nominat potentiam. Ad ſecūdū. dḋ. ꝙ ad ea que ſunt diuerſa genere ex equo ſe habentia ordināſ diuerſe potētie. ſic ſonus ⁊ color ſunt diuerſa genera ſenſibiliū ad que ordinantur auditus ⁊ viſus. Sed vtile ⁊ honeſtū nō ex equo ſe habēt. ſed ſicut qḋ eſt ſm ſe ⁊ ſm alteꝝ. hmōi autē ſemꝑ referunſ ad eandē potentiam. ſicut ꝑ potentiā viſiuā ſentiſ ⁊ color ⁊ lux ꝑ quam color videſ. Ad. iij. dḋ. ꝙ nō quicq̄d diuerſificat habitū diuerſificat potētiam: habitus. n. ſunt q̄dam determinationes potentiaꝝ ad aliq̄s ſpāles actus et tn̄ quelibet ars opatiua ꝯſiderat finē. ⁊ id qḋ ē ad finē ars gubernatiua ꝯſiderat quedam finē vt quem opatur id autem qḋ ē ad finem. nō vt qḋ imperat. ecōuerſo vero nauifactiua conſiderat id qḋ eſt ad finem vt qḋ opaſ. id vero qḋ eſt finis vt ad qḋ ordinat id qḋ opaſ. ⁊ iterū in vnaquaq; arte opatiua ē ⁊ aliquis finis ꝓprius ⁊ aliquid quod eſt ad finem quod ꝓprie ad illam artem ꝑtinet.

## Ad tertiū ſic procedítur

Videtur ꝙ eodem actu voluntas feratur in finē ⁊ in id qḋ eſt ad finē. quia ſm phm̄: vbi ē vnū ꝓpter alteꝝ ibi ē vnū tm̄. ſed voluntas nō vult id qḋ eſt ad finē niſi ꝓpter finem. g̃ eodē actu mouetur in vtrūq;. Pre. finis ē rō volendi ea que ſunt ad finem. ſic lumē eſt ratio viſionis coloꝝ. ſ; eodem actu videſ lumen ⁊ color. g̃ idem eſt mot⁹ volūtatis quo vult finem ⁊ ea q̄ ſunt ad finē. Pre. idē numero motus naturalis ē qui ꝑ media tēdit ad vltimū ſed ea que ſunt ad finem ꝯpantur ad finē ſicut media ad vltimū. g̃ idem mot⁹ voluntatis eſt quo voluntas fertur in finem ⁊ in ea que ſunt ad finem. Sed ꝯtra. actus diuerſificanſ ſm ōba. ſ; diuerſe ſpēs boni ſūt finis ⁊ id qḋ eſt ad finem qḋ dicitur vtile. g̃ nō eodem actu volūtas fertur in vtrumq;. Re. dḋ. ꝙ cum finis ſit ſm ſe volitus id autem qḋ eſt ad finem in quantum hmōi non ſit volitum niſi ꝓpter finem. manifeſtum eſt ꝙ voluntas pōt ferri in finem inquantum hmōi. ſine hoc ꝙ feratur in ea que ſunt ad finem. ſed in ea que ſunt ad finem inquantum hmōi non pōt ferri niſi feraſ in ipm̄ finē. ſic. ergo voluntas in ipm̄ finem dupliciter ferſ. vno modo abſolute ſm ſe. alio mō ſic̄ in ratione volendi ea que ſunt ad finē. Manifeſtum ē ergo ꝙ vnus ⁊ idē mot⁹ volūtatis ē quo fertur in finem ſm ꝙ eſt ratio volendi ea quee ſunt ad finē et in ipa que ſunt ad finem. Sed alius actus eſt quo ferſ i ipm̄ finem abſolute. ⁊ q̄nq; precedit tempoꝛe ſicut cū aliquis primo vult ſanitatem. ⁊ poſtea deliberans quō poſſit ſanari vult cōducere medicum vt ſanetur ſic etiā et circa intellectum accidit. nam primo aliquis intelligit ipſa principia ſm ſe. poſtmodū aūt intelligit ea in ipſis cōcluſionibus. ſm ꝙ aſſentit concluſionibꝰ ꝓpter principia. Ad. i. g̃ dḋ. ꝙ ratio illa ꝓcedit ſm ꝙ voluntas ferſ in finē. vt eſt rō volendi ea que ſunt ad finem. Ad. ij. dḋ. ꝙ q̄ncūq; videſ color eodē actu videſ lumē. pōt tn̄ videri lumē ſine hoc ꝙ videaſ color. ⁊ ſiliter q̄ncūq; quis vult ea q̄ ſūt ad finē vult eodē actu finē. nō tn̄ ecōuerſo. Ad iij. dḋ. ꝙ in executiōe opis ea que ſunt ad finē habent ſe vt media. ⁊ finis vt terminus. vn̄ ſicut mot⁹ naturalis interdū ſiſtit in medio ⁊ nō ꝑtingit ad terminū. ita q̄nq; opaſ aliq̄s id qḋ eſt ad finē. ⁊ tn̄ nō ꝯſequiſ finē. ſ; in volēdo ē econuerſo. nā voluntas ꝑ finē deuenit ad volendū ea que ſunt ad finē ſicut ⁊ intellect⁹ deuenit i cōcluſiōes ꝑ principia que media dicunſ. vn̄ itellectus aliq̄n intelligit mediū ⁊ ex eo procedit ad ꝯcluſionē. ⁊ ſimiliter voluntas aliquādo vult finē ⁊ tn̄ nō ꝓcedit ad volendū id qḋ ē ad finē. Ad illud vero qḋ icōtrariū obiciſ p; ſolutō ꝑ ea q̄ ſupra dicta ſūt. nā vtile ⁊ honeſtū n̄ ſūt ſpēs boni ex equo diuiſe. ſ; ſe habēt ſicut ꝓpter ſe ⁊ ꝓpter alteꝝ. vn̄ act⁹ voluntatis i vnū pōt ferri ſine hoc ꝙ feraſ i alteꝝ ſ; n̄ cōuerſo

Queſtio nona.

## Deinde conſideranz

dum eſt de motiuo voluntatis. Et circa hoc queritur ſex. primo. vtꝝ voluntas moueatur ab itellectu. ij. vtꝝ moueaſ ab appetitu ſenſitiuo. iij. vtrū voluntas moueat ſeipam. iiij. vtꝝ moueaſ ab aliq̄ exteriori principio. v. vtrū moueaſ a corꝑe celeſti. vi. vtꝝ voluntas moueatur a ſolo deo ſic ab exteriori principio.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videſ ꝙ voluntas non moueatur ab intellectu. dicit. n. Augu. ſuꝑ illud. pſ. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas ꝓuolat intellectus ſequiſ tardus aut nullus affect⁹ ſcim⁹ bonū. nec delectat agere. hoc aūt non eēt ſi voluntas ab intellectu moueteſ. q2 mot⁹ mobilis ſequiſ motionē mouentis. g̃ itellect⁹ n̄ mouet volūtatem. Pre. intellectus ſe hab; ad voluntatē vt demonſtraſ appetibile. ſicut imaginatio demōſtrat appetibile appetitu ſenſitiuo. ſ; imaginatio demōſtrans appetibile nō mouet appetitum ſenſitiuū. imo q̄nq; ita nos hēm⁹ ad ea q̄ imaginamur. ſic ad ea que i pictura nobis oſ̄dūtur. ex quibꝰ n̄ mouemur vt diciſ in ij. de aīa. g̃ neq; etiā itellectus mouet voluntatē. Pre. idem reſpectu eiuſdē nō ē mouēs ⁊ motū. ſ; voluntas mouet intellectū. intelligimus enī q̄n volum⁹. g̃ intellectus non mouet voluntatē. Sed ꝯtra ē qḋ phus dicit in. iij. de aīa. ꝙ appetibile intellectū ē mouēs n̄ motū. volūtas aūt ē mouēs motū. Re. dḋ. ꝙ intantū aliq̄d idiget moueri ab aliquo inquantū eſt in potentia ad plura. opoꝛtet. n. vt id qḋ ē in potētia reducatur i actū ꝑ aliq̄d qḋ ē actu ⁊ hoc eſt mouere. duplr̄ aūt aliqua vis aīe iuenitur eē in potētia ad diuerſa. vno modo q̄tū ad agere vel nō agere. Alio modo q̄tum ad agere hoc vel illud. ſic viſus q̄nq; videt actu. ⁊ q̄nq; non videt. ⁊ q̄nq; videt albū. ⁊ q̄nq; videt nigrū. Indiget igiſ mouēte quātū ad duo. ſ. quantū ad exercitiū vel vſū actus. et quantū ad determinatiōē act⁹ q̄ꝝ primū ē ex ꝑte ſubiecti. qḋ q̄nq; inueniſ agēs. q̄nq; nō agēs aliud aūt ē ex ꝑte obi ſm ꝙ ſpecificaſ act⁹. motio aūt ipſius ſubiecti ē ex agēte aliquo. et cum oē agens agat ꝓpter finē vt ſupra oſ̄ſū ē. principiū hui⁹ motionis eſt ex fine. et inde ē ꝙ ars ad quam ꝑtiet finis mouet ſuo impio artē ad quā ꝑtinet

id ꝙ eſt ad finē. ſicut gubernatoria ars impat nauifactiue.
vt in .ij. ꝓbicorū dicit̃ bonū aūt ī cōi qḋ h; ratiōe; finis ē
obiectū volūtatis. ⁊ ideo ex hac pte volūtas mouet alias
potētias aīe ad ſuos actus. vtimur. n. alijs potētijs cū vo-
lum⁹. nā fines et ꝑfectiones oīū aliaꝝ potētiaꝝ ꝯprehē-
dunt̃ ſub obiecto volūtatis ſicut quedā pticularia bona
ſemꝑ aūt ars vel potentia ad quam ptinet finis vl'is. mo
uet ad agendū artem vel potētiā ad quā ptinet finis pti-
cularis ſub illo vl'i ꝯprehenſus. ſicut dux exercitus qui in
tendit bonū cōe. ſ. ordinē tociuſ exercit⁹. mouet ſuo imꝑio
aliquē ex tribunis qui intendit ordinē vni⁹ aciei. ſ; obiec
tū mouet determinando actū ad modū pcipij formalis
a quo in reb⁹ naturalib⁹ actō ſpecificat̃. ſic calefactio a ca
lore. Primū aūt principiū formale eſt ens ⁊ verū vl'e. qḋ
ē obiectū intellect⁹. ⁊ ideo iſto mō motionis ītellect⁹ mo-
uet voluntate; ſicut pſentās ei obiectū ſuū. Ad .i. ergo
dō. ꝙ ex illa auctoritate nō habet̃ ꝙ intellectus non mo-
ueat ſed ꝙ nō moueat ex neceſſitate. Ad .ij. dō ꝙ ſicut
imaginatio forme ſine extimatiōe ꝯuenientis vl' nociui nō
mouet appetitū ſēſitiuū. ita nec apprehēſio veri ſine rōne
boni nec appetibilis. vñ ītellectus ſpeculatiuus non mo-
uet. ſed intellectus practicus. vt dicitur. in iij. de anima
Ad .iij. dō. ꝙ voluntas mouet intellectum quantum
ad exercitiū actus. qꝛ ⁊ ipm verū qḋ ē pfectō intellect⁹ cō-
tinet̃ ſub vl'i. bono vt quoddā bonū pticulare. ſed ꝙtū ad
determinatiōe; actus q̄ eſt ex pte obiecti. intellectus mo-
uet voluntatē. qꝛ ⁊ ipm bonū apprehēditur ſcḋm quanda;
ſpālem ratione; compꝛehenſa; ſub vl'i rōne veri. ⁊ ſic patet
ꝙ non eſt idem mouens ⁊ motū ſecundum idem.

## Ad ſecūdum ſic pꝛocedit

Uidetur ꝙ voluntas appetitu ſenſitiuo moueri nō poſ-
ſit. mouens. n. ⁊ agens eſt pſtantius patiente. vt Aug⁹.
dicit. xij. ſup Geñ. ad lr̃am. ſed appetitus ſenſitiu⁹ eſt in
ferioꝛ voluntate. q̄ eſt appetitus intellectiu⁹. ſicut ſēſus
ē inferioꝛ intellectu. g̃ appetitus ſenſitiu⁹ nō mouet intel
lectum. Pre. nulla virtus pticularis pōt facere effec-
tū vl'e;. ſ; appetitus ſenſitiu⁹ ē virt⁹ pticularis. ꝯſequitur
n. pticularē ſenſus apprehēſionē;. ergo nō pōt cauſare mo
tum volūtatis qui ē vl'is. velut ꝯſequens apprehēſione;
vl'e; ītellect⁹. Pre. vt pbatur in. viij. ꝓbicoꝝ. mouēs nō
mouetur ab eo qḋ mouet vt ſit motio recipꝛoca. ſ; volun-
tas mouet appetitu; ſenſitiuū in quantum appetitus ſen
ſitiuus obedit rōni. ergo appetitus ſenſitiu⁹ nō mouet vo
luntatem. Sꝫ ꝯtra ē qḋ dicit̃ Jacobi. iij. Unuſquiſq;
temptat̃ a ꝯcupiſcentia ſua abſtractus ⁊ illectus non aūt
abſtraheret̃ quis a ꝯcupiſcētia niſi voluntas eius moue-
ret̃ ab appetitu ſenſitiuo. in quo appetitu eſt ꝯcupiſcētia
ergo appetit⁹ ſenſitiu⁹ mouet voluntatē. Rñ. dō. ꝙ ſic
ſupꝛ dictū ē. id qḋ apprehēditur ſub rōe boni ⁊ ꝯuenient;
mouet volūtatē ꝑ modū obi. ꝙ aūt aliqḋ videat̃ bonū ⁊
ꝯueniēs ex duob⁹ pꝛigit. ſ. ex ꝯditōe eius qḋ ꝓponit̃. ⁊ ei⁹
cui ꝓponit̃. vñ ꝯueniēs. n. ſ; relatiōnē dicit̃ ex vtroq; ex
tremoꝝ depēdet et inde ē ꝙ guſtus diuerſimode diſpoſit⁹
nō eodē mō accipit aliqḋ vt ꝯueniēs. ⁊ vt nō ꝯueniēs. vñ
vt pꝛh's dicit in iij. ethicoꝝ. Qualis vnuſqſq; eſt. talis fi
nis videt̃ ei. Manifeſtū ē aūt ꝙ ſcḋm paſſionem appetitu'
ſenſitiui īmutat̃ hō ad aliquā diſpoſitionē. vñ ſcḋm ꝙ hō
eſt in paſſione aliqua videt̃ ſibi aliqḋ ꝯueniens qḋ nō vi
det̃ extra paſſionē exiſtī. ſic irato videt̃ bonū qḋ nō videt̃
quieto. ⁊ ꝑ hunc modū ex pte obiecti appetitus ſenſitiu⁹
mouet voluntate;. Ad .i. ergo dō. ꝙ nihil pꝛohibet id
quod ē ſimpliciter ⁊ ſcḋm ſe pſtātius quo ad aliqḋ eē debi
lius. voluntas igit̃ ſimpliciter pſtātioꝛ ē ꝙ appetit⁹ ſenſi
tiu⁹. ſ; quo ad iſtū in quo paſſio dñat̃. inq̄tum ſubiacet
paſſioni pꝛeminet appetitus ſenſitiu⁹. Ad .ij. dō. ꝙ actus
⁊ electiones hoīu; ſūt circa ſingularia. vñ ex hoc ipō ꝙ ap
petitus ſenſitiu⁹ ē virt⁹ pticularis. h; magna; virtutē ad
hoc ꝙ ꝑ ipm ſic diſponat̃ hō. vt ei aliquid videatur ſic vl'
aliter circa ſingularia. Ad iij. dō. ꝙ ſicut pꝛh's dicit̃ in
i. politicoꝝ. Rō in quā eſt volūtas mouet ſuo imꝑio iraſ-
cibilē ⁊ ꝯcupiſcibilē. nō qdē deſpotico pꝛincipatu ſic mo
uet̃ ſeru⁹ a dño. ſed pꝛincipatu regali ſeu politico. ſic libe
ri hoīes regunt̃ a gubernāte. q̄ tamē pñt contramouere
vñ ⁊ iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis pñt ī cōtrariū mouere ad
volūtatē. ⁊ ſic nihil ꝓhibet volūtatē aliqñ ab eis moueri.

## Ad tertiū ſic pꝛocedit

Uidetur ꝙ volūtas nō moueat ſeipſa;. omne enī mouēs
in quantum huiuſmōi eſt in actu. qḋ autem mouetur eſt
in potentia. nam motus eſt act⁹ exiſtentis ī potētia in q̄n
tum huiuſmodi. ſed nō ē idem in potentia ⁊ in actu reſpec
tu eiuſdem. g̃ nihil mouet ſeipm. neq; ergo voluntas ſe-
ipam mouere pōt. Pre. mobile mouetur ad pñtia; mo
uentis. ſed voluntas ſemper ſibi ē pñs. ſi ergo ſeipam mo
ueret. ſemꝑ moueretur. qḋ patet eē falſū. Pre. volun-
tas mouetur ab ītellectu. vt dictū eſt. ſi igit̃ volūtas mo
uet ſeipam ſequitur ꝙ idem ſimul moueatur a duobus
motoꝛibus immediate. qḋ videtur inconueniens. nō er-
go voluntas mouet ſe ipam. Sed ꝯtra eſt. quia volun
tas dña eſt ſui actus. et in ipſa eſt velle ⁊ nō velle. qḋ nō
eſſet ſi non haberet in poteſtate mouere ſeipſam ad volen
dū. ergo ipſa mouet ſeipſa;. Rñ. dō. ꝙ ſicut ſupꝛa dic
tum eſt. ad voluntatem ptinet mouere alias potentias ex
rōne finis qui eſt voluntatis obiectum. ſed ſicut dictū ē
hoc modo ſe habet finis in appetibilibus ſicut pꝛincipiū
intelligibilib⁹. Manifeſtum eſt autem ꝙ intellectus per
hoc ꝙ cognoſcit pꝛincipium reducit ſeipſum de potentia
in actum quantum ad cognitionem concluſionum. ⁊ hoc
modo mouet ſeipſum. ⁊ ſimiliter volūtas per hoc ꝙ vult
finem mouet ſeipſam ad volendum ea que ſunt ad finem
Ad pꝛimum ergo dicendum ꝙ voluntas non ſecun-
dum idem mouet ⁊ mouetur. vnde nec ſecundum idem
eſt in actu ⁊ in potentia. ſed in quantum actu vult finem
reducit ſe de potentia in actum reſpectu eoꝝum que ſunt
ad finem. vt ſcilicet actu ea velit. Ad ſecundum dicen
dum. ꝙ potentia voluntatis ſemper actu eſt ſibi pꝛeſens
ſed actus voluntatis quo vult finem. aliquando non ſem
per eſt in ipſa voluntate. per hunc autem modum mo-
uet ſeipſam vnde non ſequitur ꝙ ſemper ſeipſam mo-
ueat. Ad. iij. dō. ꝙ nō eodē mō volūtas mouet̃ ab ītel
lectu ⁊ a ſeipa. ſ; ab ītellectu qdē mouet̃ ſcḋm rōnē obiecti
a ſeipſa vo ꝙtū ad exercitiū actus ſcḋm rōnem finis.

## Ad quartum ſic pꝛocedit

Uidetur ꝙ voluntas non moueatur ab aliquo exterioꝛi
motus enim voluntatis ē voluntari⁹. ſ; de ratione volū
tarij ē ꝙ ſit a pꝛincipio intrinſeco. ſicut ē de ratione natu
ralis. non ergo motus voluntatis eſt ab aliquo extrinſe-
co. Preterea voluntas violentiam pati non poteſt. vt
ſupꝛa oſtenſū eſt. ſ; violentū eſt cuius pꝛincipiū eſt extra
ergo volūtas nō pōt ab aliq̄ exterioꝛi moueri. Pre. ꝙ
ſufficiēt mouet̃ ab vno motoꝛe nō īdiget moueri ab alio ſ;.
volūtas ſufficiēt mouet ſeipa;. nō g̃ mouet̃ ab aliq̄ extioꝛi

¶ Sed contra. voluntas mouetur ab obiecto. vt dictum
eſt. ſed obiectum voluntatis poteſt eē aliqua exterioris
ſenſui propoſita. ergo voluntas pōt ab aliq̄ exteriori mo-
ueri. ¶ Rñ. dicendū ꝙ ſcḋm ꝙ voluntas mouet̄ ab obie-
cto. manifeſtum eſt ꝙ moueri poteſt ab aliquo exteriori.
ſed eo modo quo mouetur quantū ad exercitium actꝰ. ad
huc neceſſe eſt ponere voluntatem ab aliquo pͥcipio ex-
teriori moueri. oē enī ꝙ quādoq̄ ē agens in actu. ⁊ qñq̄
in potentia indiget moueri ab aliquo mouente. Manī-
feſtum eſt autē ꝙ voluntas incipit velle aliquid cū hoc
prius non vellet. neceſſe eſt ergo ꝙ ab aliquo moueat̄ ad
volendū. ⁊ quidem ſicut dictum eſt. ipſa mouet ſeipſam
in quantū per hoc ꝙ vult finē reducit ſeipſam ad volēdū
ea que ſunt ad finem. hoc aūt nō poteſt facere niſi conſilio
mediante. cum enī aliquis vult ſanari incipit cogitare q̄-
modo hoc cōſequi poſſit. ⁊ per talē cogitationē peruenit
ad hoc ꝙ pōt ſanari per medicum. et hoc vult. ſed q2 non
ſemper ſanitatē actu voluit. neceſſe eſt ꝙ inciperet velle ſa
nari ab aliquo mouente. et ſi quidē ipſa moueret ſeipſā
ad volendū. oportuiſſet ꝙ mediante ꝯſilio hoc ageret ex
aliq̄ voluntate p̄ſuppoſita hoc aūt ñ eſt ꝓcedere ī infinitū
vñ neceſſe ē ponere ꝙ ī primū motū volūtatis. voluntas
ꝓdeat ex iſtinctu alicuꝰ exterioris mouētis. vt Ariſ. ꝯclu-
dit ī quodā. ca. ethice. eudimice. ¶ Ad primū ergo. dḋ. ꝙ
de rōe volūtarij eſt ꝙ principiū eiꝰ ſit intra. ſʒ nō oportet
ꝙ hoc principiū ītrinſecū ſit primū pͥcipiū nō motū ab
alio. vñ motꝰ voluntariꝰ et ſi hēat principiū ꝓximū intrī
ſecū. tñ principiū primū eſt ab extra ſic ⁊ primū principiū
motꝰ naturalis ē ab extra. qḋ. ſ. mouet naturā. ¶ Ad ſecū-
dū dḋ. ꝙ hoc nō ſufficit ad rōnē violenti ꝙ principiū ſit
extra. ſed oportet addere ꝙ nullā conferat vim patiens
qḋ non cōtingit dum voluntas ab exteriori mouetur. nā
ipſa eſt que vult. ab alio tñ mota. Eſſet aūt motꝰ iſte vio
lentꝰ ſi eſſet cōtrariꝰ motui voluntatis. qḋ ī propoſito eſſe
non poteſt. quia ſic idem vellet ⁊ non vellet. ¶ Ad tertiū
dḋ. qḋ voluntas q̄ntum ad aliquid ſufficienter ſe mouet
⁊ in ſuo ordine. ſ. ſicut agens ꝓximū. ſed nō poteſt ſeipſā
mouere q̄ntum ad omnia. vt oſtenſum eſt. vnde indiget
moueri ab alio ſicut a primo mouente.

## Ad quintū ſic procedit̄.

Videtur ꝙ voluntas humana a corpore celeſti moueatur
omnes enim motus varij et multiformes reducuntur
ſicut in cām in motum vniformem. qui eſt motus celi. vt
ꝓbatur ī. viij. phiſicoꝝ. ſʒ motꝰ hūani ſūt varij ⁊ multifor-
mes. īcipientes poſtq̄ priꝰ nō fuerāt. ergo reducūt̄ ī mo
tū celi ſicut in cāʒ q̄ eſt vniformis ſcḋm naturā. ¶ Pręt. ſcḋm Au
guſtinū in. iij. de tri. corpa īferiora mouent̄ ꝑ corpa ſupio
ra. ſʒ motꝰ hūani corꝑis qui cauſat̄ a voluntate ñ poſſʒ re
duci in motū celi ſicut in cām niſi etiā volūtas a celo moue
ret̄. ergo celū mouet volūtatē hūanā. ¶ Pręt. ꝑ obſerua-
tionē celeſtiū corpoꝝ aſtrologi q̄dā vera p̄nūciāt de hūa-
nis actibꝰ futuris q̄ ſūt a volūtate. qḋ non eēt ſi corpora
celeſtia volūtatē hoīs mouere nō poſſēt. mouet̄ ḡ volūtas
hūana a celeſti corpore. ¶ Sʒ ꝯtra ē qḋ Damaſ. dicit in
ij. li. ꝙ corpa celeſtia nō ſūt cāe noſtroꝝ actuū. eēnt aūt ſi
volūtas q̄ ē hūanoꝝ actuum ꝑncipiū a corꝑibꝰ celeſtibꝰ
moueretur. non ergo mouet̄ volūtas a corporibꝰ celeſtibꝰ
¶ Rñ. Dicendū ꝙ eo modo q̄ volūtas mouet̄ ab exteriori
obiecto. manifeſtū ē ꝙ volūtas pōt moueri a corꝑibꝰ cele
ſtibꝰ ī q̄ntū. ſ. corpa exteriora q̄ ſenſui ꝓpoſita mouēt volū
tatē ⁊ etiā ipſa organa potētiaꝝ ſēſitiaꝝ ſubiacēt motibus
celeſtiū corpoꝝ. Sʒ eo mō q̄ volūtas mouet̄ q̄ntū ad exer
citiū actꝰ ab aliq̄ exteriori agēte. ad huc q̄dā poſuerūt cor-
pora celeſtia directe īprimere ī volūtatē hūanā. ſʒ hͦ ē im
poſſibile. volūtas. n. vt dicit̄ ī. iij. de aīa ē ī rōne. Rō aūt
eſt potētia aīe ñ allegata organo corꝑali. vnde relinq̄t̄ ꝙ
volūtas ſit potētia oīo īmaterial ⁊ ī corporea. Manifeſtū
ē aūt ꝙ nullū corpꝰ agere pōt ī rē īcorporeā ſʒ potiꝰ econ
uerſo. eo ꝙ res īcorporee ⁊ immateriales ſūt formalioris
⁊ vlioris ṽtutꝪ q̄ q̄cūq̄ res corꝑales. vñ īpoſſibile eſt ꝙ
corpꝰ celeſte imp̄mat directe ī intellectū aut volūtatē. et
ꝓpter hoc Ariſ. in. ij. de aīa recitās opinionē dicētiū. ꝙ talis
ē volūtas ī hoībꝰ q̄lē in die īducit pater deoꝝ viroꝝq̄. ſ.
Iupiter. ꝑ quē totū celū ītelligūt. attribuit eis q̄ pōebāt
ītellectū nō differre a ſenſu. oēs. n. vires ſenſitiue cum ſint
actꝰ organoꝝ corporaliū. ꝑaccñs moueri pñt a celeſtibꝰ
corꝑalibꝰ motis. ſ. corꝑibꝰ quoꝝ ſunt actꝰ. ſʒ q2 dictū ē ꝙ
appetitꝰ ītellectiuꝰ q̄dāmō mouet̄ ab appetitu ſenſitiuo. in
directe reddūt motꝰ celeſtiū corpoꝝ ī volūtatē. ī q̄ntū. ſ. ꝑ
paſſiões appetitꝰ ſēſitiui volūtatē moueri ꝯtigit. ¶ Ad. i.
ḡ dḋ. ꝙ multiformes motꝰ volūtatis hūane reducūt̄ in
aliquā cāʒ vniformē. que eſt ī intellectu ⁊ volūtate ſupe
rioꝝ. qḋ nō pōt dici de aliq̄ corꝑe. ſʒ de aliq̄ ſupiori ſuba
immateriali. vñ nō oportet ꝙ motꝰ volūtatis ī motū celi
reducat̄ ſicut ī cāʒ. ¶ Ad ſecūdū dḋ. ꝙ motꝰ corꝑales hūa-
ni reducūt̄ ī motū celeſtis corꝑis ſicut ī cāʒ in q̄ntū ipſa diſ
poſitō organoꝝ ꝯgrua ē ad motū aliqualiter ex impſſiōe
celeſtiū corpoꝝ ⁊ in q̄ntū etiā appetitus ſenſitiuꝰ ꝯmo-
uetur ex impſſione celeſtiū corpoꝝ. ⁊ vlteriꝰ in q̄ntū corpa
exteriora mouētur ſcḋm motū celeſtiū corꝑm. ex q̄ꝝ ꝯcurſu
volūtas īcipit aliq̄d velle et nō velle. ſic adueniēte frigore
incipit aliquis velle facere ignē. ſʒ iſta motio voluntatis ē
ex pte obi exteriꝰ p̄ſitati. non ex pte interioris inſtinctus.
¶ Ad tertiū dḋ. ꝙ ſic dcm̄ ē. appetitꝰ ſenſitiuꝰ eſt actꝰ or
gani corporalis. vñ nihil prohibet ex impſſiōe corpoꝝ ce
leſtiū aliquis eē habilis ad iraſcendū vł ꝯcupiſcendum
vel aliquā huiꝰmōi paſſionē. ſic ⁊ ex ꝯplexione naturali
plures hoīū ſequūt̄ paſſiões quibꝰ ſoli ſapientes reſiſtūt
et iō vt ī pluribꝰ verificāt̄ q̄ ꝓnunciant̄ de actibꝰ hoīū ſʒ
ꝯſiderationē celeſtiū corpoꝝ. Sʒ tñ vt. Ptholo. dic̄ ī cēti
logio. Sapiēs dñat̄ aſtris. ſ. q2 reſiſtēs paſſiōibꝰ īpedit ꝑ
volūtatē liberā. ⁊ nequaq̄ motui celeſti ſubiectā hmōi
celeſtiū corpoꝝ effectꝰ vł vt Aug. dic̄ ij. ſup Gen̄. ad lrām
Fatēdum ē qñ ab aſtrologis vera dicūtur inſtinctu quo
dā occultiſſimo dici. quā neſciētes hūane mētes patiūt̄
qḋ tñ ad decipiēdū hoīes ſpirituū imundoꝝ ⁊ ſeductoꝝ ē
operatio.

## Ad ſextum ſic procedit̄.

Videtur ꝙ voluntas non a ſolo deo moueatur ſicut ab
exteriori principio. inferius. n. natum eſt moueri a ſuo ſu
periori ſicut corpora inferiora a corporibus celeſtibus. ſʒ
voluntas hominis habet aliquid ſuperiꝰ poſt deū ſcilicʒ
angelum. ergo voluntas poteſt moueri ſicut ab exteriori
principio etiam ab angelo. ¶ Preterea. actus volunta-
tis ſequitur actum intellectus. ſed intellectus hominis
reducitur in ſuum actum non ſolum a deo. ſed etiam ab
angelo per illuminationes. vt Dionyſius dicit. ergo eadē
ratione ⁊ voluntas. ¶ Preterea deus nō eſt cauſa niſi bo
norum ſcḋm illud. Gen̄. primo vidit deus cuncta que fe-
cerat et erant valde bona. ſi ergo a ſolo deo voluntas ho-
minis moueretur. nunq̄ moueretur ad malum cum ta-
men volūtas ſit qua peccat̄ et recte viuitur. vt Augꝰ dic̄

Sʒ ꝯ̄ ē qḋ ap̄ls dıc̄ ad Phil'.ıȷ. Deus ē q̄ opaꝛ̄ in nobis velle ⁊ ꝑficere. Rñ. dō. ꝙ motus voluntas ē ab intrinſeco ſicͭ ⁊ motꝰ natural'. Quis āt rē naturalē poſſit aliq̄d mouere qḋ nō ē cā nature rei mote. tñ motū naturalē cāre ñ pōt niſi qḋ ē aliq̄liter cā nature. Mouet̃.n. lapis ſurſum ab hoīe q̄ naturā lapidis ñ cāt. ſʒ hic motꝰ ñ ē lapidi natural'. natural' āt motus eiꝰ nō cāt̃ niſi ab eo quod dat cāʒ naturā. vñ dr̄ in .viȷ. phi. ꝙ generās mouet ſm locū grauia ⁊ leuia. ſic ergo hoīeʒ voluntatē hn̄tē ꝯtingit moueri ab aliq̄ q̄ nō ē cā eius. ſʒ ꝙ motus voluntariꝰ eius ſit ab aliq̄ principio extrinſeco qḋ ñ ē cā voluntatis. ē impoſſibile. voluntatis āt cā nihil aliud eē pōt q̄ʒ deꝰ. ⁊ hoc pʒ dupl'r. primo q̄dē ex hoc qḋ voluntas ē potētia aīe rōnal'. q̄ a ſolo deo cāt̃ ꝑ creationē. vt in pmo dictū ē. Scdo vō ex hoc pʒ ꝙ voluntas hʒ ordinē ad vl'e bonū. vñ nihil aliud pōt eſſe voluntatis cā niſi ipē deꝰ q̄ ē vl'e bonū. oē āt aliud bonū ꝑ ꝑticipatōeʒ dr̄. ⁊ ē q̄ddā ꝑticulare bonū. ꝑticulare̾ āt cā nō dat inclinatōeʒ vl'eʒ. vñ nec materia prima q̄ ē in potētia ad oēs formas pōt cāri ab aliq̄ ꝑticulari agēte. Ad .i. gͦ dō. ꝙ angelus nō ſic ē ſup hoīeʒ ꝙ ſit cā voluntatis eius. ſicut corpa celeſtia ſunt cā formaꝝ naturaliū. ad q̄s conſequūt̃ naturales motus corpoꝝ naturaliū. Ad .ıȷ. dō. ꝙ intellectꝰ hoīs mouet̃ ab āgelo ex pte obiecti qḋ ſibi ꝓponit̃ v̾tute āgelici lumīs ad cognoſcēdū. ⁊ ſic etiā voluntas ab exteriori creatura pōt moueri vt dictū ē. Ad .iȷ. dō. ꝙ deus mouet voluntatē homīs ſicͭ vl'is motor ad vl'e obiectū voluntatis qḋ ē bonū. ⁊ ſine hac vl'i motōe hō nō pōt aliq̄d velle. ſʒ hō ꝑ rōeʒ determinat ſe ad volēdū hoc vel illud. qḋ ē vere bonū vel apparēs bonū. ſʒ tñ interdum ſpāl'r deꝰ mouet aliq̄s ad aliq̄d determinate volēdū qḋ eſt bonum. ſicut in his quos mouet ꝑ gratiam. vt infra dicetur.

## Queſtio. X.

Deinde ꝯſiderādum ē de mō q̄ voluntas mouet̃. Et circa hoc q̄runt̃ q̄ttuor. Primo vtꝝ voluntas ad aliq̄d naturaliter moueat̃. Scdo vtꝝ de neceſſitate moueat̃ a ſuo obiecto. Tertio vtꝝ de neceſſitate moueat̃ ab appetitu īferiori. Quarto vtꝝ de neceſſitate moueatur ab exteriori motiuo quod eſt deus.

## Ad primū ſic proceditur

Videt̃ ꝙ voluntas nō moueat̃ ad aliq̄d naturaliter. agēs eñ naturale diuidit̃ ꝯ̄ agēs voluntariū. vt pʒ in principio .ıȷ. phi. nō gͦ voluntas ad aliq̄d naturalit̃ mouet̃. Pre. id qḋ ē naturale ieſt alicui ſꝑ ſicͭ igni eē calidū. ſʒ nullus motꝰ ieſt voluntati ſꝑ. ergo nullus motꝰ ē natural' voluntati. Pre. natura ē determinata ad vnū. ſʒ voluntas ſe hʒ ad oppoſita. ergo voluntas nihil naturalit̃ vult. Sʒ ꝯ̄ ē ꝙ motꝰ voluntatis ſeq̄t̃ actū intellectꝰ. ſʒ intellectꝰ aliq̄ intelligit naturalit̃. ergo ⁊ voluntas vl'r naturalit̃. Rñ. dō ꝙ ſicͭ Boe. dic̄ i li. de duab̄ naturis. ⁊ phs i .v. metaphi. natura dr̄ multipl'r. q̄ñʒ.n. dr̄ ꝑincipiū intrīſecū i reb̄ mobilib̄. ⁊ tal' natura ē vel materia vel forma material'. vt pʒ i .ıȷ. phi. Alio mō dr̄ nā q̄libet ſubſtāna vel qḋlibet ens. ⁊ ſm hoc illud dr̄ eē nāle rei qḋ conuenit ei ſm ſuā ſubſtāntiā ⁊ hoc ē qḋ ꝑ ſe ieſt rei. i oīb̄ āt ea q̄ ñ ꝑ ſe inſūt reducūt̃ in aliq̄d qḋ ꝑ ſe ieſt ſicͭ i primū. ⁊ iō neceſſe ē ꝙ hoc mō accipiēdo nāʒ ſꝑ principiū i his q̄ cōueniūt rei ſit naturale. ⁊ hoc māifeſte appet i itellectu. nā pꝛīcipia itellectual' cognitionis ſunt naturalit̃ nota. ſil'r etiā pꝛīcipiū motuū voluntarioꝝ oʒ eſſe aliq̄d naturalit̃ volitū. hoc āt ē bonū i cōi i qḋ voluntas naturaliter tēdit. ſicͭ etiā q̄libet potētia i ſuū obiectū. ⁊ etiā ipē finis vltimꝰ q̄ hoc mō ſe hʒ in appetibilib̄ ſicͭ prima pꝛīcipia demōſtrationū i itelligibilib̄. ⁊ vl'r oīa illa q̄ cōueniūt volēti ſm ſuā naturā. ñ.n. ꝑ voluntatē appetimꝰ ſolū ea q̄ ꝑtinēt ad potētiā voluntatis. ſʒ etiā ea q̄ ptinēt ad ſingulas potētias ⁊ ad totū hoīeʒ. vñ naturalit̃ hō vult ñ ſolū obiectū voluntatis. ſʒ etiā alia q̄ cōueniūt aliis potētiis. vt cognitōeʒ veri q̄ cōuenit itellectui. ⁊ eē ⁊ viuere. ⁊ hmōi alia q̄ reſpiciūt cōſiſtētiā naturalē. q̄ oīa ꝯphēdūt̃ ſub obo voluntatis ſicͭ q̄dā ꝑticlaria bōa. Ad .i. gͦ dō ꝙ voluntas diuidit̃ ꝯ̄ naturā. ſicͭ vna cā ꝯ̄ aliā. q̄dā.n. fiūt naturaliter. ⁊ q̄dā fiūt voluntarie. Eſt āt aliꝰ modꝰ cāndi ꝓꝑiꝰ voluntati q̄ ē dn̄a ſui actꝰ. ꝑter modū q̄ ꝯuenit nature q̄ ē determiāta ad vnū. ſʒ q2 voluntas i aliq̄ natura fundat̃. necē ē ꝙ modꝰ ꝓpꝛiꝰ nature q̄ntū ad aliq̄d ꝑticipet̃ a voluntate. ſicͭ qḋ ē prioꝛ̄ cāe ꝑticipat̃ a poſteriori. ē.n. pꝛīꝰ i vnaq̄q; re ipm eē qḋ ē ꝑ naturā. q̄ʒ velle qḋ ē ꝑ voluntatē. ⁊ inde ē ꝙ voluntas naturalit̃ aliquid vult. Ad .ıȷ. dō. ꝙ in reb̄ naturalib̄ id qḋ ē naturale q̄ſi ꝯ̄ns formā tm̄. ſꝑ actu ieſt. ſicͭ calidū igni. Qḋ āt ē naturale ſicͭ ꝯ̄ns materiā. ñ ſꝑ actu ieſt. ſʒ q̄ñʒ ſm potētiā tm̄. nā forma ē actus. materia vō potētia. motꝰ ē actꝰ exiſtīs i potētia. ⁊ iō illa q̄ ꝑtinēt ad motū vel q̄ ſequūt̃ motū in reb̄ naturalib̄. ñ ſꝑ iſunt ſicͭ ignis ñ ſꝑ mouet̃ ſurſum. ſʒ q̄ñ ē extra locū ſuū. ⁊ ſil'r ñ oʒ ꝙ voluntas q̄ de potētia i actū reducit̃ dū aliq̄d vult. ſꝑ actu velit. ſʒ ſolū q̄ñ ē in aliq̄ diſpōe determiāta. voluntas āt dei qui ē actꝰ purus ſꝑ ē in actu volendi. Ad .iȷ. dō. ꝙ ſꝑ nature r̄ndet vnū ꝓportionatū nature. nature.n. i genere r̄ndet aliquid vnū in genere. ⁊ nature i ſpē acceptē r̄ndet vnū in ſpē. nature āt idiuiduate r̄ndet aliqḋ vnū indiuiduale. cū igit̃ voluntas ſit q̄dā vis imaterial' ſicͭ ⁊ intellectꝰ r̄ndet ſibi naturalit̃ aliqḋ vnū cōe. ſ. bonū. ſicͭ etiā intellectui aliqḋ bonū cōe. ſ. veꝝ vel ens. vel q̄cq̄d ē hmōi Sub bono autem communi multa ꝑticularia bona continentur. ad q̄ꝝ nullum voluntas determinatur.

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ voluntas de nc̄ctate moueat̃ a ſuo obiecto. obiectū.n. voluntatis ꝯpat̃ ad ipāʒ ſicͭ motiuū ad mobile. vt pʒ i .iȷ. de aīa. ſʒ motiuū ſi ſit ſufficiēs ex nc̄ctate mouet mobile. ergo voluntas ex nc̄ctate pōt moueri a ſuo obiecto. Pre. ſicͭ voluntas ē vis imaterial' ita ⁊ itellectꝰ. ⁊ vtraq; potētia ad obiectū vl'e ordinat̃ vt dictū ē. ſʒ itellectus ex nc̄ctate mouet̃ a ſuo obiecto. gͦ ⁊ voluntas a ſuo. Pre. oē qḋ q̄s vult. aut ē finis aut aliq̄d ordinatū ad finē. ſʒ finē aliq̄s ex nc̄ctate vult. vt vr̄. q2 ē ſicͭ pꝛīcipiū in ſpeculatiuis. cui ex neceſſitate aſſentimꝰ. finis āt ē rō volēdi ea q̄ ſunt ad finē. ⁊ ſic vr̄ etiā ꝙ ea q̄ ſunt ad finē ex neceſſitate velimꝰ. voluntas gͦ ex neceſſitate mouet̃ a ſuo obiecto. Sʒ ꝯ̄ ē ꝙ potētie rōnales ſm phm̄ ſunt ad oppoſita. ſʒ voluntas ē potētia rōnal'. ē.n. i rōe. vt dr̄ i .iȷ. de aīa. gͦ voluntas ſe hʒ ad oppoſita. ñ gͦ ex nc̄ctate mouet̃ ad alteꝝ oppoſitorū. Rñ. dō. ꝙ voluntas mouet̃ dupl'r. vno mō q̄ntū ad exercitium actus. Alio mō q̄ntum ad ſpecificationē actus que eſt ex obiecto. primo ergo mō voluntas a nullo obiecto ex neceſſitate mouetur. pōt.n. aliquis de quocūq; obiecto non cogitare. ⁊ ꝑ conſequens nec actu velle illud. Sʒ q̄ntum ad ſecundū motōis modū voluntas ab aliq̄ obiecto ex neceſſitate mouet̃. ab aliq̄ aūt nō. in motu.n. cuiuſlibet potentie a ſuo obiecto conſiderāda eſt rō ꝑ quā obiectum mouet potētiā. viſibile.n. mouet viſuʒ ſub rōe coloris actu viſibil'. vñ ſi color ꝓpōat̃ viſui. ex nc̄ctate mouʒ ipʒ. niſi

aliqs viſum auertat. qḋ ptinet ad exercitiū act⁹. ſi aūt ꝓpo
neret̃ aliqd viſui qḋ nō oībꝫ mōis eēt color in actu ſꝫ ſm
aliqd eēt tale ſm aūt aliqd nō tale. nō ex neceſſitate viſ⁹
tale obm videret. poſſet. n. intēdere in ipm̄ ex ea pte q̄ nō
ē coloratū in actu. ⁊ ſic ipm̄ nō videret. ſicut aūt coloratū in
actu ē obm viſus ita bonū ē obm volūtatis. vñ ſi ꝓponat̃
aliqḋ obm volūtati qḋ ſit vlr bonū ⁊ ſm oēꝫ ꝯſideratōem
ex neceſſitate volūtas in id tēdit ſi aliqd velit. nō. n. pote-
rit velle oppoſitū. Si aūt ꝓponat̃ ſibi aliqḋ obiectū quod
nō ſm qualibet ꝯſideratōeꝫ ſit bonū. nō ex neceſſitate volū
tas ferẽ in illud. ⁊ q2 defectus cuiuſcūq3 boni h3 rōeꝫ nō boni
iō illud ſolū bonū qḋ ē pfectū ⁊ cui nihil deficit. ē tale bo-
nū qḋ volūtas nō pōt nō velle. qḋ ē btitudo. alia aūt q̄li-
bet pticularia bona inq̄ȝtū deficiūt ab aliq̄ bono. pñt acci-
pi vt nō bona ⁊ ſm hāc ꝯſideratōeꝫ pñt repudiari vel ap
pbari a volūtate. q̄ pōt in idē ferri ſm diuerſas ꝯſideratō
nes. ¶ Ad. i. ergo dḋ. q̄ ſufficiēs motiuū alic⁹ potētie nō
niſi obiectū qḋ totalit̃ h3 rōnē motiui. ſi aūt in aliq̄ defici
at. nō ex neceſſitate mouebit. vt dictū ē. ¶ Ad. ij. dḋ. q̄ in
tellectus ex neceſſitate mouet̃ a tali obiecto qḋ ē ſp ⁊ ex ne
ceſſitate ve℞. nō aūt ab eo qḋ pōt eē ve℞ ⁊ falſuꝫ. ſ. a ꝯtin
gēti. ſicut ⁊ de bono dictū ē. ¶ Ad. iij. dḋ. q̄ finis vltimus
ex neceſſitate mouet volūtatē. q2 ē bonū pfectū. ⁊ ſilr illa
q̄ ordinant̃ ad hūc finē. ſine quibꝫ finis haberi nō pōt. ſicut
eē ⁊ viuere ⁊ hmōi. alia vō ſine quibꝫ finis haberi pōt.
nō ex neceſſitate vult q̄ vult finē. ſicut ꝯcluſiones. ſine q̄bus
pncipia poſſunt eē vera. non ex neceſſitate credit q̄ prin
cipia credit.

## Ad tertiū ſic proceditur:

Videt̃ q̄ volūtas ex neceſſitate moueat̃ a paſſione appeti
tus inferioris. dic. n. aplſ Ro. vij. Nō. n. qḋ volo bonuꝫ
hoc ago. ſꝫ qḋ odi malū illud facio. qḋ dr̄ ꝓpt ꝯcupiam q̄
ē paſſio q̄dā. ergo volūtas ex neceſſitate mouet̃ a paſſiōe.
¶ Pře. ſicut dr̄ in. iij. ethi. q̄lis vnuſq̄ſq3 ē tal̃ finis videt̃ ei
ſꝫ nō ē in ptāte volūtatis q̄ ſtatī paſſionē abijciat. ergo nō
ē in ptāte volūtatis q̄ nō velit illud ad qḋ paſſio ſe incli-
nat. ¶ Pře. cā vlis nō applicat̃ ad effectū pticularem ni
ſi mediāte cā pticulari. vñ ⁊ rō vlis nō mouet niſi mediā
te eſtimatōe pticulari. vt dr̄ in. iij. de aīa. ſꝫ ſicut ſe h3 rō vlis
ad eſtimatōeꝫ pticularē. ita ſe h3 volūtas ad appetitū ſenſi
tiuū. ergo ad aliqḋ pticulare volendū nō mouet̃ volūtas
niſi mediāte appetitu ſenſitiuo. ſi ergo appetitus ſenſitiu⁹
ſit p aliquā paſſionē ad aliqd diſpoſitus. volūtas nō pote
rit in ꝯtrariū moueri. ¶ Sed ꝯ ē qḋ dr̄ Gen. iiij. Subter te
erit appetitus tuus. ⁊ tu dñaberis illius. nō ergo volūtas
hōis ex neceſſitate mouet̃ ab appetitu inferiori. ¶ Rñ. dḋ
q̄ ſicut ſup dictū ē paſſio appetitus ſenſitiui mouet volūta
tē ex ea pte q̄ volūtas mouet̃ ab obō. inq̄ȝtū. ſ. hō aliq̄lr
diſpoſitus p paſſionē iudicat aliqd eē ꝯueniēs ⁊ bonū qḋ
extra paſſionē exñs nō iudicaret. hmōi aūt immutatio hōis
p paſſionē duobꝫ modis ꝯtigit. vno mō ſic q̄ totalit̃ rō li
gat̃. ita q̄ hō vſum rōis nō h3. ſicut ꝯtingit in his q̄ ꝓpt ve-
hemētē irā vel ꝯcupiaꝫ furioſi vel amētes fiūt. ſicut ⁊ ꝓpt ali
quā aliā pturbatōeꝫ corpalē. hmōi. n. paſſiones non ſine
corpali trāſmutatōe accidūt. ⁊ de talibꝫ eadē ē rō ſicut ⁊ de
aīalibꝫ brutis. q̄ ex neceſſitate ſequunt̃ impetū paſſionis. in
his. n. nō ē aliq̄s rōis motus. ⁊ p ꝯñs nec volūtatis. aliqñ
aūt rō nō totalit̃ abſorbet̃ a paſſione. ſꝫ remanet q̄ȝtū ad ali
q̄d iudiciū rōis liber℞. ⁊ ſm hoc remanet aliqd de motu vo
lūtatis. inq̄ȝtū ergo rō manet libera ⁊ paſſioni nō ſubiecta
intm̄ volūtatis mot⁹ q̄ manet nō ex neceſſitate tendit ad
hoc ad qḋ paſſio inclinat. ⁊ ſic aut mot⁹ volūtatis nō ē in
hōie. ſꝫ ſola paſſio dñat̃. aut ſi mot⁹ volūtatis ſit. nō ex ne
ceſſitate ſeq̄t̃ paſſionē. ¶ Ad. i. ergo dḋ. q̄ ⁊ ſi volūtas nō
poſſit facere qui mot⁹ ꝯcupie inſurgat. de q̄ aplſ dic. qḋ
odi malū. illud facio. i. ꝯcupiſco. tñ pōt volūtas nō velle
ꝯcupiſcere aut ꝯcupie nō ꝯſentire. ⁊ ſic nō ex ncc̄itate ſeq̄tur
ꝯcupie motū. ¶ Ad. ij. dḋ. q̄ cū in hōie ſunt due nature.
intellectual̃. ſ. ⁊ ſenſitiua. qñq3 q̄dē ē hō aliq̄l̃r vniformit̃ ſꝫ to
tā aīaꝫ. q2. ſ. vel ps ſenſitiua totalit̃ ſubijcit̃ rōi. ſicut ꝯtigit in
virtuoſis. vel ecōuerſo rō totalit̃ abſorbet̃ a paſſione ſicut acci
dit in amētibꝫ. ſꝫ aliqñ ⁊ ſi rō obnubilet̃ a paſſione rema
net tñ aliqd rōis liber℞. ⁊ ſm hoc pōt aliq̄s vel totalit̃ paſſi
onē repellere. vel ſaltē ſe tenere ne paſſionē ſeq̄t̃. in tali. n.
diſpōe. q2 hō ſm diuerſas ptes aīe diuerſimode diſponit̃
aliud ei videt̃ ſm rōnē. ⁊ aliud ſm paſſionē. ¶ Ad. iij. dḋ
q̄ volūtas nō ſolū mouet̃ a bono vl̃i apphenſo p rōnē ſꝫ
etiā a bono apphēſo p ſenſum. ⁊ iō pōt moueri ad aliqḋ
pticulare bonū abſq3 paſſione appetit⁹ ſenſitiui. multa. n.
volumus ⁊ opamur abſq3 paſſione p ſolā appetit⁹ electō
nem. vt p3 in his in quibus rō renitit̃ paſſioni.

## Ad quartū ſic proceditur.

Videt̃ q̄ volūtas ex neceſſitate moueat̃ a dō. oē. n. agēs
cui reſiſti nō pōt ex ncc̄itate mouet. ſꝫ deo cū ſit īfinite vtu
tis. reſiſti nō pōt. vñ dr̄ Ro. ix. Voluntati ei⁹ q̄s reſiſtit. er-
go dñs ex neceſſitate mouet volūtatē. ¶ Pře. voluntas
ex neceſſitate mouet̃ in illa q̄ naturalit̃ vult. vt dictū ē. ſꝫ
hoc ē vnicuiq3 rei naturale qḋ ds̄ in eo opat̃. vt aug. dic. xx
v. ꝯ Fauſtū. ergo volūtas ex ncc̄itate vult oē illud ad qḋ
a dō mouet̃. ¶ Pře. poſſibile ē q̄ poſito nō ſeq̄t̃ ipoſſibile
ſeq̄t̃ aūt ipoſſibile ſi ponat̃ q̄ volūtas nō velit hoc ad qḋ
ds̄ eā mouet. q2 ſm hoc opatio dei eēt ineffican. nō ergo eſt
poſſibile volūtatē nō velle hoc ad qḋ ds̄ eā mouet. ergo ne
ceſſe ē eā hoc velle. ¶ Sꝫ ꝯ ē qḋ dr̄ Eccl. xv. De⁹ ab ini-
tio ꝯſtituit hōieꝫ. ⁊ reliq̄t eū in manu ꝯſilij ſui. nō ergo ex ne-
ceſſitate mouet volūtatē ei⁹. ¶ Rñ. dḋ. q̄ ſicut Diony. dic
iiij. ca. de di. no. ad ꝓuidētiā diuinā nō ptinet naturā re℞
corrūpe ſꝫ ſuare. vñ oīa mouet ſm eo℞ ꝯditōeꝫ. ita q̄ ex
cāis neceſſarijs p motionē diuinā ꝯſeq̄t̃ effectus ex neceſ-
ſitate. ex cāis aūt ꝯtingētibꝫ ſequūt̃ effect⁹ ꝯtingētes. q2 igit̃
volūtas ē actiuū principiū nō determinatū ad vnū. ſꝫ in-
different̃ ſe hñs ad multa. ſic ds̄ ipaꝫ mouet q̄ nō ex ne-
ceſſitate ad vnū determinat. ſꝫ remanet mot⁹ ei⁹ ꝯtingēs
⁊ nō neceſſari⁹. niſi in his ad q̄ naturalit̃ mouet̃. ¶ Ad. i.
ergo dḋ. q̄ volūtas diña nō ſolū ſe extēdit vt aliqd fiat p
rē quā mouet. ſꝫ vt etiā eo mō fiat q̄ ꝯgruit nature ipſi⁹.
⁊ iō magis repugnaret diue motōi ſi volūtas ex neceſſi-
tate moueret̃. qḋ ſue nature nō ꝯpetit. q̄ȝ ſi moueret̃ libere
ꝓut ꝯpetit ſue nature. ¶ Ad. ij. dḋ. q̄ naturale ē vnicui
q3 qḋ ds̄ opat̃ in ipo vt ſit ei naturale. ſic. n. vnicuiq3 con
uenit aliqd ſm q̄ ds̄ vult q̄ ei ꝯueniat. nō aūt vult q̄ q̄cq̄d
opat̃ i rebꝫ ſit eis naturale. puta q̄ mortui reſurgāt ſꝫ hoc
vult vnicuiq3 eē nāle q̄ ptāti diue ſubdat̃. ¶ Ad. iij. dḋ. q̄
ſi ds̄ mouet volūtatē ad aliqd. ipoſſibile ē huic poſitōi q̄
volūtas ad illḋ nō mouet̃. nō tñ ē ipoſſibile ſimplr. vñ nō ſeq̄
tur q̄ volūtas a deo ex ncc̄itate moueat̃. ¶ Queſtio. XI

## Deinde ꝯſiderādum.

eſt de fruitione. Et circa hoc queruntur quat
tuor. Primo vtrum frui ſit actus appetitiue
potentie. Secundo vtrum ſoli rationali creature conue-
niat. an etiam ani malibꝫ brutis. Tertio vtrū fruitio ſit tm̄

vltimi finis. Quarto vtrū ſit ſolū finis habiti.

## Ad primū ſic proceditur

Videt̄ φ frui ñ ſit ſolū appetitiue potētie. frui.n. nihil aliud eſſe videt̄ q̄ȝ fructū capere. ſed fructū hūane vite q̄ eſt btitudo accipit intellectus. in cuius actu btitudo conſiſtit. vt ſup oñſum ē. ergo frui ñ ē appetitiue potētie. ſed intellectus ¶ Præ. q̄libet potētia h̄ȝ ꝓpriū finē q̄ ē pfectio ei⁹. ſic viſus finis ē cognoſcere viſibile. auditus ꝑcipe ſonos. ⁊ ſic de alijs. ſȝ finis rei eſt fructus eius. ergo frui ē potētie cuiuſlibet ⁊ non ſolum appetitiue. ¶ Præ. fruitio delectatōnem quādā importat. ſed delectatio ſenſibil' ptinet ad ſenſum qui delectat̄ in ſuo obiecto. ⁊ eadē rōe delectatio intellectual' ad intellectū. ergo fruitio ptinet ad apprehēſiuaȝ potentiā ⁊ ñ ad appetitiuā. ¶ Sed ɔ̄ ē qđ Aug. dicit in i. de doc. xp̄ia. ⁊ in. x. de trini. Frui ē amore inherere alicui rei ꝓpter ſeipſam. ſed amor ptinet ad appetitiuā potentiā. ergo ⁊ frui ē actus appetitiue potētie. ¶ Rñ. dd̄. φ fruitio ⁊ fructus ad idē ptinere videnẗ ⁊ vnū ex altero deriuari. q̄ȝtum āt ad hoc nihil ad ꝓpoſitū refert. niſi φ hoc ꝓbabile videt̄ φ id qđ magis ē manifeſtū pñs etiā fuerit noīatū. Sūt āt nobis p̄mo manifeſta q̄ ſunt ſenſibilia magis vñ a ſenſibilibꝫ fructibꝫ nomē fruitionis deriuatū videt̄. Fructus āt ſenſibil' ē id qđ vltimū ex arbore expectat̄. ⁊ cum q̄dam ſuauitate ꝑcipit̄. vñ fruitio ptinere videt̄ ad amorē vel delectationē quā aliq̄s h̄ȝ de vltīo expectato qđ ē finis. ſm̄ ſe āt ⁊ bonū ē obiectū appetitiue potētie. vñ manifeſtū ē φ fruitio ē actus appetitiue potētie. ¶ Ad. i. ergo dd̄. φ nihil ꝓhibet vnū ⁊ idē ſm̄ diuerſas rōnes ad diuerſas potētias ptinere. ipſa igit̄ viſio dei in q̄ȝtum eſt viſio eſt actus intellectus. in q̄ȝtum āt ē bonū ⁊ finis ē volūtatis obiectū. ⁊ hoc mō ē eius fruitio. ⁊ finē hunc intellectus conſequit̄ tāq̄ȝ potētia agēs. voluntas āt tāq̄ȝ potētia mouēs ad finē. ⁊ fruēs fine iā adepto. ¶ Ad. ij. dd̄. φ pfectio ⁊ finis cuiuſlibet alterius potētie continet̄ ſub obiecto appetitiue. ſic ꝓpriū ſub cōi. vt dictū ē ſup. vñ pfectio ⁊ finis cuiuſlibet potētie in q̄ȝtū ē q̄ddā bonū ptinet ad appetitiuam ꝓpter qđ appetitiua potentia mouet alias ad ſuos fines. ⁊ ipſa conſequit̄ finē qñ q̄libet aliaꝝ ptingit ad finē. ¶ Ad. iij. dd̄. φ in delectatōe duo ſunt. ſ. ꝑceptio conueniētis q̄ ptinet ad apprehenſiuā potētiā. ⁊ complacentia ei⁹ qđ offert̄ vt conueniēs. ⁊ hoc ptinet ad appetitiuam potentiam. in q̄ rō delectationis completur.

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videt̄ φ frui ſolūmō ſit hoīm. dicit. n. Auguſ. i. i. de doc. xp̄ia. φ nos hoīes ſumus q̄ fruimur ⁊ vtimur. ñ ergo alia aīalia frui pñt. ¶ Præ. frui ē vltīi finis. ſed ad vltimū finē ñ pñt ptigere bruta aīalia. ergo eoꝝ ñ eſt frui. ¶ Præ. ſicut appetitus ſenſitiuus ē ſub intellectiuo. ita appetitus natural' ē ſub ſenſitiuo. ſi igit̄ frui ptinet ad appetitū ſenſitiuū. videt̄ φ pari rōe poſſit ad naturalē ptinere. qđ ꝓ̄ȝ ē falſum. q2 eius ñ ē delectari. ergo appetitus ſenſitiui non ē frui. ⁊ ita nō couenit brutis aīalibꝫ. ¶ Sȝ ɔ̄ ē qđ Aug⁹. dicit in li. lxxxiij. q. Frui q̄dē cibo ⁊ q̄libet corꝑali voluptate ñ abſurde eſtimant̄ ⁊ beſtie. ¶ Rñ. dd̄. φ ſicut ex p̄dictis habet̄. frui ñ ē actus potētie ꝑuenientis ad finē ſicut exequētis. ſȝ potētie opantis executionē. dictū ē. n. φ ē appetitiue potētie. In rebꝫ āt cognitōe carētibꝫ inuenit̄ q̄dam potētia ptingēs ad finē ꝑ modū exequētis. ſicut graue tēdit deorſum. ⁊ leue ſurſum. Sȝ potētia ad quā ptinet finis ꝑ modū impantis ñ inuenit̄ in eis. ſȝ in aliq̄ ſuperiori natura q̄ ſic mouet totā naturā ꝑ impium. ſicut in hñtibꝫ cognitōeȝ appetitus mouet alias potētias ad ſuos actus. vñ manifeſtū ē φ in his q̄ cognitōe carēt q̄ȝuis ptingāt ad finē. nō inuenit̄ fruitio finis. ſed ſolū in his q̄ cognitōeȝ hñt. ſed cognitio finis ē duplex. pfecta ⁊ imperfecta. Perfecta q̄dē q̄ ñ ſolū cognoſcit̄ id qđ ē finis ⁊ bonū. ſed rō vltīs finis ⁊ boni. ⁊ tal' cognitiō ē ſolius rōal' nature. Impfecta āt cognitio ē q̄ cognoſcit̄ pticulare finis ⁊ bonū. ⁊ tal' cognitio eſt in brutis aīalibꝫ. q̄ꝝ ⁊ virtutes appetitiue ñ ſunt impātes libere. ſed ſm̄ naturalē inſtinctū ad ea q̄ apprehendūt mouet̄. vñ rōali nature couenit fruitio ſm̄ rōnem pfectā. brutis āt aīalibꝫ ſm̄ rōnem impfectā. alijs āt creaturis nullo mō. ¶ Ad. i. ergo dd̄. φ Aug. loquit̄ de fruitōe pfecta. ¶ Ad. ij. dd̄. φ ñ oportet φ fruitio ſit vltīi finis ſimplr̄. ſed eius qđ habet̄ ab vnoq̄q̄ȝ ꝓ vltimo fine. ¶ Ad. iij. dd̄. φ appetitus ſenſitiuus conſeq̄t̄ aliquā cognitōeȝ. ñ āt appetitus naturalis. p̄cipue put ē i his q̄ cognitōe carēt. ¶ Ad. iiij. dd̄. φ Aug. ibi loquit̄ d̄ fruitōe ipfecta. qđ ex ipſo mō loq̄ndi appȝ. dicit. n. φ frui ñ adeo abſurdō exiſtimat̄ ⁊ beſtie. ſ. ſicut ti abſurdiſſime dicerēt̄

## Ad tertiū ſic proceditur.

Videt̄ φ frui ñ ſit tm̄ vltīi finis. dicit. n. ap̄ls ad philemonē. Itaq̄ȝ frat̄ ego te fruar i dño. ſȝ māifeſtū ē φ paulus ñ poſuerat vltimū finē ſuū i hoīe. g⁰ frui ñ tm̄ ē vltīi finis. ¶ Præ. fruct⁹ ē q̄ aliq̄s fruit̄. ſȝ ap̄ls dic ad Gal v Fructus ſpūs ē charitas gaudiū pax ⁊ hmōi. q̄ ñ hñt rōnē vltīi finis. ñ ergo fruitio ē tm̄ vltīi finis. ¶ Præ. actus volūtatis ſupra ſeipſos reflectunt̄. volo. n. me velle ⁊ amo me amare. ſed frui ē actus volūtatis. volūtas. n. ē ꝑ quā fruimꝰ. vt Aug. dic. x. de tri. ergo aliq̄s fruit̄ ſua fruitōe ſȝ fruitio ñ ē vltimus finis hoīs. ſȝ ſolū bonū icreatū qđ eſt deus. ñ ergo fruitio ē ſolū vltīi finis. ¶ Sȝ ɔ̄ ē qđ Aug. dic x. de tri. φ ñ fruit̄ ſi q̄s id qđ i facultatē volūtatis aſſumit ꝓpt̄ aliud appetit. ſȝ ſolū vltim⁹ finis ē q̄ ñ ꝓpt̄ aliud appetit̄. ergo ſol⁹ vltīi finis ē fruitio. ¶ Rñ. dd̄. φ ſicut dictū ē ad rōeȝ fruct⁹ duo ptinēt. ſ. φ ſit vltimū ⁊ φ appetitū q̄etet q̄dā dulcedie vl' delectatōe. vltimū āt ē ſimplr̄. ⁊ ſȝ q̄d ſimplr̄ q̄dē qđ ad aliud ñ refert̄. ſȝ ſm̄ q̄d φ ē alioꝝ vltimū qđ ergo ē ſimplr̄ vltimū i q̄ aliq̄d delectat̄. ſicut i vltīo fine. hꝫ q̄ppe ꝓp̄e dr̄ fruct⁹. ⁊ eo ꝓp̄ie dr̄ aliq̄s frui. qđ āt i ſeipſo ñ ē delectabile. ſȝ tm̄ appetit̄ i ordie ad aliud. ſicut pocio amara ad ſanitatē. nullo mō fruct⁹ dici pōt. qđ āt i ſe h̄ȝ quandā delectatōeȝ ad quā q̄dā p̄cedētia referunt̄ pōt q̄dē aliq̄ mō dici fruct⁹. ſȝ ñ ꝓp̄ie ⁊ ſm̄ cōpletā rōeȝ fruct⁹ eo dicimꝰ frui. vñ Aug. i. x. d̄ tri. dic. φ fruimꝰ cognitis i q̄bꝫ volūtas delectata ɔq̄eſcit. ñ āt q̄eſcit ſimplr̄ niſi in vltīo. q2 q̄ȝdiu aliq̄d expectat̄ mot⁹ volūtatꝫ remanet i ſuſpēſo. ſȝ iā ad aliq̄d ꝑuenerit. ſicut i motu locali. ſȝ illud qđ ē mediū i magnitudie ſit p̄ncipiū ⁊ finis. ñ tm̄ accipit̄ vt finis i actu niſi qñ i eo q̄eſcit̄. ¶ Ad. i. ergo dd̄. φ ſicut Augu. dic i. i. de doc. xp̄ia. Si dixiſſet te fruar. ⁊ ñ addidiſſet i dño. videret̄ finē delectatōis i eo poſuiſſe. ſȝ q2 addidit i dño. i dño ſe poſuiſſe finē atq̄ȝ i eo ſe frui ſignificauit. vt ſic frē ſe frui dixerit ñ tāq̄ȝ termio. ſȝ tāq̄ȝ medio. ¶ Ad. ij. dd̄. φ fruct⁹ alit̄ cōparat̄ ad arborē ꝓducētē. ⁊ alit̄ ad hoīeȝ fruētē. ad arborē q̄dē ꝓducētē ɔpat̄ vt effect⁹ ad cāȝ. ad fruētē āt ſicut vltimū expectatū ⁊ delectās. dicūt̄ igit̄ ea q̄ enūerat ibi ap̄ls fructus. q2 ſunt effect⁹ q̄dā ſpūſſci i nob. vñ ⁊ fruct⁹ ſpūs dicūt̄. ñ āt ita φ eis fruamꝰ tāq̄ȝ vltīo fine. Vel alit̄ dd̄. φ dicūt̄ fruct⁹ ſm̄ Ambro. q2 ꝓpt̄ ſe petēda ſunt ñ q̄dē ita φ ad btitudinē ñ referant̄. ſed q2 in ſeipſis hñt vñ nob placere debeant. ¶ Ad. iij. dd̄. φ ſicut ſupra dictū ē finis dr̄ duplr̄ vno mō ipſa res. alio mō adeptio rei. q̄ quidem non ſunt

duo fines. ſꝫ vnus finis in ſe ↄſideratus ⁊ alteri applicatꝰ dꝛ̄ igiꞇ ē vltimus finis ſicut res q̄ vltīo q̄riꞇ. fruitio autē ſicut adeptio hꝰ vltī finis. ſicut igiꞇ nō ē aliud finis deꝰ ⁊ fruitio dei. ita eadē rō fruitionis ē q̄ fruimur deo. ⁊ q̄ſ fruimur diuina fruitione. ⁊ eadē rō ē de beatitudine creata. q̄ in fruitione conſiſtit.

## Ad quartum ſic procedit

Videꞇ ꝙ fruitio nō ſit niſi finis hīti. dicit. n. Augꝰ. x. de tri. ꝙ frui ē cū gaudio uti nō adhuc ſpei. ſꝫ iā rei. ſꝫ q̄ādiu nō habeꞇ nō ē gaudiū rei. ſꝫ ſpei. gͦ fruitio nō ē niſi finis habiti. ¶ Pꝛe. ſicut dictū ē. fruitio nō ē ꝓꝓꝛie niſi vltī finis. qꝛ ſolus vltimus finis quietat appetitū. ſꝫ appetitꝰ nō quietaꞇ niſi in fine iā hīto. gͦ fruitio ꝓꝓꝛie loquēdo nō eſt niſi finis hīti. ¶ Pꝛe. frui ē capere fructū. ſꝫ nō capiꞇ fructus niſi q̄ñ iā finis habetur. gͦ fruitio nō ē niſi finis hīti.

¶ Sꝫ ↄtra. frui ē amore inherere alicui rei ꝓpter ſeipām vt Augꝰ. dicit. ſꝫ hoc pōt fieri etiā de re nō hita. gͦ frui poteſt eſſe etiā finis nō hīti. ¶ Rñ. dō. ꝙ frui importat ↄparationē quādā voluntatis ad vltimū finē. ſᷓm ꝙ voluntas hꝫ aliquid ꝓ vltīo fine. Habetur aūt vltimus finis dupliꝛ. vno mō ꝑfecte. ⁊ alio mō imꝑfecte. Perfecte quidem q̄ñ habetur ñ ſolū in intētione. ſꝫ etiā in re. Imꝑfecte aūt q̄ñ habetur in intētione tm̄. Eſt gͦ ꝑfecta fruitio iā hīti finis realiꞇ. ſꝫ imꝑfecta ē etiā finis ñ hīti realiꞇ ſꝫ ī itētione tm̄.

¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ Augꝰ. loquitur de fruitione ꝑfecta. Ad. ij. dō. ꝙ quies voluntatis dupliꝛ īpeditur. Vno mō ex ꝑte obiecti. qꝛ. ſ. ñ ē vltimus finis. ſꝫ ad aliud ordinatur. Alio mō ex ꝑte appetētis finē q̄ nondū adipiſcitur. obiectum aūt ē qd̄ dat ſpēꝫ actui. ſꝫ ab agēte dependet modꝰ agēdi. vt ſit ꝑfectus vel imꝑfectꝰ ſᷓm ↄditionē agentis. ⁊ ideo eiꝰ qd̄ ñ eſt vltimus finis fruitio eſt imꝓꝓꝛia. q̄ſi deficiēs a ſpē fruitionis. Finis aūt vltī non hīti eſt fruitio ꝓꝓꝛia quidem ſꝫ imꝑfecta. ꝓpꞇ imꝑfectū modū hn̄di vltimū finem. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ finem accipe vel hr̄e dꝛ aliquis ñ ſolū ſᷓm rem. ſꝫ etiā ſᷓm intentionēꝫ. vt dictū eſt. ¶ Queſtio. XII

D Einde conſiderandū eſt de intentione. Et circa hͦ q̄rūtur q̄nqꝫ. Primo vtrū intentio ſit actꝰ intellectꝰ. Scd̄o vtrū ſit tm̄ finis vltī. Tertio vtrū aliq̄s poſſit ſiꝛ duo intendere. Quarto vtrū intētio finis ſit idē actus cū voluntate eiꝰ qd̄ ē ad finē. Quīto vtrū intētio ↄueniat brutis aīalibꝫ

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ intētio ſit actꝰ intellectꝰ ⁊ ñ voluntatis. dꝛ. n. Math. vi. Si oculus tuus fuerit ſimplex. totū corpꝰ tuū lucidū erit. vbi ꝑ oculū ſignificatur intētio. vt dicit Aug. in li. de ſer. dō. in mō. ſꝫ oculus cū ſit inſtrm̄ viſus ſignificat apprehenſiuā potentiā. ergo intētio ñ eſt actus appetitiue potētie. ſꝫ apphenſiue. ¶ Pꝛe. ibidē Aug. dicit ꝙ intentio lumē vocatur a dn̄o. vbi dicit. ſi lumē qd̄ in te ē tenebꝛe ſunt ⁊c̄. ſꝫ lumen ad cognitionē ꝑtinet. gͦ intentio. ¶ Pꝛe. itentio deſignat ordinationē quādā in finē. ſꝫ ordinare ē rōis. gͦ intentio ñ ꝑtinet ad voluntatē. ſꝫ ad rōnem. ¶ Pꝛe. actus voluntatis nō eſt niſi finis vel eoꝝ q̄ ſunt ad finem. ſꝫ actus voluntatis reſpectu finis vocatur voluntas ſeu fruitio. reſpectu aūt eoꝝ q̄ ſunt ad finē eſt electio. a q̄bꝫ differt intentio. gͦ intētio ñ eſt actus volūtatis.

¶ Sꝫ ↄtra ē qd̄ Aug. dicit li. x. de tri. ꝙ voluntatis intētio copulat corpꝰ viſum viſui. ⁊ ſiꝛ ſpēꝫ in mēoꝛia exiſtē ad aciem aī interius cogitātis. eſt igitur itentio actus voluntatis. ¶ Rñ. dō. ꝙ itentio ſicut ipm̄ nomen ſonat. ſignificat ī aliud tendere. in aliq̄d aūt tendit ⁊ actio mouentis ⁊ motus mobiꝛ. ſꝫ hoc ꝙ motus mobiꝛ in aliq̄d tēdit ab actōe mouentis ꝓcedit. vñ intentio p̄rimo ⁊ p̄ncipaliꞇ ꝑtinet ad id qd̄ mouet ad finem. vñ dicimus architectorem ⁊ oēꝫ ꝑcipientem mouere ſuo impio alios ad id ad qd̄ ipe tendit. voluntas aūt mouet oēs alias vires aīe ad finem. vt ſupꝛa hītum eſt. vñ manifeſtum eſt ꝙ intentio ꝓꝓꝛie eſt actus voluntatis. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ intētio nominatur oculus metaphoꝛice. nō qꝛ ad cognitionē ꝑtinet ſꝫ qꝛ cognitōe ꝑſupponit. ꝑ quā ꝓponitur voluntati finis ad quem mouet. ſicut oculo ꝓuidemus q̄ tendere coꝛpaliꞇ debeamus. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ intentio dꝛ lumen. qꝛ manifeſta eſt intendenti. vñ ⁊ opa dicuntur tenebꝛe. qꝛ hō ſcit q̄d intendit. ſꝫ neſcit quid ex ope ſeq̄tur. ſicut Aug. ibidē exponit. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ voluntas quidē non ordinat ſꝫ tm̄ in aliquid tendit ſᷓm ordinem rōis. vñ hoc nomen intentio noīat actū voluntatis ꝑſupposita ordinatōe rōis ordinātis aliquid in finem. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ intentio ē actus voluntatis reſpectu finis. ſꝫ voluntas reſpicit finē tripliꝛ. Vno mō abſolute. ⁊ ſic dꝛ voluntas ꝓut abſolute volumus vel ſanitatem. vel ſi quid aliud eſt hmōi. Alio modo conſideratur finis ſᷓm ꝙ in eo quieſcitur. ⁊ hoc mō fruitio reſpicit finem. Tertio mō ↄſideratur finis ſᷓm ꝙ ē terminus alicuius qd̄ in ipm̄ ordinatur. ⁊ ſic intentio reſpicit finem. non. n. ſolum ex hoc intendere dicimur ſanitatē qꝛ volumus. ſed qꝛ volumus ad eam ꝑ aliquid aliud peruenire.

## Ad ſecundū ſic procedit.

Videꞇ ꝙ intentio ſit tm̄ vltī finis. dꝛ. n. ī li. ſnīaꝝ ꝓſperi. Clamoꝛ ad deū eſt intentio cordis. ſꝫ deus eſt vltimus finis hūani cordis. gͦ intentio ſꝑ reſpicit vltimū finem. ¶ Pꝛe. intentio reſpicit finem ſᷓm ꝙ eſt terminus. vt dictū eſt. ſꝫ terminus hꝫ rōnem vltimi finis. ergo intentio ſꝑ reſpicit vltimū finem. ¶ Pꝛe. ſicut intentio reſpicit finem. ita ⁊ fruitio. ſꝫ fruitio ſꝑ ē vltimi finis. ergo ⁊ intētio. ¶ Sꝫ ↄtra. vltimus finis hūanoꝝ voluntatum ē vnus ſcꝫ btītudo. vt ſupꝛa dictum ē. ſi igiꞇ intentio eſſet tm̄ vltī finis. non eſſent diuerſe hoīm intentiones. qd̄ pꝫ eſſe falſuꝫ. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut dictum eſt. intentio reſpicit finem ſᷓm ꝙ eſt terminus motus reſpectu voluntatis. in motu autē pōt accipi terminus dupliꝛ. Vno mō ipe terminus vltimus in q̄ quieſciꞇ. qui eſt terminus totius motus. Alio mō aliqd̄ medium qd̄ eſt p̄ncipium vnius ꝑtis motus ⁊ finis vel terminus alterius. ſicut in motu q̄ iꞇ de. a. ꝑ. c. ꝑ. b. c. eſt terminus vltimus. b. autem terminus. ſꝫ nō vltimus. ⁊ vtriuſqꝫ poteſt eſſe intentio. vñ ⁊ ſi ſꝑ ſit finis. non tm̄ opoꝛtet ꝙ ſꝑ ſit vltī finis. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ intētio cordis dꝛ clamoꝛ ad deum. non ꝙ deus ſit obiectum intentionis ſꝑ. ſed qꝛ eſt intentionis cognitoꝛ. vel qꝛ cum oꝛamus intentionem noſtram ad deum dirigimus q̄ quidem intentio vim clamoꝛis hꝫ. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ terminꝰ habet rationem vltī finis. ſed non ſꝑ vltī reſpectu totius. ſed q̄ñqꝫ reſpectu alicuius ꝑtis. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ fruitio importat quidem quietem q̄ ē in fine. qd̄ ꝑtinet ſolum ad vltimum finem. ſed intentio impoꝛtat motum in finem. nō autem in quietem. vñ non eſt ſimilis ratio.

## Ad tertiū ſic proceditur.

Videꞇ ꝙ non poſſit aliquis ſimiꝛ intendere plura. dicit. n. Augꝰ. in li. de ſer. dō. ī mō. ꝙ nō poteſt hō ſiꝛ intēdere deū

⁊ commodum corꝑale. ergo pari rõe neqȝ aliq̃ alia duo. ¶ Pre. intẽtio noĩat motũ voluntatis ad terminũ. ſȝ vnius motus nõ pñt eſſe plures termini ex vna pte. ergo voluntas nõ põt ſil' multa intẽdere. ¶ Pre. intẽtio ꝓſuppoit actũ rõis ſiue intellectus. ſȝ nõ ꝯtingit ſil' plura intelligere ſcḋm pħm. ergo etiã neqȝ ꝯtingit ſil' plura intendere. ¶ Sȝ ꝯtra. ars imitaſ naturã. ſȝ natura ex vno inſtrũto intẽdit duas vtilitates. ſicut lingua ordinaſ ad guſtũ ⁊ ad locutionẽ. vt ḋr in. iij. de aĩa. ergo pari rõe ars vel rõ põt ſil' aliqḋ vnũ ad duos fines ordinare. ⁊ ita põt aliq̇s ſil' plura intẽdere. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ aliq̃ duo pñt accipi dupl'r. vel ordinata ad inuicẽ vel nõ ordinata. ⁊ ſiqdẽ ad inuicẽ fuerint ordinata. manifeſtũ ẽ ex pmiſſis ꝙ hõ põt ſil' multa intẽdere. Eſt. n. intẽtio nõ ſolum finis vlti. vt dictum eſt. ſȝ etiã finis medij. ſil' aũt intẽdit aliq̇s ⁊ finẽ primũ ⁊ vltimũ. ſicͣ ꝯfectionẽ medicine ⁊ ſanitatẽ. Si autẽ accipiãtur duo ad inuicẽ nõ ordinata. ſic etiã ſil' hõ põt plura intẽdere. qḋ pȝ ex hoc ꝙ hõ vnũ alteri ꝑeligit. q2 melius eſt altero. Inter alias autẽ ꝯditiones qb' aliqḋ ẽ melius altero. vna ẽ ꝙ ad plura valȝ. vñ põt aliqḋ ꝑeligi alteri ex hoc ꝙ ad plura valet. ⁊ ſic manifeſte hõ ſil' plura intẽdit. ¶ Ad. i. ergo dḋ ꝙ Aug'. intelligit hoĩez nõ poſſe ſil' deũ ⁊ commodum tꝑale intẽdere ſicut vltimos fines. q2 vt ſup̄ oñſum ẽ nõ pñt eſſe plures fines vltimi vnius hoĩs. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ vnius motus pñt ex vna pte eſſe plures termini. ſi vnus ad alium ordineſ. ſȝ duo termini ad inuicem non ordinati ex vna pte vnius motus eſſe non pñt. Sȝ tñ ꝯſiderãdum ẽ ꝙ id q̇ḋ non ẽ vnum ſcḋm rẽ põt accipi vt vnum ſcḋm rationẽ. Intẽtio autẽ ẽ motus voluntatis in aliqḋ ꝓordinatum in rõe. ſicut dictum ẽ. ⁊ ideo ea q̃ ſunt plura ſcḋm rẽ pñt accipi vt vnus terminus intẽtionis. put ſunt vnum ſcḋm rõnẽ. vel q2 aliq̃ duo ꝯcurrũt ad ĩtegrãdum aliqḋ vnũ. ſicͣ ad ſanitatẽ ꝯcurrũt calor ⁊ frigus ꝯmẽſurata. vel q2 aliq̃ duo ſub vno cõi ꝯtinẽtur qḋ põt eſſe intẽtum. puta acq̇ſitio vini ⁊ veſtis ꝯtineſ ſub lucro ſicͣ ſub q̇dã cõi. vñ nihil ꝓhibet quin ille q̃ intẽdit lucȝ ſimul hec duo intẽdat. ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ ſicͣ in primo dictũ ẽ. ꝯtingit ſil' plura intelligere inq̃ȝtũ ſunt aliq̃ mõ vnum.

## Ad quartũ ſic procedit.

Uidetur ꝙ nõ ſit vn' ⁊ idẽ motus intẽtio finis ⁊ voluntas ei' qḋ ẽ ad finẽ. dicit. n. Aug'. in. x. de tri. ꝙ voluntas videndi feneſtrã finẽ hȝ feneſtre viſionẽ. ⁊ altera ẽ voluntas ꝑ feneſtrã videndi trãſeuntes. ſȝ hoc ꝑtinet ad intẽtionem ꝙ velim videre trãſeuntes ꝑ feneſtrã. hȝ aũt ad volũtatem eius qḋ ẽ ad finẽ ꝙ velim videre feneſtrã. ergo ali' ẽ motus voluntatis intentio. ⁊ alius voluntas ei' qḋ ẽ ad finẽ. ¶ Pre. actus diſtinguitur ſcḋm obiecta. ſȝ finis ⁊ id qḋ ẽ ad finẽ ſunt diuerſa obiecta. ergo alius motus volũtatis ẽ intẽtio finis ⁊ volũtas eius qḋ ẽ ad finẽ. ¶ Pre. volũtas eius qḋ ẽ ad finẽ ḋr electio. ſȝ nõ ẽ idẽ electio ⁊ intẽtio. ergo non ẽ idẽ motus intẽtio finis cum volũtate eius qḋ ẽ ad finẽ. ¶ Sȝ ꝯtra ẽ ꝙ id qḋ ẽ ad finẽ ſe hȝ ad finẽ vt medium ad terminũ. ſȝ idẽ motus ẽ q̃ ꝑ mediuȝ trãſit ad terminũ in reb' naturalib'. ergo ⁊ in reb' volũtarijs idẽ motus ẽ intẽtio finis ⁊ volũtas eius qḋ ẽ ad finẽ. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ motus voluntatis in finẽ ⁊ in id qḋ eſt ad finẽ põt ꝯſiderari dupl'r. Uno mõ ſcḋm ꝙ voluntas in vtrumqȝ fertur abſolute ⁊ ſcḋm ſe. ⁊ ſic ſunt ſimpl'r duo motus voluntatis in vtrumqȝ. Alio mõ põt ꝯſiderari ſcḋm ꝙ voluntas fertur in id quod eſt ad finem ꝓpt' finem. ⁊ ſic vnus ⁊ idẽ ſubiecto motus voluntatis ẽ tendẽs ad finẽ ⁊ in id qḋ ẽ ad finẽ. Cum. n. dico. volo medicinã ꝓpt' ſanitatem. non deſigno niſi vnum motum voluntatis cuius ratio eſt. q2 finis ratio eſt volendi ea que ſunt ad finem. idem autem actus cadit ſuꝑ obiectum ⁊ ſuꝑ rationẽ obiecti. ſicut eadem viſio eſt coloris ⁊ luminis. vt ſup̄ dictum eſt. ⁊ eſt ſimile de intellectu qui ſi abſolute principium ⁊ concluſionem deſideret. diuerſa eſt conſideratio vtriuſqȝ in hoc autem ꝙ concluſioni ꝓpter principia aſſentit ẽ vn' actus intellectus tñ. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ Aug'. loquitur de viſione feneſtre. ⁊ viſione tranſeuntium ꝑ feneſtram ſcḋm ꝙ voluntas in vtrumqȝ abſolute fertur. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ finis inq̃ȝtum eſt res quedam eſt aliud voluntatis obiectum q̃ȝ id quod eſt ad finem. ſed inq̃ȝtum eſt ratio volendi id quod ẽ ad finem eſt vnum ⁊ idem obiectum ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ motus qui eſt vnus ſubiecto poteſt ratione differre ſcḋm principium ⁊ finem vt aſcenſio ⁊ deſcenſ. o. ſicut ḋr in. iij. phi. ſic igitur inquantum motus volũtatis fertur in id quod eſt ad finem. put ordinatur ad finem. eſt electio. motus autem voluntatis qui fertur in finẽ ſcḋm ꝙ acquiritur per ea que ſunt ad finem. vocatur intentio. cuius ſignum eſt ꝙ intentio finis eſſe poteſt etiam nondum determinatis his q̃ ſunt ad finẽ. q̃ꝝ eſt electio.

## Ad quintũ ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ bruta animalia intendant finem. natura. n. in his que cognitione carent magis diſtat a rationali natura q̃ȝ natura ſenſitiua q̃ eſt in animalib' brutis. ſȝ natura intẽdit finem etiam in his que cognitione carẽt. vt ꝓbatur in. ij. phi. ergo multo magis bruta animalia intẽdunt finem. ¶ Pre. ſicut intentio eſt finis ita ⁊ fruitio. ſed fruitio conuenit brutis animalib' vt dictum eſt. ergo ⁊ intentio. ¶ Pre. eius eſt intendere finem cuius ẽ agere ꝓpter finem. cum intẽdere nihil ſit niſi in aliud tendere ſed bruta animalia agunt ꝓpter finem. mouetur. n. aĩal vl' ad cibum q̃rẽdum. vel ad aliquid hmõi. ergo bruta aĩalia intendunt in finem. ¶ Sȝ contra. intẽtio finis importat ordinationem alicuius in finem quod eſt rõis. cũ igiſ bruta aĩalia non habeãt rõnẽ. videſ ꝙ non intẽdãt finẽ. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ ſicut ſup̄ dictum ẽ. intẽdere ẽ in aliud tẽdere. qḋ q̇dẽ eſt ⁊ mouẽtis ⁊ moti. ſcḋm q̇dem igiſ ꝙ ḋr intẽdere finẽ id qḋ mouetur ad finẽ ab alio. ſic natura ḋr intẽdere finẽ q̃ſi mota ad ſuũ finẽ a deo. ſicut ſagitta a ſagittãte. ⁊ hoc mõ etiã bruta aĩalia intẽdunt finẽ inq̃ȝtũ mouenſ inſtinctu naturali ad aliqḋ. Alio mõ intẽdere finem eſt mouentis. put ſcȝ ordinat motum alicuius vel ſui vel alterius in finem. quod eſt rationis tñ. vñ per hunc modũ bruta non intendunt finẽ. qḋ eſt ꝓprie ⁊ principaliſ ĩtendere. vt dictũ ẽ. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ ratio illa ꝓcedit ſecundum ꝙ intendere eſt eius quod mouetur ad finem. Ad. ij. dḋ. ꝙ fruitio non importat ordinationem alicuius in aliquid ſicut intentio. ſed abſolutam quietem in fine. ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ bruta animalia mouentur ad finem non quaſi conſiderantia ꝙ per motum ſuum poſſunt conſeq̇ finem quod eſt ꝓprie intendentis. ſed quaſi concupiſcentes finem naturali inſtinctu mouentur ad finem quaſi ab alio mota. ſicut ⁊ cetera que mouentur naturaliter.

¶ Queſtio. XIII.

Conſequenter conſiderandum eſt de actibus voluntatis qui ſunt in comparatione ad ea q̃ ſunt ad finem. ⁊ ſunt tres. eligere. conſentire. ⁊ vti. electionẽ aũt ꝓcedit ꝯſilium

Primo ergo ↄſiderandū ē de electione. Scđo de conſilio
Tercio de ſenſu. Quarto de vſu. Circa electionē q̄rūtur
ſex. Primo cuius potētie ſit actus. vtꝝ voluntatis vel rōis.
Scđo vtꝝ electio ↄueniat brutis aīalibꝫ. Tertio vtꝝ ele/
ctio ſit ſolū eoꝝ q̄ ſunt ad finē vel etiā qn̄ꝫ finis. Quarto
vtꝝ electio ſit tm̄ eoꝝ q̄ ꝑ nos agunt. Quinto vtꝝ electio
ſit ſolū poſſibiliū. Sexto. vtꝝ homo ex neceſſitate eligat
vel libere.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt ꝙ electio nō ſit actus volūtatis ſed rōis. electio. n.
collationē quandā importat q̄ vnū alteri ꝑfert. ſꝫ ↄferre ē
rōis. ergo electio ē rōis. Pre. eiuſdē ē ſyllogizare ⁊ ↄclu
dere. ſyllogizare aūt ī opabilibꝫ ē rōis. cū igit electio ſit q̄
ſi ↄcluſio in opabilibꝫ vt dꝛ in. vi. ethi. videt ꝙ ſit actus
rōis. Pre. ignorātia nō ptinet ad volūtatē. ſꝫ ad vim
cognitiuā. ē aūt q̄dam ignorātia electōis. vt dꝛ in. iij. ethi.
ergo videt ꝙ electio nō ꝑtineat ad voluntatē ſed ad rōnē
Sed ↄtra ē qđ ph's dicit in. iij. ethi. ꝙ electio ē deſide
riū eoꝝ q̄ ſunt in nobis. deſideriū aūt ē actus voluntatis.
ergo ⁊ electio. Rn̄. dđ. ꝙ in noīe electionis importatur
aliquid ptinēs ad rōnē ſiue ad intellectū. ⁊ aliquid perti/
nēs ad voluntatē. dicit. n. ph's in. vi. ethi. ꝙ electio ē ap/
petitiuus intellectus. vel appetitus intellectiuus. qn̄cūꝗ
aūt duo ↄcurrūt ad aliq̄d vnū conſtituendū. vnū eoꝝ eſt
vt formale reſpectu alterius. vn̄ Gregor. nicenus dicit ꝙ
electio neꝗ ē appetitus ſm ſeipam neꝗ conſilium ſolū.
ſed ex his aliqđ compoſitū. ſicut. n. dicimus aīal ex aīa ⁊
ex corpe compoſitū eſſe. neꝗ vo corpus eſſe ſm ſeipum.
neꝗ aīaꝫ ſolā ſed vtrūꝗ. ita ⁊ electionē. Eſt aūt conſide/
randū in actibꝫ aīe ꝙ actus q̄ ē eſſentialiter vnius potē
tie vel habitus. recipit formā ⁊ ſpēꝫ a ſupiori potētia vel
habitu ſm ꝙ ordinat inferius a ſupiori. ſi. n. aliq̄s actuꝫ
fortitudinis exerceat ꝓpt dei amorē. actus q̄dē ille mate/
rialiter ē fortitudinis. formaliter vo charitatis. Manife/
ſtum ē aūt ꝙ rō q̄damō voluntatē ꝑcedit ⁊ ordinat actū
eius inq̄ntū. ſ. volūtas in ſuū obiectū tēdit ſm ordinē rō/
nis. eo ꝙ vis appꝛehēſiua appetitiue ſuū obiectū repn̄tat
ſic igit ille actus q̄ volūtas tēdit in aliquid qđ ꝓponit vt
bonū. ex eo ꝙ ꝑ rōnem ē ordinatū ad finē. materialiter q̄/
dem ē volūtatis. formaliter aūt rōis. in hmōi aūt ſubſtan/
tia actus materialiter ſe hꝫ ad ordinē qui imponit a ſupio
ri potētia. ⁊ ideo electio ſubſtāntialiter nō ē actus rōis. ſed
volūtatis. ꝑficit. n. electio in motu q̄dā aīe ad bonū quod
eligit. vn̄ manifeſte actus eſt appetitiue potētie. Ad. i.
ergo dđ. ꝙ electio importat collationē quandā ꝑcedentē.
nō ꝙ eſſentialiter ſit ipa collatio. Ad. ij. dđ. ꝙ ↄcluſio
ſyllogiſmi q̄ fit in opabilibꝫ ad rōnem ptinet. ⁊ dꝛ ſenten
tia vel iudiciū quā ſequit electio. ⁊ ob hoc ipa concluſio ꝑ
tinere videt ad electionē tanꝗ ad conſequēs. Ad. iij.
dđ. ꝙ ignorātia dꝛ eſſe electionis. nō ꝙ ipa electio ſit ſciā.
ſed qꝛ ignoratur quid ſit eligendum.

## Ad ſecundū ſic procedit

Videt ꝙ electio brutis aīalibꝫ ↄueniat. electio. n. ē appe
titus aliquoꝝ ꝓpter finē. vt dꝛ in. iij. ethi. ſed bruta aīalia
appetūt aliquid ꝓpter finē. agūt. n. ꝓpter finē ⁊ appetitum
ergo in brutis aīalibꝫ eſt electio. Pre. ipm nomē ele/
ctionis ſignificare videt ꝙ aliq̄d p̄ aliis accipiat. ſed bru/
ta aīalia accipiunt aliq̄d p̄ aliis ſicut manifeſte apparet ꝙ
ouis vnā herbā comedit aliā refutat. ergo in brutis aīali/
bus ē electio. Pre. vt dꝛ in. vi. ethi. ad prudentiā pti/
net ꝙ aliquis bn̄ eligat ea q̄ ſunt ad finē. ſed prudētia ↄ/
uenit brutis aīalibꝫ. vn̄ dꝛ in principio metaph. ꝙ prudē
tia ſunt ſine diſciplina q̄cūꝗ ſonos audire nō poſſibilia
ſunt vt apes. ⁊ hoc etiā ſenſui manifeſtū videt. apparēt. n.
mirabiles ſagacitates in opibꝫ animaliū vt apū ⁊ aranea
rum ⁊ canū. canis. n. inſequēs ceruū ſi ad triuiū venerit.
odoratu q̄dē explorat an ceruus p̄mā vel ſcđam viā trā/
ſiuerit. ꝙ ſi inuenerit nō trāſiſſe iā ſecurus ꝑ tertiā viā in
cedit. vt explorādo q̄ſi vtēs ſyllogiſmo diuiſiuo. q̄ conclu
di poſſet ceruū ꝑ illā viā incedere ergo non incedit ꝑ alias
duas cum nō ſint plures. ergo videt ꝙ electio brutis aīa
libꝫ conueniat. Sed contra ē ꝙ Grego. nicenus dicit
ꝙ pueri ⁊ irrōnalia volūtarie q̄dem faciunt. nō tn̄ eligē/
na. ergo in brutis aīalibꝫ non ē electio. Rn̄. dđ. ꝙ cum
electio ſit p̄acceptio vnius reſpectu alterius neceſſe eſt ꝙ
electio ſit reſpectu pluriū q̄ eligi pn̄t. ⁊ ideo in his q̄ ſunt
penitus determinata ad vnū electio locū nō hꝫ. Eſt autēꝫ
differētia inſ appetitū ſenſitiuū ⁊ voluntatē. qꝛ vt ex p̄di/
ctis pꝫ. appetitus ſenſitiuus ē determinatus ad vnū aliq̄d
pticulare ſm ordinē nature. voluntas aūt eſt ſm nature
ordinem determinata ad vnum cōe qđ eſt bonum. ſed in/
determinate ſe habet reſpectu pticularium bonoꝝ. ⁊ ideo
ꝓprie voluntatis eſt eligere. nō autem appetitus ſenſitiui
qui ſolus ē in brutis aīalibꝫ. ⁊ ꝓpter hoc brutis aīalibus
electio non conuenit. Ad. i. ergo dđ. ꝙ nō omnis appe
titus alicuius ꝓpter finem vocat electio. ſed cum q̄dam di
ſcretione vnius ab altero. que locum habere non pōt niſi
vbi appetitus pōt ferri ad plura. Ad. ij. dđ. ꝙ brutum
animal accipit vnum p̄ alio. quia appetitus eius ē natu/
raliter determinatus ad ipm. vn̄ ſtatim qn̄ ꝑ ſenſum vel
ꝑ imaginationē repn̄tat ſibi aliquid ad qđ naturaliter in
clinat eius appetitus abſꝗ electione mouet ad ipſum. ſi/
cut etiā abſꝗ electione ignis mouet ſurſum ⁊ nō deorſuꝫ
Ad. iij. dđ. ꝙ ſicut dr in. iij. phiſi. Motus ē actus mo/
bilis a mouēte. ⁊ ideo vtus mouētis apparet in motu mo
bilis. ⁊ ꝓpter hoc in omnibꝫ q̄ mouent a rōe apparet ordo
rōis mouentis. lꝫ ipa q̄ a rōe mouent rationem non ha/
beant. ſic. n. ſagitta directe tēdit ad ſignum ex motione ſa/
gittantis. ac ſi ipa rōnem haberet dirigentem. ⁊ idē appa/
ret in motibus horologioꝝ ⁊ omnium ingenioꝝ humano
rum q̄ arte fiunt. Sicut autem compant artificialia ad ar
tem humanam. ita compant omnia naturalia ad artē di/
uinam. ⁊ ideo ordo apparet in his que mouent ſm natu/
ram. ſicut ⁊ in his q̄ mouent ſm artem. vt dꝛ in. ij. phi. ⁊
ex hoc contingit ꝙ in opibus brutoꝝ animalium apparēt
q̄dam ſagacitates inq̄ntum habent inclinationem natura
lem ad quoſdaꝫ ordinatiſſimos ꝓceſſus. vtpote a ſumma
arte ordinatos. ⁊ ꝓpter hoc etiam q̄dam aīalia dicunt pru
dentia vel ſagacia. nō ꝙ in eis ſit aliq̄ rō vel electio. qđ ex
hoc apparet ꝙ oīa q̄ ſunt vnius nature ſilr opant.

## Ad tertiū ſic proceditur:

Videt ꝙ electio nō ſit tm̄ eoꝝ q̄ ſunt ad finē. dic. n. ph's
in. vi. ethi. ꝙ electionem rectam facit virtus. q̄cūꝗ autē
illius grā nata ſunt fieri nō ſunt virtutis ſed alterius po
tentie. illud aūt cuius gratia fit aliquid eſt finis. ergo ele/
ctio eſt finis. Pre. electio importat p̄acceptionē vnius
reſpectu alterius. ſed ſicut eoꝝ q̄ ſunt ad finem vnū pōt
p̄accipi alteri. ita etiam diuerſoꝝ finium. ergo electio pōt
eſſe finis ſicut ⁊ illoꝝ que ſunt ad finem. Sed contra ē
qđ ph's dicit in. iij. ethi. ꝙ voluntas eſt finis. electio autē
eoꝝ q̄ ſunt ad finem. Rn̄. dđ. ꝙ ſicut iaꝫ dictū ē electio

conſequit̃ ſententiã vel iudiciũ qḋ eſt ſicut ꝯcluſio ſyllogiſmi opatiui. vñ illud cadit ſub electõe qḋ ſe hʒ vt ꝯcluſio in ſyllogiſmo opabiliũ. finis aũt in opabilibꝫ ſe hʒ vt principiũ ⁊ nõ vt ꝯcluſio. vt pħs dicit in. ij. phi. vñ finis in q̃ntũ eſt hmõi nõ cadit ſub electõe. ſʒ ſicut in ſpeculatiuis nihil ꝓhibet id qḋ eſt vnius demõſtratõis vel ſciē principiũ. eſſe ꝯcluſionẽ alterius demõſtrationis vel ſciē. p̃mũ tñ ꝑncipiũ indemõſtrabile nõ põt eſſe ꝯcluſio alicꝰ demõſtrationis vel ſciē. ita etiã ꝯtingit id qḋ eſt in vna opatõe vt finis ordinari ad aliquid vt ad finẽ. ⁊ hoc mõ ſub electione cadit ſicut in opatõe medici ſanitas ſe hʒ vt finis. vñ hoc nõ cadit ſub electõe medici. ſʒ hoc ſupponit tanq̃ꝫ principiũ. ſʒ ſanitas corꝑis ordinat̃ ad bonũ aīe. vñ apud eũ qui hʒ curã de aīe ſalute põt ſub electõe cadere eſſe ſanum vel eſſe infirmũ. nã aplꝰs dicit. ij. ad Corinth. xij. Cũ aũt infirmor tũc fortior ſum ⁊ potẽs. ſʒ vltimꝰ finis nullo mõ ſub electõe cadit. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ fines ꝓprij virtutũ ordinant̃ ad btĩtudinẽ ſicut ad vltimum finẽ. ⁊ hoc mõ põt eſſe eoꝝ electio. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ ſicut ſup̃ habitũ ẽ vltimus finis ẽ vnus tm̃. vñ vbicũq̃ꝫ occurrũt plures fines inter eos põt eẽ electio ſm ꝙ ordinãt̃ ad vltimũ finẽ.

## Ad quartum ſic proceditur

Videt̃ ꝙ electio nõ ſit ſolũ reſpectu hũanoꝝ actuum. electio. n. ẽ eoꝝ q̃ ſunt ad finẽ. ſed ea q̃ ſunt ad finẽ nõ ſolũ ſunt actus ſʒ etiã organa. vt dr̃ in. ij. phi. ergo electiões nõ ſunt tm̃ hũanoꝝ actuũ. ¶ Pre. actio a ꝯtẽplatõe diſtiguit̃. ſʒ electio etiã in ꝯtẽplatõe locũ hʒ put. ſ. vna opinio alteri ꝑeligit̃. ergo electio nõ eſt ſolũ hũanoꝝ actuum ¶ Pre. eligunt̃ hoĩes ad aliq̃ officia vel ſecularia vel eccliaſtica ab his q̃ nihil erga eos agũt. ergo electio nõ ſolum ẽ hũanoꝝ actuũ. ¶ Sed ꝯ eſt qḋ pħus dicit in. iij. ethi. ꝙ nullus eligit niſi ea q̃ eſtimat fieri ꝑ ipm. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ ſicut intẽtio eſt finis. ita electio ẽ eoꝝ q̃ ſunt ad finẽ. finis autẽ vel ẽ actio vel res aliq̃. ⁊ cũ res aliq̃ fuerit finis. neceſſe ẽ ꝙ aliq̃ hũana actio interueniat. vel inq̃ntũ hõ facit rẽ illã q̃ eſt finis. ſicſ medicus facit ſanitatẽ q̃ eſt finis eius. vñ ⁊ facere ſanitatẽ dr̃ finis medici. vel inq̃ntũ hõ aliq̃ mõ vtit̃ vel fruit̃ re q̃ eſt finis. ſicſ auaro ẽ finis pecunia vel poſſeſſio pecunie. ⁊ eodẽ mõ dḋ. ẽ de eo qḋ ẽ ad finẽ. q2 neceſſe ẽ vt id qḋ eſt ad finẽ vel ſit actio vel res aliq̃ interueniẽte aliq̃ actõe ꝑ q̃nã facit id qḋ ẽ ad finẽ vel vtit̃ eo. ⁊ ꝑ hunc modũ electio ſp̃ ẽ hũanoꝝ actuũ. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ organa ordinant̃ ad finẽ inq̃ntũ hõ vtit̃ eis ꝓpter finem. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ in ipa ꝯtẽplatõe eſt aliq̃s actus intellectꝰ aſſentiẽtis huic opinioni vel illi. actio vo exterior ẽ q̃ ꝯ contemplationẽ diuidit̃. ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ hõ q̃ eligit epm̃ vel principẽ ciuitatis eligit noĩare ipm in talẽ dignitatẽ. alioquin ſi nulla eẽt eiꝰ actio ad ꝯſtitutõeꝫ epi vel ꝑncipis. nõ cõpeteret ei electio. Et ſilr̃ dḋ. ẽ ꝙ q̃ncũq̃ꝫ dr̃ aliq̃ res ꝓeligi alteri adiungit̃ ibi aliq̃ opatio eligentis

## Ad quintũ ſic proceditur

Videt̃ ꝙ electio nõ ſit ſolũ poſſibiliũ. electio. n. ẽ actꝰ voluntatis vt dictũ ẽ. ſʒ voluntas ẽ poſſibiliũ ⁊ impoſſibilium vt dr̃ in. iij. ethi. ergo ⁊ electio. ¶ Pre. electio ẽ eoꝝ q̃ per nos agunt̃ ſicſ dictũ ẽ. nihil ergo refert q̃ntũ ad electionem vt eligat̃ id qḋ ẽ impoſſibile ſimplr̃. vel id qḋ ẽ impoſſibile eligẽti. ſed frequẽter ea q̃ eligimus ꝑficere nõ poſſumꝰ ⁊ ſic ſunt impoſſibilia nobis. ergo electio ẽ impoſſibilium ¶ Pre. nihil hõ tẽptat agere niſi eligẽdo. ſed beatus bñdictus dicit ꝙ ſi p̃latus aliqḋ impoſſibile p̃cepit tẽptandum ẽ. ergo electio põt eſſe impoſſibiliũ. ¶ Sed ꝯ eſt qḋ pħs dicit in. iij. ethi. ꝙ electio nõ eſt impoſſibiliũ. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ ſicſ dictũ eſt electões nr̃e referunt̃ ſp̃ ad nr̃as actiones. ea. n. q̃ ꝑ nos agunt̃ ſunt nobis poſſibilia. vñ neceſſe ẽ dicere ꝙ electio nõ ſit niſi poſſibiliũ. Silr̃ etiã rõ eligẽdi aliquid ẽ vt ex hoc poſſimus ꝯſequi finem. vel ex hoc ꝙ ducit ad finẽ. ꝑ id aũt qḋ ẽ impoſſibile nõ põt aliq̃s ꝯſeq̃ finẽ. cuius ſignũ ẽ. q2 cũ in ꝯſiliãdo ꝑueniũt hoĩes ad id qḋ ẽ eis impoſſibile. diſcedũt q̃ſi nõ valẽtes vlterius ꝓcedere. apparet etiã hoc manifeſte ex ꝓceſſu rõis p̃cedentis. ſic. n. ſe hʒ id qḋ ẽ ad finẽ de q̃ electio eſt ad finẽ ſicſ ꝯcluſio ad ꝑncipiũ. Manifeſtũ ẽ aũt ꝙ ꝯcluſio impoſſibil' non ſequit̃ ex principio poſſibili. vñ nõ põt eſſe ꝙ finis ſit poſſibil'. niſi id qḋ ẽ ad finẽ fuerit poſſibile. ad id aũt qḋ ẽ impoſſibile nullus mouet̃. vñ nullus tẽderet in finẽ niſi per hoc qḋ apparet id qḋ ẽ ad finẽ eſſe poſſibile. vñ id quod ẽ impoſſibile ſub electõe nõ cadit. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ voluntas media ẽ inter intellectũ ⁊ exteriorẽ opatõeꝫ. nã intellectus ꝓponit voluntati ſuũ obm. ⁊ ipa voluntas cãt exteriorẽ actionẽ. ſic igit̃ principiũ motus voluntatis ꝯſiderat̃ ex ꝑte intellectus qui apprehendit aliquid vt bonũ in vli. ſed terminatio ſeu ꝑfectio actus voluntatis attendit̃ ſm ordinem ad opatõeꝫ ꝑ quã aliquis tendit ad conſecutionem rei. nã motus voluntatis ẽ ab aĩa ad rẽ. ⁊ ideo ꝑfectio actus voluntatis attẽdit̃ ſm hoc ꝙ ẽ aliquid bonum alicui ad agẽdum. hoc aũt eſt poſſibile. ⁊ ideo voluntas completa nõ ẽ niſi de poſſibili qḋ ẽ bonum volenti. ſed voluntas incõpleta eſt de impoſſibili. q̃ ſm q̃ſdam velleitas dr̃. q2. ſ. aliquis vellet illud ſi eſſet poſſibile. Electio aũt noĩat actum voluntatis iam determinatum ad id quod ẽ huic agendũ ⁊ ideo nullo mõ eſt niſi poſſibilium. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ cum obiectum voluntatis ſit bonum apprehenſum. hoc mõ iudicãdum ẽ de obiecto voluntatis ſm ꝙ cadit ſub apprehẽſione. ⁊ ideo ſicut q̃nq̃ꝫ voluntas eſt alicuius quod apprehendit̃ vt bonum. ⁊ tñ non eſt vere bonum. ita q̃nq̃ꝫ ẽ electio eius quod apprehendit̃ vt poſſibile eligenti. quod tñ non eſt ei poſſibile. ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ hoc ideo dr̃. quia an aliquid ſit poſſibile ſubditus non debet ſuo iudicio diffinire. ſed in vnoquoq̃ꝫ iudicio ſupioris ſtare.

## Ad ſextum ſic proceditur.

Videt̃ ꝙ homo ex neceſſitate eligat. ſic. n. ſe habet finis ad eligibilia vt principia ad ea que ex principijs conſequuntur. vt pꝫ in. iij. ethi. ſed ex principijs ex neceſſitate deducunt̃ concluſiones. ergo ex fine de neceſſitate mouetur aliquis ad eligẽdum. ¶ Pre. ſicut dictum ẽ. electio conſeq̃tur iudicium rationis de agendis. ſed ratio ex neceſſitate iudicat de aliquibus ꝓpter neceſſitatem p̃miſſoꝝ. ergo videtur ꝙ etiam electio ex neceſſitate ſequatur. ¶ Pre. ſi aliqua duo ſunt penitus equalia. non magis mouetur homo ad vnum q̃ꝫ ad aliud. ſicut famelicus ſi habet cibum equaliter appetibilem in diuerſis ꝑtibus. ⁊ ſm equalem diſtantiam non magis mouet̃ ad vnum q̃ꝫ ad alterum. vt Plato dixit aſſignans rationem quietis terre in medio. ſicut dr̃ in. ij. de celo. ſed multo minus põt eligi qḋ accipit̃ vt minus q̃ꝫ quod accipit̃ vt equale. ergo ſi ꝓponant̃ duo vel tria vel plura inter que vnum magis appetat. impoſſibile eſt aliquod alioꝝ eligere. ergo ex neceſſitate eligit̃ illud quod eminentius apparet. ſed oĩs electio ẽ de omni eo quod videt̃ aliq̃ mõ melius. ergo omnis electio ẽ ex neceſſitate. ¶ Sed cõtra ẽ ꝙ electio ẽ actus potẽtie rõnal' q̃ ſe hʒ ad oppoſita ſcḋm pħm. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ hõ

nō ex neceſſitate eligit. ⁊ hoc ideo. qꝛ qđ poſſibile ē nō eſſe
nō neceſſe ē eſſe. ꝙ aūt poſſibile ſit nō eligere vel eligere.
huius rō ex duplici hoīs ꝑtāte accipi pōt. Pōt. n. hō vel-
le ⁊ nō velle. agere ⁊ nō agere. pōt etiā velle hoc aut illud:
cuius rō ex ipa 𝔳tute rōnis accipit. qcqđ. n. rō pōt appre-
hendere vt bonū in hoc volūtas tēdere pōt. pōt aūt rō ap-
ꝑhendere vt bonū nō ſolū hoc qđ ē velle aut agere. ſꝫ hoc
etiā qđ eſt nō velle ⁊ nō agere. ⁊ rurſum in oībꝫ ꝑticulari-
bus bonis pōt ꝯſiderare rōnē boni alicꝰ. ⁊ defectū alicuiꝰ
boni qđ hꝫ rationē mali. ⁊ ſm̄ hoc pōt vnūqđqꝫ hmōi bo-
noꝝ apprehendere vt eligibile vel fugibile. Solū aūt ꝑfe-
ctū bonū qđ ē btītudo nō pōt rō apprehendere ſub ratōe
mali aut alicuius defectus. ⁊ iō ex neceſſitate beatitudinē
hō vult. nec pōt velle nō eſſe btūs aut miſer. electio aūt cū
nō ſit de fine. ſꝫ de his q̄ ſunt ad finē. vt iā dictū ē. nō eſt
ꝑfecti boni qđ eſt beatitudo. ſed alioꝝ ꝑticulariū bonoꝝ.
⁊ iō hō nō ex neceſſitate ſꝫ libere eligit. Ad. i. ergo dō. ꝙ
nō ſꝑ ex principiis ex neceſſitate ꝓcedit ꝯcluſio. ſed tūc ſo-
lum qñ ꝑncipia non pñt eſſe vera ſi ꝯcluſio nō ſit vera. ⁊
ſilr nō oportet ꝙ ſꝑ ex fine inſit hoī neceſſitas ad eligendū
ea q̄ ſunt ad finē. qꝛ nō oē qđ eſt ad finē tale eſt ꝙ ſine eo
finis haberi nō poſſit. aut ſi tale ſit nō ſꝑ ſub tali rōe ꝯſide-
rat. Ad. ii. dō. ꝙ ſnīa ſiue iudiciū rōnis de reb̄ agendis
ē circa ꝯtingētia q̄ a nobis fieri nō pñt. in quibꝫ ꝯcluſiōes
nō ex neceſſitate ſequunt ex principiis neceſſariis abſolu-
ta neceſſitate: ſed neceſſariis ſolū ex ꝯditiōe. vt ſi currit mo-
uet. Ad. iii. dō. ꝙ nihil ꝓhibet ſi aliq̄ duo eq̄lia ꝓpo-
nant ſm̄ vnā ꝯſideratōnē. quin circa alteꝝ ꝯſideret aliq̄
ꝯditio ꝑ quam emineat. ⁊ magis flectat voluntas in ip-
ſum q̄ȝ in aliud. Queſtio. XIIII.

Deinde conſiderandum ē de ꝯſilio. Et circa hoc q̄runt ſex. Pri-
mo vtꝝ ꝯſiliū ſit inq̄ſitio. Scđo vtꝝ ꝯſilium
ſit de fine. vel ſolū de his q̄ ſunt ad finē. Tertio vtꝝ ꝯſi-
liū ſit ſolū de his q̄ a nobis agunt. Quarto vtꝝ ꝯſiliū ſit
de oībꝫ q̄ a nobis agunt. Quinto vtꝝ ꝯſiliū ꝓcedat ordi-
ne reſolutorio. Sexto vtꝝ ꝯſiliū ꝓcedat in infinitum.

## Ad primū ſic proceditur

Videt ꝙ ꝯſiliū nō ſit inq̄ſitio. dīc. n. Damaſ. ꝙ ꝯſiliū eſt
appetitus. ſꝫ ad appetitū nō ꝑtinet inq̄rere. ergo ꝯſiliū nō
ē inquiſitio. Pre. inquirere intellectus diſcurrētis eſt
⁊ ſic deo nō ꝯuenit cꝰ cognitio nō ē diſcurſiua. vt in pri-
mo habitū ē. ſed ꝯſilium deo attribuit. dꝛ. n. ad Eph. i. ꝙ
opat oīa ſm̄ ꝯſiliū volūtatis ſue. ğ ꝯſiliū nō ē inq̄ſitio.
Pre. inquiſitio ē de reb̄ dubiis. ſꝫ ꝯſilium dat de his q̄
ſunt circa bona certa. ſm̄ illud apl̄i. i. ad Corinth. vii. De
𝔳ginibꝫ aūt ꝑceptū dn̄i nō habeo. ꝯſiliū aūt do. ğ ꝯſilium
nō ē inquiſitio. Sed ꝯ̄ ē qđ Grego. nicenus dīc. Dē
quidē ꝯſiliū q̄ſtio eſt. nō aūt oīs queſtio ꝯſiliū. Rñ. dō
ꝙ electio ſicut dictū eſt ꝯſequit iudiciū rōis de reb̄ agen-
dis. in reb̄ aūt agēdis multa incertitudo inuenit. qꝛ acti-
ones ſunt circa ſingularia ꝯtingētia. q̄ ꝓpter ſui variabi-
litatē incerta ſunt. in rebus aūt dubiis ⁊ incertis rō nō ꝓ-
fert iudiciū abſqꝫ inq̄ſitiōe ꝑcedēte. ⁊ iō neceſſaria ē inq̄-
ſitio rōis añ iudiciū de eligēdis. ⁊ hec inquiſitio ꝯſiliū vo-
cat. ꝓpter qđ phūs dicit in. iii. ethi. ꝙ electio ē appetitus ꝑ-
conſiliati. Ad. i. ergo dō. ꝙ qñ actus duaꝝ potentiarū
ad inuicem ordinant. in vtroqꝫ ē aliquid quod eſt alteꝛꝰ
potētie. ⁊ ideo vterqꝫ actus ab vtraqꝫ potentia denomina-
ri pōt. Manifeſtū eſt aūt ꝙ actus rōnis dirigētis in his

que ſunt ad finē. ⁊ actus voluntatis ſm̄ regimē rōnis in
ea tendentis ad ſe inuicē ordinant. vñ ⁊ in actu volunta-
tis q̄ ē electio apparet aliquid rōnis. ſ. ordo. ⁊ in ꝯſilio qđ
ē actus rōis apparet aliquid voluntatis ſicut materia. qꝛ
ꝯſiliū eſt de his q̄ hō vult facere. ⁊ eſt ſicut motiuū. qꝛ ex
hoc ꝙ homo vult finē mouet ad ꝯſiliādum de his q̄ ſunt
ad finē. ⁊ ideo phūs dicit in. vi. ethi. ꝙ electio ē intellectus
appetitiuus. vt ad electionem vtrūqꝫ ꝯcurrere oñdat.
ita Damaſ. dicit. ꝙ conſilium ē appetitus inquiſitiuus.
vt conſilium aliquo mō ꝑtinere oñdat ⁊ ad voluntatem
circa quam ⁊ ex qua ſit inquiſitio. ⁊ ad rōnem inquiren-
tem. Ad. ii. dō. ꝙ ea que dicunt de deo accipienda ſunt
abſqꝫ omni defectu qui inuenit in nobis. ſicut in nobis
ſcīa eſt concluſionum ꝑ diſcurſum a cauſis in effectꝰ. Sꝫ
ſcientia dicta de deo ſignificat certitudinem de omnibus
effectibus in prima cauſa abſqꝫ omni diſcurſu. Et ſimi-
liter ꝯſilium attribuit deo q̄ȝtum ad certitudinem ſenten-
tie vel iudicii que in nobis ꝓuenit ex inquiſitione conſilii
ſed hmōi inquiſitio in deo locum non habet. ⁊ ideo conſi-
lium ſm̄ hoc deo non attribuit. ⁊ ſm̄ hoc Damaſce. dicit
ꝙ deus non conſiliat. ignorantis. n. eſt conſiliari. Ad
iii. dō. ꝙ nihil ꝓhibet aliqua eſſe certiſſima bona ſm̄ ſen-
tentiam ſapientum ⁊ ſpūalium viroꝝ que tñ nō ſunt cer-
ta bona ſm̄ ſententiam plurium vel carnalium hoīum. ⁊
ideo de talibus conſilia dant.

## Ad ſcđm ſic proceditur.

Videt ꝙ conſilium nō ſolum ſit de his q̄ ſunt ad finē. ſed
etiā de fine. quecunqꝫ. n. dubitationē habent de his pōt
inquiri. ſed circa opabilia humana contingit eſſe dubita-
tionem de fine. ⁊ non ſolum de his que ſunt ad finem. cū
igitur inquiſitio circa operabilia ſit conſilium. videtur ꝙ
conſilium poſſit eſſe de fine. Pre. materia conſilii ſunt
opationes humane. ſed quedam opatiōes humane ſunt
fines. vt dꝛ in. i. ethic. ergo conſilium poſſit eſſe de fine.
Sed contra eſt quod Grego. nicenus dicit ꝙ non de fine
ſed de his que ſunt ad finem eſt conſilium. Rñ. dō. ꝙ
finis in opabilibus habet rationem principii. eo ꝙ rōnes
eoꝝ que ſunt ad finem ex fine ſumunt. principium autē
non cadit ſub queſtione. ſed principia oportet ſupponere
in omni inquiſitione. vñ cum conſilium ſit queſtio. de fi-
ne non eſt conſilium. ſed ſolum de his que ſunt ad finem.
tñ ꝯtingit id quod eſt finis reſpectu quorundā ordinari ad
alium finē. ſicut etiam id quod eſt principium vnius de-
monſtratōis eſt concluſio alterius. ⁊ ideo id quod accipit
vt finis in vna inquiſitione. pōt accipi vt ad finem in alia
inquiſitōe. ⁊ ſic de eo erit conſilium. Ad. i. ergo dō. ꝙ id
quod accipit vt finis ē iam determinatū. vñ q̄ȝdiu habet
vt dubium non habet vt finis. ⁊ ideo ſi de eo conſiliū ha-
beat non erit conſilium de fine. ſed de eo quod eſt ad finē.
Ad. ii. dō. ꝙ de opationibus ē conſilium inq̄ȝtum or-
Videt̃ ꝙ mẽbra corꝑis nõ obediãt rõi q̃tũ ad act⁹ ſuos.ꝯſtat.n.ꝙ mẽbra corꝑis magis diſtãt a rõne q̃ vires aĩe vegetabil'.ſ; vires aĩe vegetabil' nõ obediũt rõi vt dictũ ẽ ergo multominus mẽbra corꝑis. ¶ Pre.cor ẽ ꝑncipiũ mot⁹ aĩal'.ſ; motus cordis nõ ſubdit̃ imperio rõis.dicit enĩ Greg.nicenus.ꝙ pulſatiuũ nõ ẽ ꝑſuaſibile rõe.ergo motus mẽbroꝝ corꝑaliũ nõ ſubiacet imperio rõnis. ¶ Pre.Aug⁹.dic̃ xiiij.de ciui.dei.ꝙ mot⁹ mẽbroꝝ genitaliũ aliq̃n importun⁹ ẽ nullo poſcẽte.aliq̃n autẽ deſtituit inhiantẽ.ꝛ cũ in aĩo ꝯcupiſcẽtia ferueat friget in corꝑe.ergo mot⁹ mẽbroꝝ nõ obediũt rõi. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qd̃ Aug⁹.dic̃.viij.ꝯfeſſi. Imperat animus vt moueat̃ man⁹.ꝛ tãta ẽ facultas vt vix a ſeruitio diſcernat̃ imperiũ. ¶ Rñ.dõ.ꝙ mẽbra corporis ſunt organa q̃dã potẽtiaꝝ aĩe.vñ eo mõ q̃ potẽtie aĩe ſe hñt ad hoc ꝙ obediãt rõi.hoc mõ ſe hñt etiã corꝑis membra.q2 igit̃ vires ſenſitiue ſubdunt̃ imꝑio rõis.nõ aũt vires naturales.ideo oẽs mot⁹ mẽbroꝝ q̃ mouent̃ a potentiis ſenſitiuis ſubdunt̃ imꝑio rõis. mot⁹ autẽ mẽbroꝝ q̃ ꝯſequunt̃ vires naturales nõ ſubdunt̃ imperio rõnis. ¶ Ad.i.ergo dõ.ꝙ mẽbra ñ mouẽt ſeipſa.ſ; mouent̃ ꝑ potẽtias aĩe.q̃ꝝ q̃dã ſunt rõi viciniores q̃ vires aĩe vegetabiles. ¶ Ad.ij.dõ.ꝙ in his que ad intellectum ꝛ voluntatẽ pertinent primum inuenit id qd̃ eſt ſm naturã ex q̃ alia deriuant̃.vt a cognitione principioꝝ naturaliter notoꝝ notat̃ cognitio concluſionum.ꝛ a voluntate finis naturaliter deſiderati deriuat̃ electio eoꝝ que ſunt ad finẽ.ita etiam in corꝑalib⁹ motib⁹ principium ẽ ſm naturã.principium autem corꝑal' motus ẽ a motu cordis.vñ motus cordis ſm naturã eſt ꝛ nõ ſm volũtatẽ.ꝯſequit̃.n.ſicut ꝑ ſe accidens vitam.que eſt ex vnione corꝑis ꝛ aĩe.ſicut motus grauium ꝛ leuium ꝯſequit̃ formã ſubſtãtialem ipoꝝ.vñ ꝛ a generãte moueri dicunt̃ ſm pħm in.viij.phi.ꝛ ꝓpter hoc motus iſte vital' dr̃.vñ Greg.nicenus dicit.ꝙ ſicut generatiuum ꝛ nutritiuum non obedit rõi.ita nec pulſatiuum quod eſt vitale.pulſatiuum autẽ appellat motũ cordis.qui manifeſtat̃ per venas pulſantes. ¶ Ad.iij.dõ.ꝙ ſicut Aug⁹.dicit in.xiiij.de ci.dei.hoc ꝙ motus genitaliũ membroꝝ rõi non obedit eſt ex pena peccati.vt ſ.aĩa ſue inobediẽtie ad deũ in illo precipue mẽbro penã inobediẽtie patiat̃. per qd̃ pctm̃ originale ad poſteros traducit̃.ſed q2 per pctm̃ primi parentis.vt infra dicet̃.natura eſt ſibi relicta ſubtracto ſupnaturali dono qd̃ homini diuinit⁹ erat collatum.ideo ꝯſiderãda eſt rõ natural'.q̃re motus hmõi mẽbroꝝ ſpãliter rõi non obedit.cuius cãꝫ aſſignat Ariſt. in li.de cauſis motus aĩaliũ.dicẽs inuoluntarios eſſe motus cordis ꝛ mẽbri pudẽdi.ſ.q2 ex aliq̃ apprehenſiõe hmõi mẽbra commouent̃.inq̃ꝫtũ.ſ.intellectus ꝛ fantaſia repñtãt aliq̃ ex quib⁹ ꝯſequunt̃ paſſiones aĩe.ad q̃s conſequitur motus hoꝝ membroꝝ.non tñ mouet̃ ſm iuſſum rõis aut intellectus.q2.ſ.ad motũ hoꝝ mẽbroꝝ requirit̃ aliq̃ alteratio natural'.ſ.caliditatis ꝛ frigiditatis.q̃ q̃dẽ alteratio nõ ſubiacet imꝑio rõis.ſpãliter autem hoc accidit in his duob⁹ mẽbris.q2 vtrunq; iſtoꝝ mẽbroꝝ eſt q̃ſi q̃dã animal ſeꝑatũ inq̃ꝫtũ eſt principiũ vite.principiũ autẽ eſt ꝟtute totũ.cor.n.principium eſt ſenſuũ.ꝛ ex mẽbro genitali ꝟtus exit ſeminal'.q̃ eſt ꝟtute totũ aĩal.ꝛ ideo hñt proprios motus naturaliter.q2 principia oportet eſſe naturalia.vt dictum eſt.

## Queſtio.XVIII.

# Poſt hoc ꝯſiderãduꝫ

eſt de bonitate ꝛ malicia hũanoꝝ actuum. Et primo quõ actio hũana ſit bona vel mala. Secundo de his q̃ ꝯſequunt̃ ad bonitatẽ vel maliciã hũanoꝝ actuũ.puta meritũ vel demeritũ.pctm̃ ꝛ culpa. Circa primũ occurrit triplex ꝯſideratio. Prima ẽ de bonitate ꝛ malicia hũanoꝝ actuũ in generali. Scd̃a de bonitate ꝛ malicia interioꝝ actuũ. Tertia de bonitate ꝛ malicia exterioꝝ actuũ. Circa primũ q̃runt̃.xi. Primo vtꝝ oĩs actio ſit actio bona.vel aliq̃ ſit mala. Scd̃o vtꝝ actio hoĩs habeat ꝙ ſit bona vel mala ex obiecto. Tertio vtꝝ hoc habeat ex circũſtãtia. Quarto vtꝝ hoc habeat ex fine. Quinto vtꝝ aliq̃ actio hoĩs ſit bona vel mala in ſua ſpẽ. Sexto vtꝝ act⁹ habeat ſpẽꝫ boni vel mali ex fine. Septio vtꝝ ſpẽs q̃ eſt ex fine ꝯtineat̃ ſub ſpẽ q̃ ẽ ex obiecto ſic ſub genere.aut ecõuerſo. Octauo vtꝝ ſit aliq̃s actus indifferẽs ſm ſuã ſpeciem Nono vtꝝ aliq̃s act⁹ ſit indifferẽs ſm indiuiduũ. Decio vtꝝ aliq̃ circũſtãtia ꝯſtituat actũ moralẽ in ſpẽ boni vl' mali. Undecimo vtꝝ oĩs circumſtãtia augẽs bonitatẽ vl' maliciã ꝯſtituat actũ moralẽ in ſpẽ boni vel mali.

# Ad primum ſic ꝓcedit̃

Videt̃ ꝙ oĩs actio hoĩs ſit bona ꝛ nulla ſit mala.dicit enĩ Diony.iiij.ca.de di.no.ꝙ malũ nõ agit niſi ꝟtute boni.ſ; ꝟtute boni ñ ſit malũ.ergo nulla actio ẽ mala. ¶ Pre.nihil agit niſi ſm ꝙ ẽ actu.nõ ẽ autẽ aliq̃d malũ ſm ꝙ eſt actu.ſed ſm ꝙ potẽtia priuat̃ actu.inq̃ꝫtũ autẽ potẽtia ꝑficit̃ ꝑ actum eſt bonum.vt dr̃ in.ix.metaphi.nihil ergo agit inq̃ꝫtum ẽ malum.ſ; ſolũ inq̃ꝫtũ ẽ bonũ.oĩs ergo actio ẽ bona ꝛ nulla mala. ¶ Pre.malũ nõ põt eſſe cã niſi ꝑ accidẽs.vt pꝫ ꝑ Diony.iiij.ca.de di.no.ſ; oĩs actiõnis ẽ aliq̃s ꝑ ſe effectus.nulla ergo actio ẽ mala.ſ; oĩs actio eſt bona. ¶ Sꝫ ꝯ eſt qd̃ dñs dic̃ Iohã.iij. Oĩs qui male agit odit lucem.eſt ergo aliq̃ actio hoĩe mala. ¶ Rñ.dõ.ꝙ de bono ꝛ malo in actionibus oportet loqui ſicut de bono ꝛ malo in rebus.eo ꝙ vnaqueq; res talem actionem ꝓducit qualis eſt ipſa. In rebus autem vnumquodq; tãtum habet de bono.q̃ꝫtum habet de eſſe.bonum.n.ꝛ ens conuertunt̃.vt in primo dictum eſt.ſolus autem deus habet totam plenitudinem ſui eſſe ſm aliq̃d vnuꝫ ꝛ ſimplex.vnaqueq; res vero hꝫ plenitudinem eſſendi ſibi ꝯuenientem ſm diuerſa. Vñ in aliquibus contingit ꝙ q̃ꝫtum ad aliquid hñt eſſe.ꝛ tñ eis aliquid deficit ad plenitudinẽ eſſendi eis debitã.ſic ad plenitudinẽ eſſe humani requiritur ꝙ ſit q̃dam compoſitum ex aĩa ꝛ corꝑe.hñs oẽs potẽtias ꝛ inſtrumenta cognitionis ꝛ motus.vñ ſi aliq̃d hoꝝ deficiat alicui hoĩ deficit ei aliquid de plenitudine ſui eſſe.q̃ꝫtum igit̃ hꝫ de eſſe.tãtum hꝫ de bonitate.inq̃ꝫtum ꝟo aliquid ei deficit de plenitudine eſſendi.intãtum deficit a bonitate.ꝛ dr̃ malum.ſicut homo cecus habet de bonitate ꝙ viuit.ꝛ malum eſt ei ꝙ caret viſu.ſi vero nihil haberet de entitate vel bonitate.neq; malum neq; bonum dici poſſet.ſed quia de ratione boni eſt ipſa plenitudo eſſendi.ſi q̃dem alicui aliquid defuerit de debita eſſendi plenitudine ñ dicet̃ ſimplr̃ bonũ.ſed ſm q̃d.inq̃ꝫtũ eſt ens.poterit tñ dici ſimpliciter ens.ꝛ ſm q̃d nõ ens.vt ĩ primo dictũ ẽ.

Sic igit̄ dĩ. ē ꝙ oĩs actio inq̄ʒtũ hʒ ali q̄d de eſſe. intantũ hʒ de bonitate. inq̄ʒtũ vero deficit ei aliq̄d de plenitudine eſſendi q̄ debet̄ actõi hũane. intãtũ defic̄ a bonitate. ⁊ ſic dr̄ mala. puta ſi deficiat ei. vel determinata q̄ʒtitas ſm rõnē. vel debitus loc᷒ vel aliq̄d hmõi. ¶ Ad. i. ergo dĩ. ꝙ malũ agit in virtute boni deficiẽtis. ſi. n. nihil eẽt ibi de bono neq̄ʒ eſſet ens. neq̄ʒ agere poſſet. ſi aũt nõ eſſet deficiẽs nõ eſſet malũ. vñ ⁊ actio cãta ē q̄ddã bonũ deficiẽs. q̄ ſm q̄d eſt bonũ. ſimpl'r aũt malum. ¶ Ad. ij. dĩ. ꝙ nihil ꝓhibet aliquid eſſe ſm q̄d in actu vñ agere poſſit. ⁊ ſm aliud priuari actu vñ cauſet deficientē actionē. ſic hõ cecus actu hʒ virtutē greſſiuã p quã ambulare põt. ſʒ inq̄ʒtũ caret viſu qui dirigit in ambulãdo. patit̄ defectũ in ambulãdo dum ambulat ceſpitãdo. ¶ Ad. iij. dĩ. ꝙ actio mala põt habere aliquē effectũ p ſe ſm id q̄d hʒ de bonitate ⁊ entitate. ſic adulteriũ ē cã generatõis hũane inq̄ʒtũ hʒ cõmixtionem maris ⁊ feie. nõ aũt inq̄ʒtũ caret ordine rõnis.

## Ad ſcd̄m ſic proceditur.

Videt̄ ꝙ actio nõ habeat bonitatē vel maliciã ex obiecto. obm̄. n. actõis ē res. in reb᷒ aũt nõ ē malũ. ſʒ in vſu peccãtiũ. vt Aug᷒. dicit in li. iij. de doc. xp̄ia. g̃ actio hũana non hʒ bonitatē vel maliciã ex obo. ¶ Pre. obiectũ comparatur ad actionē vt materia. bonitas aũt rei nõ eſt ex materia. ſʒ magis ex forma q̄ eſt actus. ergo bonũ ⁊ malũ nõ ē in actibus ex obiecto. ¶ Pre. obiectum potentie actiue comparatur ad actionem ſicut effectus ad cãʒ. ſed bonitas cãe non dependet ex effectu. ſed magis econuerſo. ergo actio hũana non hʒ bonitatem vel maliciam ex obiecto. ¶ Sʒ contra eſt q̄d dr̄ Oſee. ix. Facti ſunt abominabiles ſicut ea q̄ dilexerunt. fit autem homo deo abhomninabilis propter maliciam ſue opationis. ergo malicia opationis eſt ſcd̄m obiecta mala que homo diligit. ⁊ eadem ratio eſt de bonitate actionis. ¶ Rñ. dĩ. ꝙ ſicut dictum eſt. bonũ ⁊ malum actionis ſicut ⁊ ceteraꝝ reꝝ attendit̄ ex plenitudine eſſendi. vel defectu ipſius. primum autem quod ad plenitudinem eſſendi ptinere videt̄. eſt id quod dat rei ſpeciē ſicut autem res naturalis hʒ ſpēm ex ſua forma. ita actio habet ſpeciem ex obiecto. ſicut ⁊ motus ex termino. ⁊ ideo ſicut prima bonitas rei naturalis attendit̄ ex ſua forma q̄ dat ſpeciem ei. ita ⁊ prima bonitas actus moralis attenditur ex obiecto conuenienti. vnde ⁊ a quibuſdam vocatur bonum ex genere. puta vti re ſua. ⁊ ſicut in rebus naturalibus primum malum eſt ſi res generata nõ conſequitur formam ſpecificam. puta. ſi nõ generet̄ homo. ſed aliquid loco hominis. ita primum malum in actionibus moralibus eſt quod eſt ex obiecto. ſicut accipe aliena. ⁊ dr̄ malũ ex genere. genere p ſpecie accepto. eo modo loquẽdi quo dicimus humanũʒ genus totam humanam ſpeciem. ¶ Ad. i. ergo dĩ. ꝙ licet res exteriores ſint in ſeipis bone. tamen non ſemper habent debitam ꝓportionem ad hãc vel illam actionem. ⁊ ideo inq̄ʒtum conſiderant̄ vt obiecta taliũ actionũ. nõ hñt rõnem boni. ¶ Ad. ij. dĩ. ꝙ obiectũ nõ eſt materia ex q̄. ſʒ materia circa quã. ⁊ hʒ quodammõ rationem forme inq̄ʒtum dat ſpeciem. ¶ Ad. iij. dĩ. ꝙ nõ ſp obiectũ actionis hũane ē obiectũ actiue potẽtie. nã appetitiua potẽtia ē quodãmõ paſſiua inq̄ʒtũʒ mouet̄ ab appetibili. ⁊ tñ eſt principiũ hũanoꝝ actuũ. neq̄ʒ etiã potẽtiaꝝ actiuaꝝ obiecta ſp hñt rõnem effectus. ſʒ qñ iã ſunt trãſmutata. ſicut alimentum trãſmutatum ē effectus nutritiue potẽtie. ſʒ alimentũ nondũ tranſmutatũ compat̄ ad potentiã nutritiuã ſic̄ materia circa quã opat̄. ex hoc autem ꝙ obiectũ eſt aliq̄ mõ effectus potẽtie actiue. ſequit̄ ꝙ ſit terminus actõis eius. ⁊ p ꝯñs ꝙ det ei formã ⁊ ſpeciē. motus. n. hʒ ſpēʒ a terminis. ⁊ q̄ʒuis etiã bonitas actionis nõ cauſet̄ ex bonitate effectus. tñ ex hoc dr̄ actio bona ꝙ bonũ effectũ inducere põt. ⁊ ita ipa ꝓportio actõis ad effectũ eſt rõ bonitatis ipſius.

## Ad tertium ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ actio nõ ſit bona vel mala ex circũſtãtia. circũſtãtie. n. circũſtãt actũ ſic̄ extra ipm̄ exiſtes vt dictũ ē. ſed bonũ ⁊ malũ ſunt in ipis reb᷒. vt dr̄ in. vi. metaphi. ergo actio nõ hʒ bonitatē vel maliciã ex circũſtãtia. ¶ Pre. bonitas vel malicia actus maxīe ꝯſiderat̄ in doctrina moꝝ. ſʒ circũſtãtie cũ ſint q̄dã accñtia actuũ vident̄ eſſe ꝑter ꝯſideratõeʒ artis. q̄ nulla ars ꝯſiderat id q̄d ē p accñs. vt dr̄ ĩ vi. metaphi. ergo bonitas vel malicia actõis nõ ē ex circũſtãtia. ¶ Pre. id q̄d ꝯuenit alicui ſm ſuã ſubſtãtiã non attribuit̄ ei p aliq̄d accñs. ſʒ bonũ ⁊ malũ ꝯuenit actõi ſʒ ſuã ſubſtãtiã. q̄ actio ex ſuo genere põt eſſe bõa vel mala vt dictũ ē. g̃ nõ ꝯuenit actõi ex circũſtãtia ꝙ ſit bõa vl' mala. ¶ Sed ꝯ̄ eſt q̄d phs dicit in li. ethi. ꝙ virtuoſus opat̄ ſm ꝙ oportet ⁊ qñ oportet. ⁊ ſm alias circumſtantias. ergo ex contrario vitioſis ſm vnumq̄dq̄ʒ vitium operat̄ qñ non oportet. vbi nõ oportet. ⁊ ſic de alijs circumſtantijs. ergo actões humane ſm circumſtantias ſunt bone vl' male. ¶ Rñ. dĩ. ꝙ in rebus naturalibus non inuenitur tota plenitudo ꝑfectõis que debet̄ ei ex forma ſubſtantiali. que dat ſpeciem. ſed multum ſupaddit̄ur ex ſuꝑuenientibus accidentibus. ſicut in homine ex figura. ex colore. ⁊ ſic de alijs. quorum ſi aliquod deſit ad decentem beatitudinem conſequit̄ malum. ita etiam eſt in actõe. nam plenitudo bonitatis eius non tota conſiſtit in ſua ſpecie. ſʒ aliquid additur ex his que adueniunt tanq̄ʒ accidentia quedam. ⁊ hmõi ſunt circumſtantie debite. vñ ſi aliquid deſit q̄d requiratur ad debitas circumſtantias erit actio mala. ¶ Ad. i. ergo dĩ. ꝙ circumſtantie ſunt extra actionem inq̄ʒtum non ſunt de eſſentia actionis. ſunt tamen in ipa actione velut quedam accidentia eius. ſicut ⁊ accidentia q̄ ſunt in ſubſtantijs naturalibus ſunt extra eſſentias eaꝝ. ¶ Ad. ij. dĩ. ꝙ non omnia accidentia p accidens ſe hñt ad ſuam ſubſtantiam. ſed quedam ſunt p ſe accidentia q̄ in vnaq̄uaq̄ʒ arte conſiderant̄. ⁊ p hunc modum conſiderantur circumſtantie actuũ in doctrina morali. ¶ Ad. iij. dĩ. ꝙ cum bonum conuertat̄ cum ente. ſicut ens dr̄ ſm ſubſtantiam ⁊ ſm accidens. ita ⁊ bonum attribuitur alicui ⁊ ſm eſſe ſuum eſſentiale. ⁊ ſm eſſe accidentale. tã in rebus naturalibus. q̄ʒ in actionibus moralibus.

## Ad quartum ſic ꝓcedit̄.

Videt̄ ꝙ bonum ⁊ malum in actibus humanis nõ ſint ex fine. dicit eñ Diony. iiij. cap. de di. no. ꝙ nihil reſpiciens ad malum operatur. ſi igitur ex fine deriuaretur operatio bona vel mala. nulla actio eſſet mala. quod patet eſſe falſum. ¶ Pre. bonitas actus eſt aliquid in ipo exiſtens finis autem eſt cauſa extrinſeca. non ergo ſecundum finē dicitur actio bona vel mala. ¶ Pre. contingit aliquam bonam operationem ad malum finem ordinari. ſicut cuʒ aliquis dat elemoſynam propter inanem gloriam. ⁊ econuerſo aliquã malã opatõeʒ ordinari ad bonũ finē. ſic̄ cuʒ q̄s furat̄ vt det paupi. nõ ergo ē ex fine actio bõa vl' mala. ¶ Sʒ ꝯ̄ ē q̄d Boe. dic̄ in topicis. ꝙ c᷒ finis bonus ē. ipm q̄ʒ bonum ē. ⁊ cuius finis malũ ē. ipm q̄ʒ malum eſt.

¶ Rñ. dō. ē ꝙ eadē ē diſpō reꝝ in bonitate ꝛ ineſſe. Sūt eñ quedā quoꝝ eſſe ex alio nō dependet. ꝛ in his ſufficit conſiderare ipm̄ eoꝝ eſſe abſolute. Quedā vero ſunt quoꝝ eſſe dependet ab alio. vñ oportet ꝙ ꝯſideref p ꝯſideratōez ad cāz a q̄ dependet. ſicut aūt eſſe rei dependet ab agente ꝛ forma ſic bonitas rei dependet a fine. vñ in pſonis diuinis que nō hñt bonitatē dependentē ab alio nō conſideraf aliq̄ rō bonitatis ex fine. actiones aūt hūane ꝛ alia quoꝝ bonitas dependet ab alio. hñt rōnem bonitatis ex fine a q̄ dependent pter bonitatē abſolutā q̄ in eis exiſtit. Sic igif in actōne hūana bonitas q̄drupler ꝯſiderari pōt. Una quidez ſm̄ genus, put. ſ. ē actio. q2 q̄ntū hz de actōe ꝛ entitate tātum hz de bonitate vt dictū ē. Alia vero ſm̄ ſpēz. q̄ accipif ſm̄ obiectū cōueniēs. Tertia ſm̄ circūſtātias q̄ſi ſm̄ accntia q̄dā. Quarta aūt ſm̄ finē q̄ſi ſm̄ habitudinē ad bonitatis cām. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ bonū aliqd ad qd aliquis reſpiciēs opaf. nō ſp ē veꝝ bonū. ſz q̄nqz veꝝ bonū ꝛ q̄nqz appares. ꝛ ſm̄ hoc ex fine ſequif actio mala. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ q̄uis finis ſit cā extrinſeca tñ debita ꝓportio ad finē. ꝛ relatio in ipm̄ inheret actioni. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ nihil ꝓhibet actioni hñti vnā pdictaꝝ bonitatū deeſſe aliā. ꝛ ſm̄ hoc ꝯtingit actionē q̄ eſt bona ſm̄ ſpēz ſuā vel ſm̄ circūſtātias ordinari ad finē malū vel ecōuerſo. nō tñ ē actio bōa ſimplr niſi oēs bonitates concurrāt. q2 quilibet ſingularis defectus cauſat malū. bonum autem cauſatur ex integra cauſa vt Diony. dicit. iiij. ca. de di. no.

## Ad quintū ſic proceditur

Uidef ꝙ actus morales nō differāt ſpē ſm̄ bonū ꝛ malū bonū. n. ꝛ malū in actib inuenif ꝯformiter reb. vt dictū ē. ſed in rebus bonū ꝛ malū nō diuerſificāt ſpēz. idem eñ ſpē eſt hō bonus ꝛ malus. ergo neqz etiā bonū ꝛ malū in actibus diuerſificāt ſpēz. ¶ Pre. malū cū ſit priuatio eſt q̄ddā nō ens. ſz nō ens nō pōt eſſe differētia. ſm̄ phm̄ in iij. metaphi. cū ergo differētia ꝯſtituat ſpēz. videf ꝙ aliquis actus ex hoc ꝙ eſt malus non conſtituaf in aliq̄ ſpē. ꝛ ita bonum ꝛ malum non diuerſificāt ſpeciem humanorum actuum. ¶ Pre. diuerſoꝝ actuum ſm̄ ſpeciē diuerſi ſunt effectus. ſed idem ſpecie effectus pōt conſequi ex actu bono ꝛ malo. ſicut homo generaf ex adulterio ꝛ ex matrimoniali concubitu. ergo actus bonus ꝛ malus nō differūt ſpē. ¶ Pre. bonum ꝛ malum dr̄ in actibus q̄nqz ſm̄ circumſtantiam vt dictū eſt. ſed circumſtātia cum ſit accidēs nō dat ſpēm actui. ergo actus hūani nō differunt ſpē ꝓpter bonitatem ꝛ maliciam. ¶ Sz ꝯ ſm̄ phm̄ in. ij. ethi. Siles habitus bon⁹ ꝛ malus differūt ſpē. vt liberalitas ꝛ ꝓdigalitas. ergo ꝛ actus bonus ꝛ malus differunt ſpē. ¶ Rñ. dō. ꝙ omnis actus ſpēz hz ex ſuo obiecto. ſicē dictū ē. vñ oportet ꝙ aliq̄ differētia obiecti faciat diuerſitatē ſpēi in actibus. Eſt aūt conſiderādū ꝙ aliq̄ dr̄ia obiecti facit dr̄iaz ſpēi in actibus ſm̄ ꝙ referunf ad vnū principiū actiuū. qd nō facit dr̄iaz in actib ſm̄ ꝙ referunf ad aliud principiū actiuū. q2 nihil qd ē p accñs ꝯſtituit ſpēz. ſz ſolū qd ē p ſe. pōt aūt aliq̄ dr̄ia obiecti eſſe p ſe in compatōe ad vnū principiū. ꝛ p accñs in ꝯpatōe ad aliud. ſicē cognoſcere colorē ꝛ ſonū p ſe differūt p ꝯpationem ad ſenſum. nō aūt p ꝯpatōez ad intellectū. In actib aūt bonum ꝛ malū dr̄ p ꝯpatōez ad rōnē. q2 vt Diony dic. iiij. ca. de di. no. Bonū hōis ē ſm̄ rōnē eſſe. malū aūt qd ē pter rōnē. vnicuiqz. n. rei ē bonū qd ꝯuenit ei ſm̄ ſuā formā. ꝛ malū qd ē ei pter ordinē ſue forme. pz ergo ꝙ dr̄ia boni ꝛ mali circa obiectū ꝯſiderata ꝯpanf p ſe ad rōnē. ſ. ſm̄ ꝙ obiectū eſt ei conueniēs vel nō conueniēs. dicunf aūt aliqui actus hūani vel morales ſm̄ ꝙ ſunt a rōe. vñ manifeſtū ē ꝙ bonū ꝛ malū diuerſificāt ſpēz in actib⁹ moralibus. dr̄ie. n. p ſe diuerſificāt ſpēz. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ etiā in reb naturalibus bonū ꝛ malū qd ē ſm̄ naturā ꝛ ꝯ naturā diuerſificāt ſpēz nature. corpus. n. mortuū ꝛ corpus viuū nō ſunt eiuſdē ſpēi. ꝛ ſilr bonū inq̄ntū ē ſm̄ rōnem. ꝛ malū inq̄ntū ē pter rōnē diuerſificāt ſpēm moris. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ malū importat priuationē nō abſolutā. ſz conſequentē talem potētiā. dr̄. n. malus ſm̄ ſuā ſpēz. non ex eo ꝙ nullū habeat obiectū. ſz q2 hz obiectū non ꝯueniens rōi. ſicut tollere aliena. vñ inq̄ntū obiectū ē aliqd poſitiue. pōt ꝯſtituere ſpēz mali actus. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ act⁹ coniugalis ꝛ adulteriū ſm̄ ꝙ ꝯpanf ad rōnē differūt ſpē ꝛ hñt effectus ſpē differētes. q2 vnū eoꝝ meref laudem ꝛ p̄miū. aliud vituperiū ꝛ penā. ſz ſm̄ ꝙ ꝯpanf ad potentiā generatiuā nō differūt ſpē. ꝛ ſic hñt vnū effectū ſm̄ ſpēm. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ circumſtātia q̄nqz ſumif vt dr̄ia eſſentialis obiecti ſm̄ ꝙ ad rōnem compaf. ꝛ tūc pōt dare ſpēz actui morali. ꝛ hoc oportet eſſe q̄ncunqz circumſtantia tranſmutat actum de bonitate in maliciam. non. n. circumſtantia faceret actū malū niſi p hoc ꝙ rōi repugnat.

## Ad ſextum ſic proceditur.

Uidef ꝙ bonum ꝛ malū qd ē ex fine nō diuerſificēt ſpēz in actib. actus. n. hñt ſpeciem ex obiecto. ſed finis ē pter rōnē obiecti. ergo bonum ꝛ malum quod eſt ex fine nō diuerſificant ſpeciem actus. ¶ Pre. id qd ē p accñs nō conſtituit ſpeciem vt dictum eſt. ſed accidit alicui actui ꝙ ordinetur ad aliquem finem. ſicut ꝙ aliquis det elemoſynam ꝓpter inanem gloriam. ergo ſm̄ bonum ꝛ malū qd eſt ex fine non diuerſificātur actus ſm̄ ſpeciem. ¶ Pre. diuerſi actus ſm̄ ſpeciem ad vnum finem ordinari pñt. ſicut ad finem inanis glorie ordinari pñt actus diuerſarū virtutum ꝛ diuerſoꝝ vitioꝝ. non ergo bonum ꝛ malum quod accipif ſm̄ finem diuerſificat ſpeciem actuum. ¶ Sed contra eſt quod ſup̄ oñſum eſt. ꝙ actus humani habent ſpeciem a fine. ergo bonum ꝛ malum quod accipif ſm̄ finem diuerſificat ſpeciem actuum. ¶ Rñ. dō. ꝙ aliqui actus dicunf humani inq̄ntum ſunt voluntarij. ſicut ſup̄ dictū ē. in actu aūt voluntario inuenif duplex act⁹. ſ. actus interior voluntatis. ꝛ actus exterior. ꝛ vterqz horū actuum habet ſuum obiectum. finis aūt ꝓprie eſt obiectū interioris actus voluntarij. id autem circa quod eſt actio exterior eſt obiectum eius. ſicut igif actus exterior accipit ſpeciem ab obiecto circa quod eſt. ita actus interior voluntatis accipit ſpeciem a fine ſicut a ꝓprio obiecto. id autem quod eſt ex pte voluntatis ſe habet vt formale ad id quod eſt ex pte exterioris actus. q2 voluntas vtif membris ad agendum ſicut inſtrumentis. neqz actus exteriores habēt rationem moralitatis niſi inquantum ſunt voluntarij. ꝛ ideo actus humani ſpecies formaliter conſiderantur ſm̄ finem. naturaliter autem ſm̄ obiectum exterioris actus. vñ phs dicit in. v. ethi. ꝙ ille qui furaf vt committat adulterium. eſt p ſe loquendo magis adulter q̄ fur. ¶ Ad i. ergo dō. ꝙ finis habet rōnem obiecti. vt dictum eſt. Ad. ij. dō. ꝙ ordinari ad talem finem ꝛ ſi accidat exteriori actui. non tamen accidit actui interiori voluntatis. qui comparatur ad exteriorem ſicut formale ad materiale. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ quādo multi actus ſpē differentes ordinātur ad vnū finē. eſt quidē diuerſitas ſpēi ex pte exterioꝝ actuū. ſed vnitas ſpēi ex pte actus interioris.

## Ad septimum sic procedit

Videt̃ φ spēs bonitatis q̃ ē ex fine ↄtineat̃ sub spē bonitatis q̃ ē ex obiecto sicͭ spēs sub genere. puta cū aliqs vult furari vt det elemosynā. act⁹.n.h3 spēz ex obiecto. vt dictū ē. ʒ impossibile ē φ aliqd ↄtineat̃ in aliq̃ alia spē q̃d sub ꝓpria spē nō ↄtinet̃. q2 idē nō pōt eē in diuersis spēbꝫ non subalternis. g̃ spēs q̃ ē ex fine ↄtinet̃ sub spē q̃ ē ex obiecto. ¶ Pre. sp vltīa dr̃ia constituit spēz spālissimā. ʒ dr̃ia q̃ ē ex fine videt̃ esse posterior q̃ʒ dr̃ia q̃ ē ex obiecto. q2 finis h3 rōez vltimi. g̃ spēs q̃ ē ex fine continet̃ sub spē q̃ ē ex obiecto. sicͭ spēs spālissima. ¶ Pre. q̃to aliq̃ dr̃ia est magis formal' tāto magis ē spāl. q2 dr̃ia cōpat̃ ad genus. vt forma ad materiā. ʒ spēs q̃ ē ex fine ē formalior ea q̃ ē ex obiecto. vt dictū ē. ergo spēs q̃ ē ex fine cōtinet̃ sub spē q̃ ē ex obietto. sicͭ spēs spālissima sub genere subalterno. ¶ Sʒ ↄ. cuiuslibet generis sunt determiate dr̃ie. ʒ actus eiusdē spēi ex ꝑte obiecti pōt ad infinitos fines ordinari. puta furtū ad infinita bona vel mala. ergo spēs q̃ ē ex fine nō continet̃ sub spē q̃ ē ex obiecto sicͭ sub genere. ¶ Rñ. dd̃. φ obiectū exterioris actus dupl'r se pōt habere ad finē voluntatis. Uno mō sicͭ ꝑ se ordinatū ad ipm. sicͭ bn̄ pugnare ꝑ se ordinat̃ ad victoriā. Alio mō ꝑ accn̄s. sicͭ accipere rē alienā ꝑ accn̄s ordinat̃ ad dādam elemosynā. Oportʒ aūt vt phs dicit in. vij. metaphi. φ dr̃ie diuidētes aliqd genus. ⁊ ↄstituētes spēz illius generis ꝑ se diuidāt illud. si aūt ꝑ accn̄s. nō recte ꝓcedit diuisio. puta si quis dicat: aīaliū aliud rōale. aliud irrōnale. ⁊ aīaliū irrōnaliū aliud alatū. aliud nō alatum. alatum.n. ⁊ nō alatum non sunt ꝑ se determinatiua eius quod est irrōnale. Oporet autē sic diuidere. animalium aliud hn̄s pedes. aliud non hn̄s pedes. ⁊ habentium pedes aliud habet duos. aliud quatuor. aliud multos. hec eñ ꝑ se determinant priorem differentiam. Sic igitur qñ obiectum non est ꝑ se ordinatum ad finem. differentia specifica que est ex obiecto non est ꝑ se determinatiua eius quod est ex fine nec ecōuerso. vnde vna istarʒ spēʒ nō est sub alia. sed tūc actus moralis ē sub duabus speciebus quasi disperatis. vñ dicimus φ ille q̃ furat̃ vt mechet̃ committit duas malicias in vno actu. Si vero obiectum ꝑ se ordinet̃ ad finem. vna dictarʒ differentiarum est ꝑ se determinatiua alterius. vñ vna istarʒ specierʒ continebit̃ sub altera. Considerādum autē restat que sub q̃. Ad cuius euidentiam primo considerādum ē φ q̃to aliq̃ differētia sumit̃ a forma magis ꝑticulari. tanto magis ē specifica. Scd̃o φ q̃to agēs ē magis vl'e. tāto ex eo ē forma magis vl'is. Tertio φ q̃to aliqs finis ē posterior. tāto rn̄det agēti vniuersaliori. sicͭ victoria q̃ ē vltimus finis exercitus. ē finis intētus a summo duce. ordinatio aūt h⁹ aciei vel illius. ē finis intētus ab aliq̃ īferiorʒ ducū. ⁊ ex istis sequit̃ φ dr̃ia specifica q̃ ē ex fine. ē magis general'. ⁊ dr̃ia q̃ ē ex obiecto ꝑ se ad talē finē ordinato ē specifica respectu eius. volūtas.n. c⁹ ꝓpriū obiectū ē finis est vl'e motiuū respectu omniū potētiarʒ aīe. q̃rʒ ꝓpria obiecta sunt obiecta ꝑticulariū actuū. ¶ Ad. i. ergo dd̃. φ ꝗm substātiā suā nō pōt aliqd esse in duabꝫ spēbꝫ q̃rʒ vna sub altera nō ordinet̃. ʒ ꝗm ea q̃ rei adueniūt pōt aliqd sub diuersis spēbꝫ ↄtineri. sicͭ hoc pomū ꝗm colorē continet̃ sub hac spē. s. albi. ⁊ ꝗm odorē sub spē bn̄ redolētis. ⁊ sil'r act⁹ qui ꝗm substātiā suā ē in vna spē nature. ꝗm conditōnes morales superueniētes ad duas spēs referri pōt. vt sup̄ dictum est. ¶ Ad. ij. dd̃. φ dr̃ia compat̃ ad genus vt forma ad materiā inq̃tū facͭ esse genus in actu. ʒ etiam genus ↄsiderat̃ vt formalius spē ꝗm φ differētia comparatur ad genus vt forma ad materiā inq̃tū facͭ esse absolutius ⁊ minus ↄctū. vñ ⁊ ꝑtes diffinitōis reducunt̃ ad gen⁹ cāe formal'. vt dr̃ in ij. phi. ⁊ ꝗm hoc genus ē cā formal' spēi. ⁊ tāto erit formalius q̃to cōmunius. ¶ Ad. iij. dd̃. φ finis ē postremū in executōe. ʒ ē primū in intētiōe rōis. ꝗm quā accipiunt̃ moraliū actuū species.

## Ad octauum sic procedit

Videt̃ φ nō sit aliqs act⁹ indifferēs ꝗm suā spēz. malum enī ē priuatio boni ꝗm Aug. ʒ priuatio ⁊ habit⁹ sunt opposita imediata ꝗm phm. g̃ nō ē aliqs act⁹ q̃ ꝗm spēz suā sit indifferēs q̃i mediū exn̄s inter bonū ⁊ malū. ¶ Pre. actus hūani hn̄t spēz a fine vel obō. vt dictū ē. ʒ oē obm ⁊ oīs finis h3 rōnem boni vel mali. ergo oīs actus hūan⁹ ꝗm suā spēz ē bonus vel malus. nullus ergo ē indifferens ꝗm spēz. ¶ Pre. sicͭ dictū ē. actus dr̃ bonus q̃ h3 debitā ꝑfectionem bonitatis. malus cui aliqd de hoc deficͭ. sed necesse ē φ oīs actus vel habeat totā plenitudinem sue bonitatis vl' aliqd ei deficiat. ergo necesse ē φ oīs actus ꝗm spēz suā sit bonus vl' malus ⁊ nullus indifferens. ¶ Sʒ ↄ est qd̃ Aug⁹. dicͭ in lib. de ser. do. in mō. φ sunt q̃dā facta media q̃ pñt bono vl' malo aīo fieri. de q̃bꝫ est temerariū iudicare. sunt ergo aliqui actus ꝗm speciem suā indifferentes. ¶ Rñ. dd̃. φ sicͭ dictū est. actus oīs h3 spēz ab obō. ⁊ actus hūanus qui dr̃ moral'. h3 speciem ab obiecto relato ad principium actuum humanum. quod est ratio. vnde si obiectum actus includat aliquid quod conueniat ordini rationis erit actus bonus ꝗm suam speciem. sicut dare elemosynam indigenti. Si autem includat aliquid qd̃ repugnet ordini rōnis erit malus actus ꝗm speciem. sicut furari quod est tollere aliena. contingit autem φ obiectū actus non includit aliquid ꝑtinens ad ordinem rationis. sicut leuari festucam de terra. ire ad campum. ⁊ hmōi. ⁊ tales actus ꝗm speciem suam sunt indifferentes. ¶ Ad. i. ergo dd̃. φ duplex est priuatio. quedam que consistit in priuato esse. ⁊ hec nihil relinquit. sed totum aufert. vt cecitas totaliter aufert visum. ⁊ tenebra lucem. ⁊ mors vitā. ⁊ inter hanc priuationem ⁊ habitum oppositum non potest esse aliquod medium circa proprium susceptibile. Est autem alia priuatio que consistit in priuari sicut egritudo est priuatio sanitatis. non φ tota sanitas sit sublata. sed φ est quasi quedam via ad totalem ablationem sanitatis que fit per mortē. ⁊ ideo talis priuatio cum aliquid relinquat non semper est immediata cum opposito habitu. ⁊ hoc modo malum est priuatio boni. vt Simplicius dicit in commento super libro predicamētorum. quia nō totum bonum aufert. sed aliquid relinquit. vnde potest esse aliquod medium inter bonum ⁊ malum. ¶ Ad. ij. dicendum φ omne obiectum vel finis habet aliquam bonitatem vel maliciam. saltem naturalem. non tamen semper importat bonitatem vel maliciam moralem. que consideratur per operationem ad rationem. vt dictum est. ⁊ de hac non agitur. ¶ Ad. iij. dd̃. φ non quicquid habet actus pertinet ad speciem eius. Unde ⁊ si in ratione sue speciei non contineatur quicquid pertinet ad plenitudinem bonitatis ipsius. non propter hoc est ex specie sua malus. nec etiam bonus. sicut homo ꝗm suam speciem neqʒ virtuosus neqʒ vitiosus est.

## Ad nonum sic procedit.

Videt̃ φ aliquis actus ꝗm indiuiduum sit indifferens.

nulla.n.ſpēs eſt q̄ ſub ſe nō cōtineat vel cōtinere poſſit ali
qd̄ indiuiduū.ſ3 aliq̄s actus ē indifferēs ſm ſuā ſpēm.vt
dictū ē.ḡ videt̄ ꝙ aliq̄s actus indiuidual' pōt ēē indifferēs
¶ Pre.ex indiuidualibus actibus cauſant̄ habit⁹ cōfor-
mes ipſis.vt d' in.iij.ethi.ſ3 aliq̄s habitus ē indifferens
dic̄.n.phs in.iiij.ethi.de quibuſdā .ſic de placidis ꝛ ꝓdi-
gis ꝙ nō ſunt mali.ꝛ tn̄ cōſtat ꝙ nō ſunt boni.cū recedāt
a ꝟtute.ꝛ ſic ſunt indifferētes ſm habitū.ḡ aliq̄ actus in-
diuiduales ſunt indifferētes. ¶ Pre. bonū morale perti
net ad ꝟtutē.male aūt morale ꝑtinet ad viciū. ſ3 cōtingit
qn̄3 ꝙ hō actū qui ex ſpecie ſua ē indifferēs nō ordinat ad
aliquē finē vicij vel ꝟtutis.ḡ cōtingit aliquē actū indiui-
dualem ēē indifferentē. ¶ S3 cōtra ē qd̄ Greg.dicit in q̄
dam omel'.Ocioſum ꝟbū ē qd̄ vtilitate rectitudinis.aut
rōe iuſte neceſſitatis.aut pie vtilitatis caret.ſ3 ꝟbū ocio-
ſum ē malū.q2 de eo reddent hoīes rōnē in die iudicij.vt
d' Matth.xij ſi aūt nō caret rōe iuſte neceſſitatis aut pie
vtilitatis.ē bonū aut malū.pari ergo rōe ꝛ q̄libet alius ac-
tus vel ē bonus vel malus. nullus ergo indiuidual' actus
ē indifferēs. ¶ Rn̄.dd̄ ꝙ cōtingit qn̄3 aliquē actū eſſe in
differentē ſm ſpē3.qui tn̄ ē bonus vel malus in indiuiduū
cōſideratus.ꝛ hoc iō.q2 actus moral' ſic dictū ē.nō ſolum
h3 bonitatē ex obiecto a q̄ h3 ſpē3.ſed etiā ex circūſtātijs q̄
ſunt q̄ſi q̄dā accn̄tia ſicut aliquid cōuenit indiuiduo hoīs
ſm accn̄tia indiuidualia qd̄ nō cōuenit hoī ſm rōnē ſpēi
ꝛ oportet ꝙ quilibet indiuidual' actus habeat aliquā circū
ſtantiā ꝑ quā trahat̄ ad bonū vel malū ad minus ex ꝑte in
tētionis finis.cū.n.rōis ſit ordinare.actus a rōe delibera
tiua ꝓcedēs ſi nō ſit ad debitū finē ordinatus.ex hoc ipō re
pugnat rōi ꝛ h3 rōnē mali. Si ꝟo ordinet̄ ad debitū finē
cōuenit cū ordine rōis vn̄ h3 rōnē boni neceſſe ē aūt ꝙ vl'
ordinet̄ vel nō ordinet̄ ad debitū finē. vn̄ neceſſe ē omnē
actū hoīs a deliberatiua rōe ꝓcedentē in indiuiduo conſi-
deratū.bonū eſſe vel malū.ſi aūt nō ꝓcedit a rōe delibera-
tiua.ſ3 ex q̄dā imaginatōe. ſicut cū aliquis fricat barbam
vel mouet manū aut lapidē.talis actus nō ē ꝓprie loquē
do moral' vel hūanus cū hoc habeat actus a rōe. ꝛ ſic erit
indifferēs q̄ſi extra genus moraliū actuū exn̄s. ¶ Ad.i.er
go dd̄.ꝙ aliquē actū eſſe indifferentē ſm ſuā ſpē3 pōt ēē
multipl'r.Uno mō ſic ꝙ ex ſua ſpē debeat̄ ei ꝙ ſit indiffe-
rens.ꝛ ſic ꝓcedit rō.ſed tn̄ iſto mō nullus actus ex ſua ſpē
eſt indifferēs.nō.n.ē aliquod obiectū hūani actus qd̄ nō
poſſit ordinari vel ad malum vel ad bonū ꝑ finē vel circū-
ſtātiam.Alio mō pōt dici indifferens ex ſua ſpē.quia non
habet ex ſua ſpecie ꝙ ſit bonus vel malus. vn̄ ꝑ aliqd̄ aliud
pōt fieri bonus vel malus ſicut homo non habet ex ſua ſpe
cie ꝙ ſit albus vel niger. nec tn̄ habet ex ſua ſpecie ꝙ non
ſit albus aut niger.pōt.n.albedo vel nigredo ſuperuenire
homini aliunde q̄3 a p̄ncipijs ſpeciei. ¶ Ad.ij.dd̄.ꝙ phs
dicit illum eſſe malum ꝓprie qui ē alijs hominibus nociu-
uus.ꝛ ſm hoc dicit ꝓdigum non malum.quia nulli alte-
ri nocet niſi ſibiipſi.ꝛ ſimiliter de omnibus alijs qui non
ſunt ꝓximis nociui. Nos autem hoc dicimus malū com-
muniter omne quod eſt rationi recte repugnās. ꝛ ſm hoc
omnis indiuidualis actus eſt bonus vel malus.vt dictū
eſt. ¶ Ad.iij.dd̄.ꝙ omnis finis a ratione deliberatiua in-
tentus ꝑtinet ad bonum alicuius ꝟtutis. vel ad malum
alicuius vicij.nam hoc ipm̄ quod aliquis agit ordinate ad
ſuſtētatōnē vel quietē ſui corpis.ad bonū ꝟtutis ordinat̄
in eo ꝙ corp⁹ ſuū ordinat ad bonū ꝟtutis.ꝛ idē p3 i alijs

## Ad decimum ſic ꝓcedit.

Uidet̄ ꝙ circumſtantia non poſſit conſtituere aliquā ſpe-
ciem boni vel mali actus.ſpecies.n.actus eſt ex obiecto.ſ3
circumſtantie differunt ab obiecto.ergo circūſtantie non
dant ſpeciem actus. ¶ Pre.circūſtantie compant̄ ad ac-
tum moralem ſicut accn̄tia eius.vt dictū ē.ſ3 accn̄s nō cō
ſtituūt ſpē3.ergo circūſtātia nō ꝯſtituit aliquam ſpē3 boni
vel mali. ¶ Pre.vnius rei nō ſunt plures ſpēs.vni⁹ aūt
actus ſunt plures circūſtātie. ergo circūſtātia nō ꝯſtituit
actū moralē in aliq̄ ſpē boni vel mali. ¶ Sed ꝯ̄.locus eſt
circūſtātia q̄dā.ſ3 locus conſtituit actū moralē in q̄dā ſpē
mali.furari.n.aliquid de loco ſacro ē ſacrilegium.ergo cir
cumſtātia conſtituit actū moralē in aliq̄ ſpē boni vl' ma-
li. ¶ Rn̄.dd̄.ꝙ ſicut ſpēs rex naturaliū conſtituūt̄ ex na
turalibus formis ita ſpēs moralium actuum conſtituun
tur ex formis ꝓut ſunt a rōe concepte. ſicut ex ſupdictis
p3.q2 vero natura determinata ē ad vnum. nec pōt ēē ꝓ-
ceſſus nature in infinitum.neceſſe ē ꝑuenire ad aliquam
vltimā formam ex q̄ ſumat̄ differentia ſpecifica.poſt quā
alia differentia ſpecifica ēē nō poſſit.ꝛ inde ē ꝙ in reb9 na
turalib9 id qd̄ ē accn̄s alicui rei.nō pōt accipi vt differen
tia conſtituens ſpē3.ſ3 ꝓceſſus rōis non ē determinatus
ad aliqd̄ vnū ſ3 q̄libet dato pōt vlterius ꝓcedere. ꝛ iō qd̄
in actu vno accipit̄ vt circumſtātia ſupaddita obiecto qd̄
determinat ſpē3 actus.pōt iterū accipi a rōe ordiāte vt p̄n-
cipal' conditio obiecti determinantis ſpē3 actus. ſicut tol
lere alienum h3 ſpeciem ex rōe alieni.ex hoc.n.conſtituitur
in ſpē furti.ꝛ ſi conſideret̄ ſup hoc rō loci vel tpis.ſe habe
bit in rōe circumſtātie.ſ3 q2 rō etiā de loco vel tpe ꝛ de a-
lijs hmōi ordinare poteſt.contingit conditionem loci circa
obiectū accipi vt cōtrariā ordini rōis. puta ꝙ rō ordinat
iniuriā nō eſſe faciendā in loco ſacro.vn̄ tollere aliqd alie
num de loco ſacro addit ſpālem repugnātiam ad ordine3
rōnis.ꝛ ideo locus qui prius conſiderabat̄ vt circumſtā
tia nūc conſiderat̄ vt principal' conditio obiecti rōi repu
gnās.ꝛ ꝑ hunc modum qn̄cunq3 aliqua circumſtātia re-
ſpicit ſpālem ordinem rōis vel ꝓ vel contra. oportet ꝙ cir
cumſtātia det ſpeciem actui morali vel bono vel malo. ¶
Ad.i.ergo dd̄.ꝙ circumſtantia ſm ꝙ dat ſpeciem actui
conſiderat̄ vt quedam conditio obiecti. ſicut dictum eſt ꝛ
ꝛ quaſi q̄dam ſpecifica differentia eius. ¶ Ad.ij.dd̄.ꝙ cir
cumſtantia manens in ratione circumſtātie cum habeat
rationem accidentis non dat ſpeciem.ſed in ꝯ̄trum mutat̄
in principalem conditionem obiecti.ſm hoc dat ſpēm. ¶
Ad.iij.dd̄.ꝙ non omnis circumſtantia conſtituit actū mo
ralem in aliqua ſpecie boni vel mali.cum non quelibet cir
cumſtantia importet aliquam conſonātiam vel diſſonan
tiam ad rōnem.vn̄ non oportet licet ſint multe circūſtan-
tie vnius actus.ꝙ vnus actus ſit in plurib9 ſpeciebus.ſ3
etiam non ſit inconueniens ꝙ vnus actus moralis ſit in
pluribus ſpeciebus moris etiam diſperatis. vt dictum
eſt.

## Ad vndecimu3 ſic ꝓcedi

tur.Uidet̄ ꝙ omnis circumſtantia ꝑtinens ad bonitate3
vel malíciam det ſpeciem actui.bonum.n.ꝛ malum ſunt
differentie ſpecifice moraliū actuū.qd̄ ergo facit dr̄iam in
boītate vel malicia moral' act⁹ facit differre ſm drīa3 ſpecifi
cā.qd̄ ē differre ſ3 ſpē3.ſ3 id qd̄ addit i boītate vl' malicia
act⁹ facit differre ſm boītatē ꝛ maliciā.ergo facit differre ſm
ſpē3.ḡ oīs circūſtātia addēs i boītate vl' malicia act⁹ cōſti
tuit ſpē3 ¶ Pre.aut circūſtātia adueniēs h3 i ſe aliq̄3 rōe3
boītatis vl' malicie.aut n̄.ſi nō.nō pōt addere in bonitate

vel maliciã actus. qꝛ qđ nõ ẽ bonũ nõ põt facere maiꝰ bonũ. ꝛ qđ nõ ẽ malũ nõ põt facere maius malũ. Si aũt hꝫ in ſe rõnẽ bonitatis vel malicie ex hocipſo hꝫ quandã ſpẽꝫ boni vel mali. ergo oĩs circũſtãtia augẽs bonitatẽ vel maliciã ꝯſtituit nouã ſpẽꝫ boĩ vel mali. ¶ Pre. ſcꝫm Diony. iiij. ca. de di. no. malũ cauſaꝛ ex ſingularibꝰ defectibꝰ. quilibet aũt circũſtãtia aggrauãs mali ciã hꝫ ſpãlẽ defectũ. ergo qlibet circũſtãtia hꝫ nouã ſpẽꝫ peccati. ꝛ eadẽ rõe qlibet augẽs bonitatẽ videꝛ addere nouã ſpẽꝫ boni. ſicut qlibet vnitas addita nũero facit nouã ſpẽm nũeri. bonũ. n. ꝯſiſtit in nũero. pondere ꝛ mẽſura. ¶ Sed ꝯ magis ꝛ minꝰ nõ diuerſificãt ſpẽꝫ. ſed magis ꝛ minus ẽ circũſtãtia addẽs in bonitate vel malicia. ergo nõ oĩs circũſtãtia addens in bonitate vel malicia ꝯſtituit actũ moralẽ in ſpẽ boni vel mali. ¶ Rñ. dđ. ꝙ ſicut dictũ ẽ. circũſtãtia dat ſpẽꝫ boni vel mali actui morali. inqꝫtũ reſpicit ſpãlẽ ordinẽ rõnis. ꝯtingit aũt qñꝫ ꝙ circũſtãtia nõ reſpicit ordinẽ rõis in bono vel malo niſi ꝓſuppoſita alia circũſtãtia a q actus moralis hꝫ ſpeciẽ boni vel mali. ſicut tollere aliquid in magna qꝫtitate vel pua nõ reſpicit ordinẽ rõis in bono vel malo niſi ꝓſuppoſita aliq alia ꝯditiõe ꝑ quã actus habeat maliciã vel bonitatẽ. puta hoc qđ ẽ eſſe alienũ. qđ repugnat rõni. vñ tollere alienũ in magna vel pua qꝫtitate nõ diuerſificat ſpẽꝫ pctĩ. tñ põt aggrauare vel diminuere pctm̃. ꝛ ſilr̃ ẽ in alijs malis vel bonis. vñ nõ oĩs circũſtãtia addẽs in bonitate vel malicia variat ſpẽꝫ moralis actus. ¶ Ad. i. ergo dđ. ꝙ in his q intenduntur ꝛ remittuntur differentia intẽſionis ꝛ remiſſionis nõ diuerſificat ſpẽꝫ. ſicut qđ differt in albedine ſcꝫm magis ꝛ minus. nõ differt ſcꝫm ſpẽm coloris. ꝛ ſilr̃ quod facit diuerſitatem in bono vel malo ſcꝫm intenſionem ꝛ remiſſionem. nõ facit differentiam in moralis actus ſcꝫm ſpeciem. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ circũſtantia aggrauãs peccatum vel augens bonitatem actus. qñqꝫ nõ habet bonitatem vel maliciam ſcꝫm ſe. ſed ꝑ ordinem ad aliam cõditionem actus. vt dictum eſt. ꝛ ideo non dat nouã ſpeciem. ſed auget bonitatem vel maliciam que eſt ex alia cõditione actus. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ non quelibet circumſtantia inducit ſingularem defectum ſcꝫm ſeipſam. ſed ſolũ ſcꝫm ordinem ad aliquid aliud. ꝛ ſilr̃ non ſemper addit nouaꝫ perfectionem niſi ꝑ comparationem ad aliqđ aliud. ꝛ ꝓ tanto licet augeat bonitatem vel maliciam. non tñ ſp̃ variat ſpeciẽ boni vel mali

¶ Queſtio. XIX

Deinde ꝯſiderandũ eſt de bonitate actus interioris voluntatis. Et circa hoc qrunꝛ decem. Primo vtꝝ bonitas voluntatis dependeat ex obiecto. Scđo vtꝝ ex ſolo obiecto dependeat. Tertio vtꝝ dependeat ex rõne. Quarto vtrũ dependeat ex lege eterna. Quinto vtrum ratio errans obliget. Sexto vtrum voluntas contra legẽ dei ſequẽs rõeꝫ errantem ſit mala. Septimo vtꝝ bonitas voluntatis in his q ſunt ad finem dependeat ex intentione finis. Octauo vtꝝ qꝫtitas bonitatis vel malicie in voluntate ſequaꝛ qꝫtitatem boni vel mali in intentione. Nono vtꝝ voluntatis bonitas dependeat ex conformitate ad voluntatẽ diuinam. Decimo vtꝝ neceſſe ſit voluntatẽ hũanã ꝯformari diuine volũtati in volito ad hoc ꝙ ſit bona.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videꝛ ꝙ bonitas volũtatis nõ dependeat ex obiecto. voluntas. n. nõ põt eſſe niſi boni. qꝛ malũ ẽ ꝓter volũtatẽ. vt Diony. dicit. iiij. ca. de di. no. ſic igiꝛ bonitas volũtatis iudicareꝛ ex obiecto. ſeqreꝛ ꝙ oĩs volũtas eſſet bona ꝛ nulla eſſet mala. ¶ Pre. bonũ ꝑ prius inueniꝛ in fine. vñ bonitas finis inqꝫtum hmõi nõ dependet ab aliq alio. ſed ſcꝫm pħm in. vi. ethi. bona actio ẽ finis ꝫ factio nunqꝫ ſit finis ordinaꝛ. n. ſp̃ ſicut ad finem ad aliquid factum. ergo bonitas actus volũtatis nõ dependet ex aliq obiecto. ¶ Pre. vnũquodqꝫ quale eſt tale alterum facit. ſed obiectum voluntatis eſt bonum bonitate nature. non ergo põt preſtare voluntati bonitatem moralem. moralis ergo bonitas voluntatis non dependet ex obiecto. ¶ Sed cõtra eſt qđ pħs dicit in. v. ethi. ꝙ iuſticia eſt ſcꝫm quam aliqui volũt iuſta. ꝛ eadem ratione ṽtus eſt ſcꝫm quam aliqui volũt bona. ſed bona voluntas eſt que eſt ſcꝫm virtutem. ergo bonitas voluntatis eſt ex hoc ꝙ aliquis vult bonum. ¶ Rñ. dđ. ꝙ bonum ꝛ malum ſunt per ſe differentie actus voluntatis. nam bonum ꝛ malum ꝑ ſe ad voluntatem pertinent. ſicut verum ꝛ falſum ad rationem cuius actus ꝑ ſe diſtinguiꝛ differẽtia veri ꝛ falſi. put dicimus opinionẽ eſſe verã vel falſam. vñ volũtas bona ꝛ mala ſunt actus differentes ſcꝫm ſpẽm. differẽtia aũt ſpeciei in actibꝰ ẽ ſcꝫm obiecta. vt dictum eſt. ꝛ ideo bonum ꝛ malum in actibus voluntatis ꝓprie attendiꝛ ſcꝫm obiecta. ¶ Ad. i. ergo dđ. ꝙ volũtas nõ ſp̃ ẽ veri boni. ſꝫ qñꝫ eſt apparẽtis boni. qđ quidem hꝫ rõnẽ aliquã boni. nõ tñ ſimplr̃ ꝯueniẽtis ad appetendũ. ꝛ ꝓpter hoc actus volũtatis nõ ẽ bonus ſp̃. ſꝫ aliqñ malus. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ qꝫuis aliquis actus poſſit eẽ vltimus finis hoĩs ſcꝫm aliquẽ modum. nõ tñ talis actus ẽ actus volũtatis. vt ſup̃ dictũ ẽ. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ bonum ꝑ rõnem repñtaꝛ voluntati vt obiectum. ꝛ inqꝫtum cadit ſub ordine rationis ꝑtinet ad genus moris. ꝛ cauſat bonitatem moralem in actu voluntatis. rõ. n. ꝓncipiũ eſt humanoꝝ ꝛ moralium actuũ. vt ſup̃ dictum eſt.

## Ad ſecũdum ſic ꝓcedit

Videꝛ ꝙ bonitas volũtatis nõ dependeat ſolũ ex obiecto finis. n. affinior ẽ volũtati qꝫ alteri potẽtie. ſꝫ actus aliaꝝ potẽtiaꝝ recipiũt bonitatẽ nõ ſolum ex obiecto. ſed etiam ex fine vt ex ſupradictis pꝫ. ergo etiam actus voluntatis recipit bonitatem nõ ſolum ex obiecto ſed etiam ex fine. ¶ Pre. bonitas actus non ſolum eſt ex obiecto. ſed etiam ex circumſtãtijs. vt ſup̃ dictum ẽ. ſed ſcꝫm diuerſitatẽ circumſtantiaꝝ ꝯtingit eſſe diuerſitatẽ bonitatis ꝛ malicie in actu voluntatis. puta ꝙ aliquis velit qñ dꝫ. ꝛ vbi dꝫ. ꝛ quãtum debet. ꝛ quomõ debet. vel put dꝫ. ergo bonitas voluntatis nõ ſolum dependet ex obiecto. ſed etiã ex circumſtantijs. ¶ Pre. ignorantia circumſtantiarũ excuſat maliciam voluntatis. vt ſupra habitum eſt. ſed hoc non eſſet niſi bonitas ꝛ malicia voluntatis a circumſtantijs dependeret. ergo bonitas ꝛ malicia voluntatis dependet ex circumſtantijs ꝛ non a ſolo obiecto. ¶ Sed contra. ex circũſtantijs inquantum hmõi actus non habet ſpeciem. vt ſupra dictum ẽ. ſed bonum ꝛ malum ſunt ſpecifice differentie actus volũtatis. vt dictũ ẽ. ergo bonitas ꝛ malicia voluntatis non dependet ex circũſtantijs. ſꝫ ex ſolo obiecto. ¶ Rñ. dđ. ꝙ in quolibet genere quanto aliquid eſt priꝰ tanto eſt ſimplicius. ꝛ in paucioribus conſiſtens. ſicut pꝛima corpora ſunt ſimplicia. ꝛ ideo inuenimus ꝙ ea que ſunt pꝛima in quolibet genere ſunt aliquo modo ſimplicia. ꝛ in vno conſiſtunt. pꝛincipiũ aũt bonitatis ꝛ malicie hũanoꝝ actuũ ẽ ex actu voluntatis. ꝛ iđ bonitas ꝛ malicia volũtatis ſcꝫm aliqđ vnũ attẽdiꝛ. alioꝝ ṽo actuũ bonitas ꝛ malicia põt ſꝫ diuerſa attẽdi. illđ ãt vnũ qđ ẽ prin-

cipiũ in q̄libet genere. nõ eſt ꝑ accidẽs. ſʒ ꝑ ſe. q2 oẽ qđ eſt ꝑ accñs reducit ad id qđ ẽ ꝑ ſe ſicut ad ꝑncipiũ. ⁊ iõ bonitas volũtatis ex ſolo vno illo dependet qđ ꝑ ſe facit bonitatem in actu. ſ. ex obiecto ⁊ nõ ex circũſtãtijs q̄ ſunt q̄dã accidẽtia actus. ¶ Ad .i. ergo dđ. ꝙ finis ẽ obm volũtatis. non aũt aliaꝝ viriũ. vñ q̄ʒtũ ad actũ volũtatis nõ differt bonitas q̄ ẽ ex obiecto a bonitate q̄ ẽ ex fine. ſicut in actib⁹ aliarum virium. niſi forte ꝑ accñs ꝓut finis dependet ex fine. ⁊ voluntas ex voluntate. ¶ Ad .ij. dđ. ꝙ ſuppoſito ꝙ voluntas ſit boni nulla circũſtantia põt eam facere malam. Quod ergo dr̄ ꝙ aliquis vult aliqđ bonũ q̄ñ non debet. põt intelligi dupl̄r. Uno mõ ita ꝙ iſta circũſtantia referat̄ ad volitũ. ⁊ ſic voluntas non ẽ boni. q2 velle facere aliq̄d q̄ñ nõ dʒ fieri. nõ ẽ velle bonũ. Alio mõ ita ꝙ referatur ad actũ volendi. ⁊ ſic impoſſibile eſt ꝙ aliquis velit bonũ q̄ñ non dʒ. q2 ſp̄ homo debet velle bonum. niſi forte ꝑ accñs inq̄ʒtũ aliquis volendo hoc bonũ impedit̄. ne tunc velit aliquod bonum debitum. ⁊ tunc nõ intẽdit malum ex eo ꝙ aliquis vult illud bonum. ſed ex eo ꝙ nõ vult aliud bonũ. Et ſil̄r dđ. ẽ de alijs circũſtantijs. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ circunſtantiaꝝ ignorãtia excuſat maliciam voluntatis ſm̄ ꝙ circumſtantie ſe tenent ex ꝑte voliti. inq̄ʒtum. ſ. ignorat circumſtantias actus quem vult.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Uidet̄ ꝙ bonitas volũtatis nõ dependeat a rõne. ꝓus. n. nõ dependet a poſteriori. ſed bonũ ꝑ ꝓus ꝑtinet ad volũtatẽ q̄ʒ ad rõnẽ. vt ex ſupdictis pʒ. ergo bonũ volũtatis non dependet a rõe. ¶ Pre. ph̄s dicit in .vj. ethi. ꝙ bonitas intellectus ꝑ̄ctici ẽ veꝝ ꝯforme appetitui recto. appetit⁹ autẽ rectus ẽ volũtas bona. ergo bonitas rõis ꝑ̄ctice magis dependet a bonitate volũtatis q̄ʒ ecõuerſo. ¶ Pre. mouens nõ dependet ab eo qđ mouet̄ ſʒ ecõuerſo. volũtas aũt mouet rõnẽ ⁊ alias vires. vt ſup dictũ ẽ. ergo bonitas volũtatis nõ dependet a rõe. ¶ Sʒ ꝯ̄ ẽ qđ Hylarius dicit in .x. de tri. Immoderata ẽ oĩs ſuſceptaꝝ voluntatũ ꝑtinacia vbi nõ rõni volũtas ſubijcit̄. ſed bonitas volũtatis cõſiſtit in hoc ꝙ nõ ſit immoderata. ergo bonitas volũtatis dependet ex hoc ꝙ ſit ſubiecta rõni. ¶ Rñ. dđ. ꝙ ſicut dictũ eſt. bonitas voluntatis ꝓprie ex obiecto dependet. obiectũ aũt volũtatis ꝓponit̄ ei ꝑ rõnẽ. nã bonũ intellectũ eſt obiectũ volũtatis ꝓportionatũ ei. bonũ aũt ſenſibile vel imaginariũ nõ eſt ꝓportionatũ volũtati. ſed appetitui ſenſitiuo. q2 volũtas põt tẽdere in bonũ vle qđ rõ apprehendit. appetitus aũt ſenſitiuus nõ tẽdit niſi in bonũ ꝑticulare. quod apprehendit vis ſenſitiua. ⁊ ideo bonitas volũtatis dependet a rõe eo mõ q̄ dependet ab obiecto. ¶ Ad .i. ergo dđ. ꝙ bonum ſub rõe boni. i. appetibilis. ꝑ ꝓus ꝑtinet ad voluntatẽ q̄ʒ ad rõnẽ. ſed tñ ꝑ prius ꝑtinet ad rõnem ſub rõe veri q̄ʒ ad voluntatẽ ſub rõe appetibilis. q2 appetitus voluntatis nõ põt eſſe de bono niſi prius a rõe apprehendat̄. ¶ Ad .ij. dđ. ꝙ ph̄s ibi loquit̄ de intellectu ꝑ̄ctico ſm̄ ꝙ ẽ ꝯſiliatiuus ⁊ rõcinatiuus eoꝝ q̄ ſunt ad finem ſic. n. ꝑficit̄ ꝑ prudẽtiam. In his aũt q̄ ſunt ad finem rectitudo rõis ꝯſiſtit in ꝯformitate ad appetitũ finis debiti. ſed tñ ⁊ ip̄e appetitus finis debiti ꝑ̄ſupponit rectã apprehenſionẽ de fine q̄ ẽ ꝑ rõnẽ. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ volũtas q̄dã mõ mouet rõnẽ. ⁊ rõ alio mõ mouet voluntatẽ ex ꝑte. ſ. obiecti vt ſupra dictum eſt.

## Ad quartum ſic procedit

Uidet̄ ꝙ bonitas volũtatis hũane nõ depẽdeat a lege eterna. vnius. n. vna ẽ regula ⁊ mẽſura. ſʒ regula hũane voluntatis ex q̄ eius bonitas dependet ẽ rõ recta. ergo nõ dependet bonitas volũtatis a lege eterna. ¶ Pre. mẽſura ẽ omogenea mẽſurato. vt dr̄ .x. metaph. ſed lex eterna nõ eſt omogenea voluntati hũane. ergo lex eterna nõ põt eẽ mẽſura voluntatis hũane vt ab eo bonitas eius dependeat. ¶ Pre. menſura debet eſſe certiſſima. ſed lex eterna ẽ nobis ignota. ergo nõ põt eſſe noſtre voluntatis menſura. vt ab ea bonitas voluntatis noſtre dependeat. ¶ Sʒ cõtra eſt quod Aug⁹. dicit .xxij. li. contra Fauſtum. ꝙ peccatum eſt factum vel concupitũ aliquid cõtra eternam legẽ. ſed malicia voluntatis eſt radix peccati. ergo cum malicia bonitati opponat̄. bonitas voluntatis dependet a lege eterna. ¶ Rñ. dđ. ꝙ in omnib⁹ cauſis ordinatis effect⁹ plus dependet a cauſa prima q̄ʒ a cauſa ſecunda. quia cauſa ſecunda nõ agit niſi in ꝟtute prime cauſe. ꝙ autem rõ hũana ſit regula voluntatis hũane ex qua eius bonitas menſuret̄. habet ex lege eterna que eſt ratio diuina. vñ in ps. dr̄. Multi dicunt quis oſtendit nobis bona. ſignatum ẽ ſup nos lu. vul. tui domine. quaſi diceret. lumen rationis quod in nobis eſt. intantũ poteſt nobis oñdere bona ⁊ noſtram volũtatem regulare. inq̄ʒtum ẽ lumẽ vultus tui. i. a vultu tuo deriuatum. vnde manifeſtũ eſt ꝙ multomagis dependet bonitas voluntatis humane a lege eterna q̄ʒ a rõne humana. ⁊ vbi deficit humana ratio. oportet ad rationẽ eternam recurrere. ¶ Ad .i. ergo dđ. ꝙ vnius rei ñ ſunt plures menſure ꝓ̄me. poſſunt tamen eſſe plures menſure quaꝝ vna ſub alia ordinet̄. ¶ Ad .ij. dđ. ꝙ mẽſura ꝓ̄ma eſt omogenea menſurato. non autẽ menſura remota. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ licet lex eterna ſit nobis ignota ſm̄ ꝙ eſt in mente diuina. innoteſcit tamen nobis aliqualiter. vel ꝑ rationem naturalem que ab ea deriuat̄ vt propria eius imago. vel per aliqualem reuelationem ſuperadditam.

## Ad quintũ ſic procedit

Uidet̄ ꝙ voluntas diſcordans a ratione errante non ſit mala. ratio. n. eſt regula voluntatis humane inquantum deriuat̄ a lege eterna. vt dictum eſt. ſed ratio errans non deriuat̄ a lege eterna. ergo rõ errãs nõ eſt regula voluntatis humane. nõ eſt ergo voluntas mala ſi diſcordat a rõne errante. ¶ Pre. ſm̄ Aug⁹. inferioris poteſtatis ꝓ̄ceptum nõ obligat ſi contrariet̄ ꝓ̄cepto poteſtatis ſuperioris. ſicut ſi ꝓcõſul iubeat aliquid quod imꝑator ꝓhibet. ſed rõ errãs q̄ñqʒ ꝓponit aliquid quod eſt cõtra ꝓ̄ceptum ſuperioris. ſ. dei cuius eſt ſumma poteſtas. ergo dictamẽ rõnis errantis nõ obligat. nõ eſt ergo voluntas mala ſi diſcordet a rõe errãte. ¶ Pre. oĩs volũtas mala reducit̄ ad aliquã ſpeciẽ malicie. ſed voluntas diſcordãs a ratione errãte non põt reduci ad aliquam ſpeciẽ malicie. puta ſi ratio errans errat in hoc ꝙ dicat eſſe fornicãdum. volũtas eius qui fornicari nõ vult ad nullã maliciã reduci poteſt. ergo voluntas diſcordans a ratione errante nõ eſt mala. ¶ Sed cõtra ſicut in primo dictum eſt. ꝯ̄ſcia nihil aliud eſt q̄ʒ applicatio ſcĩe ad aliquem actum. ſcĩa autem in ratione eſt voluntas. ergo diſcordans a ratione errante eſt contra conſcientiam. ſed omnis talis voluntas eſt mala. dr̄ enĩ Ro .xiiij. Omne quod nõ eſt ex fide peccatũ eſt. i. omne quod eſt contra conſciam. ergo voluntas diſcordans a rõe errante eſt mala. ¶ Rñ. dđ. ꝙ cum conſciẽtia ſit q̄dammõ dictamẽ rõnis. eſt. n. q̄dam applicatio ſcientie ad actũ. vt in primo dictum ẽ. idem eſt q̄rere vtꝝ voluntas

diſcordās a rōe errāte ſit mala. quod querere vtꝝ ꝯſciā er-
rās obliget. Circa qḋ aliqui diſtinxerūt tria genera actuū
quidā .n. ſunt boni ex genere. quidā ſunt indifferētes. qui
dā ſunt mali ex genere. Dicūt ergo ꝙ ſi rō vel ꝯſciā dicat
aliqͩd eſſe faciendū qḋ ſit bonū ex ſuo genere. non ē ibi er-
ror. ſilr ſi dicat aliqͩd nō eſſe faciendū qḋ eſt malū ex ſuo
genere. eadē .n. rōe ꝑcipiunt̄ bona q̄ ꝓhibent̄ mala. ſed ſi
rō vel ꝯſciā dicat alicui ꝙ illa q̄ ſunt ſm̄ ſe mala hō tenea
tur facere ex ꝑcepto. vel ꝙ illa q̄ ſunt ſm̄ ſe bona ſunt pro
hibita. erit rō vel ꝯſciā errās. ⁊ ſilr ſi rō vel ꝯſciā dicat ali
cui ꝙ id qḋ eſt ſm̄ ſe indifferēs. vt leuare feſtucā de terra
ſit ꝓhibitū vel ꝑceptū. erit rō vel ꝯſciā errās. Dicūt ergo
ꝙ rō vel ꝯſciā errās circa indifferētia ſiue ꝑcipiēdo ſiue ꝓ
hibendo obligat. ita ꝙ volūtas diſcordās a tali rōe erran
te erit mala ⁊ pctm̄. ſ; rō vel ꝯſciā errās ꝑcipiēdo ea q̄ ſunt
ꝑ ſe mala. vel ꝓhibendo ea q̄ ſunt ꝑ ſe bona ⁊ neceſſaria ad
ſalutē nō obligat. vn̄ in talibꝫ volūtas diſcordās a rōe vl'
ꝯſciā errāte nō eſt mala. Sed hoc irrōnabiliter dr̄. in indif
ferētibꝫ .n. volūtas diſcordās a rōe vel ꝯſciā errāte eſt ma
la aliq̄ mō ꝓpter obiectū a q̄ bonitas vel malicia volunta-
tis dependet. nō autē ꝓpter obiectū ſm̄ ſui naturā. ſed ſm̄
ꝙ ꝑ accñs a rōe apprehendit̄ vt malū ad faciēdum vel ad
vitādum. ⁊ qꝛ obiectū voluntatis ē id qḋ ꝓponit̄ a rōe. vt
dictū eſt. ex q̄ aliquid ꝓponit̄ a rōe vt malū. volūtas dū in
illud fert̄ accipit ratiōnē mali. hoc aūt ꝯtingit nō ſolū ī in-
differentibꝫ. ſ; etiā in ꝑ ſe bonis vel malis. nō ſolum .n. id
qḋ eſt indifferēs pōt accipe ratiōnē boni vel mali ꝑ accñs
ſ; etiā id quod eſt bonū pōt accipe rōnē mali. vel illud qḋ
eſt malū rōnē boni ꝓpter apprehenſionē rōis. puta abſtine
re a fornicatōe bonū qḋdā eſt. tn̄ in hoc bonū nō fert̄ volū
tas niſi ſm̄ ꝙ a rōe ꝓponit̄. ſi ergo ꝓponat̄ vt malū a rōne
errāte. fert̄ in hoc ſub rōe mali. vn̄ volūtas erit mala quia
vult malū. nō quidē id qḋ eſt malū ꝑ ſe. ſed id qḋ ē malū
ꝑ accñs ꝓpter apprehenſionē rōis. ⁊ ſilr credere in xp̄m eſt
ꝑ ſe bonū ⁊ neceſſariū ad ſalutē. ſed volūtas nō fertur in
hoc niſi ſm̄ ꝙ a rōe ꝓponit̄. vn̄ ſi a rōe ꝓponat̄ vt malū vo
luntas feret̄ in hoc vt malū. nō qꝛ illud ſit malū ſm̄ ſe. ſ;
qꝛ eſt malū ꝑ accñs ex apprehenſione rōis. ⁊ ideo ph̄us di
cit in .vij. ethi. ꝙ ꝑ ſe loquēdo incontinēs ē qui nō ſequit̄
rationē rectā ꝑ accñs aūt qui nō ſequit̄ etiā rōnē falſam.
Uidetur ꝙ nulla paſſio ſit in anima. pati enim eſt proprium materie. ſed anima non eſt compoſita ex materia ⁊ forma. vt in primo habitum eſt. ergo nulla paſſio eſt in anima. ¶ Preterea. Paſſio eſt motus. vt dicitur in tertio phiſicorum. ſed anima nouetur. vt probatur in primo de anima. ergo paſſio non eſt in anima. ¶ Preterea. Paſſio eſt via in corruptionem. Nam omnis paſſio magis facta abijcit a ſubſtantia. vt dicitur in libro topicorum. ſed anima eſt incorruptibilis. ergo nulla paſſio ẽ in anima. ¶ Sed contra eſt quod Apoſtolus dicit ad Romanos ſeptimo. Cum eſſemus in carne paſſiones peccatorum que per legem erant operabãtur in membris noſtris. vt fructificarent morti. Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis in qua detinebamur. ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus ⁊ non in vetuſtate littere. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt. Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret. Non concupiſces. Occaſione autem accepta. peccatum ꝑ mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem viuebam ſine lege aliquando. Sed cum veniſſet mandatum. peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum. ⁊ inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad vitã hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me ⁊ per illud occidit. Itaqꝫ lex quidem ſancta ⁊ mandatum ſanctum ⁊ iuſtum ⁊ bonum. Quod ergo bonum eſt. mihi factũ eſt mors. Abſit. Sʒ peccatũ. ⁊c. peccata aũt ſunt proprie in anima. ergo ⁊ paſſiones que dicuntur peccatorum ſunt in anima. ¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ pati dicitur tripliciter. Uno modo communiter ſecundum ꝙ omne recipere eſt pati etiã ſi nihil abijciatur a re. ſicut ſi dicatur aerem pati quando illuminatur. hoc autem magis eſt perfici q̃ pati. Alio modo dicitur proprie pati quando aliquid recipitur cũ alterius abiectione. ſed hoc contingit dupliciter. Quandoqꝫ enim abijcitur id quod non eſt conueniens rei. ſicut cum corpus animalis ſanatur dicitur pati. quia recipit ſanitatem egritudine abiecta. Alio modo quando econuerſo contingit. ſicut egrotare dicitur pati. quia recipitur infirmitas ſanitate abiecta. ⁊ hic eſt propriiſſimus modus paſſionis. nam pati dicitur ex eo ꝙ aliquid trahitur ad agentem. quod autem recedit ab eo quod eſt ſibi conueniens. maxime videtur ad aliud trahi. ⁊ ſimiliter in primo de generatione dicitur. ꝙ quando ex ignobiliori generatur nobilius. eſt generatio ſimpliciter. ⁊ corruptio ſecundum quid. econuerſo autem quando ex nobiliori ignobilius generatur. ⁊ his tribus modis contingit eſſe in anima paſſionem. nam ſecundum receptionem tantum dicitur ꝙ ſentire ⁊ intelligere eſt quoddam pati. paſſio autem cum abiectione non eſt niſi ſecundum tranſmutationem corporalem. vnde paſſio proprie dicta non poteſt competere anime niſi per accidens. inquantum ſcilicet cõpoſitum patitur. ſed in hoc eſt diuerſitas. Nam quando huiuſmodi tranſmutatio fit in deterius. magis ꝓprie habet rationem paſſionis q̃ quando fit in melius. vnde triſticia magis proprie eſt paſſio q̃ leticia. ¶ Ad primũ igitur dicendum. ꝙ pati ſecundum ꝙ eſt cum abiectione ⁊ tranſmutatione proprium eſt materie. vnde non inuenitur niſi in compoſitis ex materia ⁊ forma. ſed pati prout importat receptionem ſolam. non eſt neceſſarium ꝙ ſit materie. ſed poteſt eſſe cuiuſcunqꝫ exiſtentis in potentia. Anima autem ⁊ ſi non ſit compoſita ex materia ⁊ forma. habet tamen aliquid potentialitatis ſecundum quã conuenit ſibi recipere ⁊ pati. ſecundum ꝙ intelligere pati eſt. vt dicitur in tertio de anima. ¶ Ad ſecundum dicendum. ꝙ pati ⁊ moueri ⁊ ſi non conueniat anime per ſe conuenit tamen ei per accidens. vt in primo de anima dicitur. ¶ Ad tertium dicendum. ꝙ ratio illa procedit de paſſione que eſt cum tranſmutatione ad deterius. ⁊ hu

iuſmodi paſſio anime conuenire non poteſt niſi per accidens. per ſe autem conuenit compoſito quod eſt corruptibile.

## Ad ſcdm ſic procedıtur.

Videtur ꝙ paſſio magis ſit in parte anime apprehenſiua q̃ in parte appetitiua. Quod enim eſt primum in quolibet genere. videtur eſſe maximum illorum que ſunt in genere illo. ⁊ cauſa aliorum. vt dicitur in ſecundo metaphiſice. ſed paſſio prius inuenitur in parte apprehenſiua q̃ in parte appetitiua. non enim patitur pars appetitiua niſi paſſione precedente in parte apprehenſiua. ergo paſſio eſt magis in parte apprehenſiua q̃ in parte appetitiua.

Preterea. quod eſt magis actiuum videtur eſſe minus paſſiuum. actio enim paſſioni opponitur. ſed pars appetitiua eſt magis actiua q̃ pars apprehenſiua. ergo videtur ꝙ in parte apprehenſiua magis ſit paſſio. Preterea. Sicut appetitus ſenſitiuus eſt virtus in organo corporali. ita ⁊ vis apprehenſiua ſenſitiua. ſed paſſio anime fit proprie loquendo ſecundum tranſmutationem corporalem. ergo non magis eſt paſſio in parte appetitiua ſenſitiua q̃ in apprehenſiua ſenſitiua. Sed contra eſt quod Auguſtinus dicit in ix. de ciuita. dei. ꝙ motus animi. quos greci pati. noſtri autem ſicut Cicero perturbationes. quidam affectiones vel affectus. quidam vero ſicut in greco habetur. expreſſius paſſiones vocant. ex quo patet ꝙ paſſiones anime ſunt idem quod affectiones. ſed affectiones manifeſte pertinent ad partem appetitiuam ⁊ non ad apprehenſiuam. ergo ⁊ paſſiones magis ſunt in appetitiua q̃ in apprehenſiua. Reſpondeo. dicendum ꝙ ſicut iam dictum eſt. in nomine paſſionis importatur quod patiens trahatur ad id quod eſt agentis. Magis autem trahitur anima ad rem per vim appetitiuam q̃ per vim apprehenſiuam. nam per vim appetitiuam anima habet ordinem ad ipſas res prout in ſeipſis ſunt. Unde philoſophus dicit in ſeptimo metaphiſice. ꝙ bonum ⁊ malum que ſunt obiecta appetitiue potentie. ſunt in ipſis rebus. vis autem apprehenſiua non trahitur ad rem ſecundum ꝙ in ſeipſa eſt. ſed cognoſcit eam ſecundum intentionem rei quam in ſe habet vel recipit ſecundum proprium modum. vnde ⁊ ibidem dicitur. ꝙ verum ⁊ falſum que ad cognitionem pertinent non ſunt in rebus. ſed in mente. vnde patet ꝙ ratio paſſionis magis inuenitur in parte appetitiua q̃ in parte apprehenſiua. Ad primum ergo dicendum. ꝙ econuerſo ſe habet in his que pertinent ad perfectionem. ⁊ in his que pertinent ad defectum. nam in his que ad perfectionem pertinent attenditur intenſio per acceſſum ad vnum primum principium. cui quanto eſt aliquid propinquius tanto eſt magis intenſum. ſicut intenſio lucidi attenditur per acceſſum ad aliquid ſumme lucidum. cui quanto aliquid magis appropinquat. tanto eſt magis lucidum. ſed in his que ad defectum pertinent attenditur intenſio non per acceſſum ad aliquod ſummum ſed per receſſum a perfecto. quia in hoc ratio priuationis ⁊ defectus conſiſtit. ⁊ ideo quanto minus recedit a primo tanto eſt minus intenſum. ⁊ propter hoc in principio ſemper inuenitur paruus defectus. qui poſtea procedendo magis multiplicatur. Paſſio autem ad defectum pertinet. quia eſt alicuius ſecundum ꝙ eſt in potentia. vnde in his que appropinquant primo perfecto ſcilicet deo. inuenitur parum de ratione potentie ⁊ paſſionis. in aliis autem conſequenter plus. ⁊ ſic etiam in priori vi anime ſcilicet apprehenſiua. inuenitur minus de ratione paſſionis. Ad ſecundum dicendum. ꝙ vis appetitiua dicitur eſſe magis actiua quia eſt magis principium exterioris actus. ⁊ hoc habet ex hoc ipſo ex quo habet ꝙ ſit magis paſſiua. ſcilicet ex hoc ꝙ habet ordinem ad rem prout eſt in ſeipſa. per actionem enim exteriorem venimus ad conſequendas res. Ad tertium dicendum. ꝙ ſicut in primo dictum eſt. dupliciter organum anime poteſt tranſmutari. Uno modo tranſmutatione ſpirituali ſecundum ꝙ recipit intentionem rei. ⁊ hoc per ſe inuenitur in actu apprehenſiue virtutis ſenſitiue. ſicut oculus immutatur a viſibili. non ita ꝙ coloretur. ſed ita ꝙ recipiat intentionem coloris. Eſt autem ⁊ alia naturalis tranſmutatio organi. prout organum tranſmutatur quantum ad ſuam naturalem diſpoſitionem. puta ꝙ calefit aut infrigidatur. vel alio modo ſimili tranſmutatur. ⁊ huiuſmodi tranſmutatio per accidens ſe habet ad actum apprehenſiue virtutis ſenſitiue. puta cum oculus fatigatur ex forti intuitu. vel diſſoluitur ex vehementia viſibilis. ſed ad actum appetitus ſenſitiui per ſe ordinatur huiuſmodi tranſmutatio. vnde in diffinitione motuum appetitiue partis materialiter ponitur aliqua naturalis tranſmutatio organi. ſicut dicitur ꝙ ira eſt accenſio ſanguinis circa cor. vnde patet ꝙ ratio paſſionis magis inuenitur in actu ſenſitiue appetitiue q̃ in actu ſenſitiue virtutis apprehenſiue. licet vtraq̃ ſit actus organi corporalis.

## Ad tertium ſic procedıtur.

Videtur ꝙ paſſio non magis ſit in appetitu ſenſitiuo q̃ in appetitu intellectiuo. Dicit enim Dionyſius ſecundo capitulo de diui. nomi. ꝙ Ierotheus ex quadam eſt doctus diuiniore inſpiratione non ſolum diſcens. ſed etiam patiens diuina. ſed paſſio diuinorum non poteſt pertinere ad appetitum ſenſitiuum. cuius obiectum eſt bonum ſenſibile. ergo paſſio eſt in appetitu intellectiuo ſicut et in appetitu ſenſitiuo. Preterea. Quanto actiuum eſt potentius tanto paſſio eſt fortior. ſed obiectum appetitus intellectiui quod eſt bonum vniuerſale. eſt potentius actiuum q̃ obiectum appetitus ſenſitiui quod eſt particulare bonum. ergo ratio paſſionis magis inuenitur in appetitu intellectiuo q̃ in appetitu ſenſitiuo. Preterea. Gaudium ⁊ amor ⁊ paſſiones quedam eſſe dicuntur. ſed hec inueniuntur in appetitu intellectiuo. ⁊ non ſolum in ſenſitiuo. alioquin non attribuerentur in ſcripturis deo ⁊ angelis. ergo paſſiones non magis ſunt in appetitu ſenſitiuo q̃ in intellectiuo. Sed contra ē quod dicit Damaſcenus in ſecundo libro deſcribens animales paſſiones. Paſſio eſt motus appetitiue virtutis ſenſibilis in imaginatiõe boni vel mali. Et aliter. Paſſio eſt motus irrationalis anime per ſuſceptionem boni vel mali.

Reſpondeo dicendum ſicut iam dictum eſt. paſſio proprie inuenitur vbi eſt tranſmutatio corporalis. que quidem inuenitur in actibus appetitus ſenſitiui ⁊ non ſolum ſpiritualis. ſicut eſt in apprehenſione ſenſitiua. ſed etiam naturalis. In actu autem appetitus intellectiui non requiritur aliqua tranſmutatio corporalis. quia huiuſmodi appetitus non eſt virtus alicuius organi. Unde patet ratio paſſionis magis proprie inuenitur in actu appetitus ſenſitiui q̃ intellectiui. vt etiam patet per diffinitiones Damaſceni inductas. Ad primum ergo dicendum. ꝙ paſſio diuinorum ibi dr̃ affectio ad diuina ⁊ coniunctio ad ipſa per amorē quod tñ fit ſine trāſmutatiōe corporali.

Ad .ij. dõ. ꝙ magnitudo paſſiõis nõ ſolũ dependꝫ ex ṽtute agẽtis. ſꝫ etiã ex paſſibilitate patiẽtis q꞉ q̃ ſunt bñ paſſibilia multũ patiunt̃ etiã a ꝑuis actis. Lꝫ obiec ñ appetit̃ ĩte ẽ actiui ſit magis actiuũ ꝙ̃ obiectũ appetitus ſenſitĩ. tñ appetitus ſenſitiuus ẽ magis paſſiu᷒. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ amor ⁊ gaudiũ ⁊ alia hmõi cũ attribuunt̃ deo vel angel᷑ aut hoibus ſcḋm appetitũ intellectiuũ ſignificãt ſimplicẽ actũ volũtatis cũ ſilitudine affectus abſqꝫ paſſione. Vñ dic̃ Aug᷒. ix. de ci. dei. Sãcti angeli ⁊ ſine ira puniũt. ⁊ ſine miſerie ꝯpaſſione ſubueniũt. ⁊ tñ iſtaꝝ noĩa paſſionũ ꝯſuetudine locutõis hũane etiã in eos vſurpant̃ ꝓpter quandã opationis ſilitudinẽ. nõ ꝓpter affectionum infirmitatem.

¶ Queſtio. XXIII.

# DEinde ꝯſiderandũ

eſt de paſſionũ ordĩa ad inuicẽ. Et circa hoc q̃runt̃ q̃tuor. Primo vtꝝ paſſiones q̃ ſunt in ꝯcupiſcibili ſint diuerſe ab his q̃ ſunt in iraſcibili. Scḋo vtꝝ ꝯtrarietates paſſionũ iraſcibil᷑ ſint ſcḋm ꝯtrietatẽ boni ⁊ mali. Tertio vtꝝ ſit aliq̃ paſſio nõ hñs ꝯtrariũ. Quarto vtꝝ ſint aliq̃ paſſiones differentes ſpecie in eadem potentia nõ contrarie ad inuicem.

## Ad primũ ſic proceditur

Videt̃ ꝙ paſſiones eedẽ ſint in iraſcibili ⁊ in ꝯcupiſcibili. Dic̃. n. phs in .ij. ethi. ꝙ paſſiones aĩe ſunt q̃s ſeq̃t̃ gaudiũ ⁊ triſticia. ſꝫ gaudiũ ⁊ triſticia ſunt in ꝯcupiſcibili. g̃ oẽs paſſiones ſunt in ꝯcupiſcibili. nõ g̃ ſunt alie in iraſcibili. ⁊ alie in ꝯcupiſcibili. ¶ Pre. Matth. xiij. ſup illud. Sil᷑e ẽ regnũ celoꝝ fermẽto ⁊c̃. dic̃ glo. Hiero. In rõne poſſideamus prudentiã. in iraſcibili odiũ vitioꝝ. in ꝯcupiſcibili deſiderium ṽtutum. Sed odium eſt in ꝯcupiſcibili. ſicut ⁊ amor cui contrariat̃. vt d꞉ in .ij. topic. g̃ eadem paſſio eſt in ꝯcupiſcibili ⁊ iraſcibili. ¶ Pre. paſſiones ⁊ actus differunt ſpẽ ſcḋm obiecta. ſed paſſionum iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis eadem obiecta ſunt. ſ. bonum ⁊ malum. g̃ eedem paſſiones ſunt iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis. ¶ Sed contra. diuerſaꝝ potentiaꝝ actus ſunt ſpecie diuerſi. ſicut videre ⁊ audire. ſed iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis ſunt due potentie diuidentes appetitum ſenſitiuum. vt in primo dictum eſt. ergo cum paſſiones ſint motus appetitus ſenſitiui. vt ſup̃ dictum eſt. paſſiões que ſunt in iraſcibili erũt alie ſcḋm ſpeciem a paſſionibus que ſunt in concupiſcibili. ¶ Rñ. dõ. ꝙ paſſiones que ſunt in iraſcibili ⁊ concupiſcibili differunt ſpecie. Cum. n. diuerſe potentie habeant diuerſa obiecta. vt in primo dictum eſt. neceſſe eſt ꝙ paſſiones diuerſaꝝ potentiaꝝ ad diuerſa obiecta referant̃. vñ multo magis paſſiones diuerſaꝝ potentiaꝝ ſpecie differunt. Maior. n. differentia obiecti requirit̃ ad diuerſificãdum ſpeciem potentiarum ꝙ̃ ad diuerſificandum ſpeciẽ paſſionum vel actuum. Sicut. n. in naturalibus diuerſitas generis ꝯſequit̃ diuerſitatẽ potentie materie. diuerſitas autem ſpeciei diuerſitatem forme in eadem materia ita in actibus anime actus ad diuerſas potẽtias ꝑtinentes ſunt nõ ſolũ ſpecie. ſed etiam genere diuerſi. actus aũt vel paſſiones reſpiciẽtes diuerſa obiecta ſpẽalia ꝯprehenſa ſub vno cõi obiecto vnius potẽtie. differũt ſicut ſpẽs illi᷒ generis. ad cognoſcẽdum g̃ q̃ paſſiones ſunt in iraſcibili ⁊ q̃ in ꝯcupiſcibili oportet aſſumere obiectũ vtriuſqꝫ potentie. dictũ eſt aũt in primo ꝙ obiectũ potẽtie ꝯcupiſcibilis eſt bonũ vl᷑ malũ. ſenſibile ſimpl᷑r acceptũ qḋ ẽ delectabile vel doloroſum. ſꝫ q꞉ neceſſe ẽ ꝙ interdũ aĩa difficultatẽ vel pugnã patiat̃ in adipiſcẽdo aliq̃d hmõi bonũ vel fugiẽdo aliq̃d hmõi malũ. in q̃ꝫtũ hoc eſt q̃dãmõ eleuatũ ſup̃ facilem ꝑtãtẽ aĩalis. ideo ipm̃ bonũ vel malũ ſcḋm ꝙ hꝫ rõnem ardui vel difficil᷑ eſt obiectũ iraſcibil᷑. Quecunqꝫ g̃ paſſiones reſpiciũt abſolute bonũ vel malũ ptinẽt ad ꝯcupiſcibilẽ. vt gaudiũ. triſticia. amor. odiũ ⁊ ſilia. Quecũqꝫ vo paſſiones reſpiciũt bonũ vel malũ ſub rõe ardui. put ẽ aliq̃d adipiſcibile vel fugibile cũ aliq̃ difficultate ꝑtinẽt ad iraſcibilẽ. vt audacia. ⁊ timor. ſpes ⁊ hmõi. ¶ Ad .i. g̃ dõ. ꝙ ſicut in primo dictũ eſt. ad hoc vis iraſcibilis data eſt aĩalibus vt tollant̃ impedimẽta q̇bus concupiſcibil᷑ in ſuũ obiectum tendere ꝓhiberet̃. vel ꝓpt̃ difficultatem boni adipiſcendi. vel ꝓpter difficultatẽ mali ſuperandi. ⁊ ideo paſſiones iraſcibilis omnes terminantur ad paſſiones ꝯcupiſcibil᷑. ⁊ ſcḋm hoc etiam paſſiones q̃ ſunt in iraſcibili ꝯſequit̃ gaudium ⁊ triſticia q̃ ſunt in ꝯcupiſcibili. ¶ Ad .ij. dõ. ꝙ odium vitioꝝ attribuit Hiero. iraſcibili. non ꝓpter rõnem odij que ꝓprie competit concupiſcibili. ſed ꝓpter impugnationem que ꝑtinet ad iraſcibilẽ. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ bonũ in q̃ꝫtũ ẽ delectabile mouet ꝯcupiſcibilẽ. ſꝫ ſi bonũ habeat quãdã difficultatẽ ad adipiſcendũ. ex hoc ipo hꝫ aliq̃d repugnãs ꝯcupiſcibili. ⁊ iõ neceſſariũ fuit ẽẽ aliã potẽtiã q̃ in id tẽderet. ⁊ rõ ẽ eadẽ de mal᷑. ⁊ hec potẽtia ẽ iraſcibil᷑. vñ ex ꝯñti ſpecies ꝯcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis ſpecie differunt.

## Ad ſcḋm ſic proceditur.

Videt̃ ꝙ ꝯtrietas paſſionũ iraſcibil᷑ nõ ſit niſi ſcḋm ꝯtrarietatẽ boni ⁊ mali. Paſſiones. n. iraſcibil᷑ ordinant̃ ad paſſiones ꝯcupiſcibilis vt dictũ eſt. ſed paſſiones ꝯcupiſcibil᷑ nõ contrariant̃ niſi ſcḋm ꝯtrarietatẽ boni ⁊ mali. ſic amor ⁊ odium. gaudium ⁊ triſticia. ergo nec paſſiones iraſcibilis. ¶ Pre. paſſiones differũt ſcḋm obiecta. ſicut ⁊ motus ſcḋm terminos. ſed contrarietas nõ eſt in motibus niſi ſcḋm contrarietatem terminoꝝ. vt pꝫ in .v. phi. ergo neqꝫ in paſſionibus eſt contrarietas paſſionum niſi ſcḋm contrarietatẽ obiectoꝝ. obiectum autem appetitus eſt bonum vel malum. ergo nulla potentia appetitiua poteſt ẽẽ contrarietas paſſionum niſi ſcḋm contrarietatem boni ⁊ mali. ¶ Pre. omnis paſſio anime attendit̃ ſcḋm acceſſum ⁊ receſſum. vt Auicen. dicit in .vi. de naturalibus. ſed acceſſus cauſat̃ ex rõe boni. receſſus autem ex rõne mali. quia ſicut bonum eſt quod oĩa appetunt. vt d꞉ in .i. ethi. ita malum eſt quod omnia fugiunt. ergo contrarietas in paſſionibus aĩe nõ poteſt ẽẽ niſi ſcḋm bonum ⁊ malum. ¶ Sed contra. timor ⁊ audacia ſunt contraria. vt pꝫ in .iij. ethi. ſed timor ⁊ audacia non differunt ſcḋm bonum ⁊ malum. quia vtrunqꝫ eſt reſpectu aliquoꝝ maloꝝ. ergo non omnis contrarietas paſſionum iraſcibilis eſt ſcḋm contrarietatem boni ⁊ mali. ¶ Rñ. dõ. ꝙ paſſio quidem motus eſt. vt d꞉ in .iij. phi. Unde oportet contrarietatem paſſionum accipere ſcḋm cõtrarietatem motuum vel mutationum. Eſt autem duplex contrarietas in mutationibus ⁊ motibus. vt d꞉ .i. vi. phi. Una quidem ſcḋm acceſſum ⁊ receſſum ab eodem termino. que quidem contrarietas eſt proprie mutationum id eſt. generationis que eſt mutatio ad ẽẽ. ⁊ corruptionis que eſt mutatio ab ẽẽ. Alia autem ſcḋm contrarietatem terminorum qui proprie eſt contrarietas motuum. ſicut dealbatio que eſt motus a nigro in album opponitur denigrationi que eſt motus ab albo in nigrum. ¶ Sic igitur in paſſionibus anime duplex contrarietas inuenitur. Una q̇dem ſcḋm contrarietatem obiectoꝝ. ſ. boni ⁊ mali.

Alia vo ſm acceſſum ⁊ receſſum ab eodē termīo. In paſſionibꝫ quidē ꝯcupiſcibil' inuenit' p̄ma ꝯrietas tm̄ q̄ .ſ. ē ſm obiecta. In paſſionibꝫ aūt iraſcibil' inuenit' vtraq̄ʒ. cuius rō eſt. q̄ꝛ obiectū ꝯcupiſcibil'. vt ſup̄ dictū eſt. ē bonū vel malū ſenſibile abſolute. Bonū aūt in q̄ꝫtum bonū nō poteſt eē terminus vt a q̄. ſʒ ſolū vt ad quem. q̄ꝛ nihil refugit bonum in q̄ꝫtum bonum. ſʒ oīa appetūt ipm̄. Siſ'r nihil appetit malum in q̄ꝫtum hmōi. ſed omnia fugiunt ipm̄. ⁊ ꝓpter hoc malum non hʒ rōnem termini ad quem. ſed ſolum termini a quo. Sic igit' omnis paſſio concupiſcibilis reſpectu boni eſt vt in ipm̄. ſicut amor. deſiderium. ⁊ gaudium. Omnis vero paſſio reſpectu mali eſt vt ab ipa. ſicut odium. fuga. ſeu abhoiatio ⁊ triſticia. Vn̄ in paſſionibꝫ concupiſcibilis non pōt eē ꝯrietas ſm acceſſum ⁊ receſſum ab eodem obiecto. ſed obiectum iraſcibilis eſt ſenſibile bonum vel malum. nō quidem abſolute ſed ſub rōe difficultatis vel arduitatis. vt ſup̄ dictum eſt. Bonum autē arduum ſiue difficile hʒ rōnem vt in ipm̄ tendat' in q̄ꝫtum ē bonum. quod ꝑtinet ad paſſionem ſpei. ⁊ vt ab ipo recedat' in q̄ꝫtum eſt arduum ⁊ difficile. quod ꝑtinet ad paſſionem deſperationis. Siſ'r malum arduum hʒ rōnem vt vitet' in q̄ꝫtum eſt malum. ⁊ hoc ꝑtinet ad paſſionem timoris. hʒ etiā rōnem vt in ipm̄ tendat'. ſicut in quoddaʒ arduum. ꝑ quod .ſ. aliquid euadit ſubiectionem mali. ⁊ ſic tendit in ipm̄ audacia. Inuenit' ergo in paſſionibus iraſcibilis contrarietas ſm ꝯrietatem boni vel mali. ſicut inter ſpem ⁊ timorem. Et iterum ſm acceſſum ⁊ receſſum ab eodem termino. ſicut inter audaciā ⁊ timorem. Et per hoc pʒ reſponſio ad obiecta.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videt' ꝙ omnis paſſio aīe habeat aliquid ꝯriū. Omnis .n. paſſio aīe vel eſt in iraſcibili vel in concupiſcibili. ſicut ſup̄ dictū ē. ſed vtreq̄ʒ paſſiones hn̄t ꝯrietatem ſuo mō. ḡ oīs paſſio aīe hʒ ꝯriū. ¶ Pre. oīs paſſio aīe hʒ bonū vel malū ꝑ obiecto. q̄ ſunt obiecta vl'r appetitiue ptis. ſʒ paſſioni cuius obiectū eſt bonū opponit' paſſio cuius obiectū ē malum. ergo omnis paſſio hʒ contrarium. ¶ Pre. omnis paſſio aīe eſt ſm acceſſum vel ſm receſſum. vt dictum eſt. ſed cuilibet acceſſui contrariat' receſſus ⁊ econuerſo. ergo omnis paſſio anime hʒ contrarium. ¶ Sed contra. ira eſt q̄dam paſſio aīe. ſed nulla paſſio ꝯria ponit' ire. vt pʒ .i. iiij. ethi. ḡ nō omnis paſſio hʒ contrarium. ¶ Rn̄. dō. ꝙ ſingulare eſt in paſſione ire ꝙ nō pōt habere ꝯriū. neq̄ʒ ſm acceſſum. neq̄ʒ etiā ſm receſſum. neq̄ʒ ſm ꝯrietatem boni vel mali. Cauſat' .n. ira ex malo difficili iam imacente. ad cuius p̄ntiam neceſſe eſt ꝙ aut appetitus ſuccumbat. ⁊ ſic nō exit terminos triſticie que eſt paſſio ꝯcupiſcibilis. aut hʒ motum ad inuadēdum malum leſiuum. quod ꝑtinet ad iram. motum autem ad fugiendum habere nō pōt. q̄ꝛ iā malum ponit' p̄ns vel p̄teritū. ⁊ ſic motui ire nō ꝯriat' aliq̄ paſſio ſm ꝯrietatem acceſſus vel receſſus. Siſ'r nec ſm ꝯrietatem boni ⁊ mali. q̄ꝛ malo iam imacenti opponitur bonum iā adeptum qđ iam nō pōt habere rōnem ardui vel difficilis. nec poſt adeptōeʒ boni remanet aliꝰ motus. niſi quietatio appetitus in bono adepto. q̄ ꝑtinet ad gaudiū qđ ē paſſio ꝯcupiſcibil'. Vn̄ motꝰ ire nō pōt hr̄e aliquē motū aīe ꝯriū. ſʒ ſolūmō opponit' ei ceſſatio a motu. ſicut philoſophus dicit in ſua rhetorica ꝙ miteſcere opponitur ei quod eſt iraſci. quod non eſt oppoſitum contrarie. ſed negatiue vel priuatiue. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta.

## Ad quartum ſic procedit'.

Videt' ꝙ nō poſſint in aliq̄ potētia eē paſſiōes ſpē differētes ⁊ nō ꝯrie ad inuicē. paſſiones .n. aīe differūt ſm obiecta. obiecta aūt paſſionū aīe ſunt bonū ⁊ malū. ſm q̄ꝫ dr̄iaʒ paſſiones hn̄t ꝯrietatē. ḡ nulle paſſiones eiuſdē potentie nō hn̄tes ꝯrietatē ad inuicē differūt ſpē. ¶ Pre. dr̄ia ſpēi ē dr̄ia ſm formā. ſʒ oīs dr̄ia ſm formā ē ſm aliquā ꝯrietatē. vt dꝛ in .x. metaphi. ḡ paſſiones eiuſdē potētie q̄ nō ſunt ꝯrie n̄ differūt ſpē. ¶ Pre. cū oīs paſſio aīe ꝯſiſtat in acceſſu vel receſſu ad bonū vel ad malum. neceſſe videt' ꝙ oīs dr̄ia paſſionū aīe ſit vel ſm dr̄iaʒ boni vel mali. vl' ſm dr̄iaʒ acceſſus vel receſſus. vel ſm maiorē vel minorē acceſſum vel receſſum. ſʒ prime due dr̄ie inducūt ꝯrietatē ī paſſionibꝫ aīe vt dictū ē. tertia aūt dr̄ia n̄ diuerſificat ſpēʒ q̄ꝛ ſic eēnt infinite ſpēs paſſionū aīe. ḡ nō pōt eē ꝙ paſſiones eiuſdē potētie aīe differūt ſpē ⁊ nō ſint contrarie. ¶ Sʒ cōtra. amor ⁊ gaudiū differūt ſpē ⁊ ſunt in ꝯcupiſcibili. nec tn̄ contrariant' ad inuicē quin potius vnū ē cā alterius. ḡ ſunt aliq̄ paſſiones eiuſdē potētie q̄ n̄ differunt ſpē. nec ſunt contrarie. ¶ Rn̄. dō. ꝙ paſſiones differūt ſʒ actiua q̄ ſunt obiecta paſſionū aīe. Differētia aūt actiuoꝝ pōt attēdi dupl'r. Vno mō ſm ſpēʒ vel naturā ipoꝝ actiuoꝝ. ſic ignis differt ab aq̄. Alio mō ſm diuerſam ꝟtutē actiuā. diuerſitas aūt actiui vel motiui q̄ꝫtū ad ꝟtutē mouēdi pōt accipi in paſſionibꝫ aīe ſm ſilitudinē agētium naturaliū. Oē .n. mouēs trahit q̄dāmō ad ſe patiēs. vel a ſe repellit. Trahendo q̄dē ad ſe tria facit in ipo. Nā primo q̄dē dat ei inclinatōeʒ vel aptitudinē vt in ipm̄ tēdat ſicut cū corpus leue qđ ē ſurſum dat leuitatē corpi generato ꝑ quā hʒ inclinatōeʒ vel aptitudinē ad hoc ꝙ ſit ſurſuʒ. Scđo ſi corpꝰ generatū ē extra locū ꝓpriū dat ei moueri ad locū. Tertio dat ei q̄ſcere in locū cū ꝑuenerit. q̄ꝛ ex eadē cā aliq̄d q̄ſcit in loco ꝑ quā mouebat' ad locū. ⁊ ſiſ'r intelligēdū ē de cā repulſionis. In motibꝫ aūt appetitiue ptis bonū hʒ q̄ſi ꝟtutē attractiuā. malū aūt ꝟtutē repulſiuā. Bonū ergo primo mō in potentia appetiua cāt quandā inclinationem ſeu aptitudinem ſeu connaturalitatem ad bonum quod ꝑtinet ad paſſionem amoris. cui ꝑ contrarium rn̄det odium ex pte mali. Scđo ſi bonum ſit nondum habitum dat ei motum ad aſſequēdum bonū amatum. ⁊ hoc ꝑtinet ad paſſionem deſiderij vel concupiſcentie. ⁊ ex oppoſito ex pte mali eſt fuga vel abominatio. Tertio cum adeptum fuerit bonum dat appetitui quietationem quandam in ipo bono adepto. ⁊ hoc ꝑtinet ad delectationem vel gaudium. cui opponit' ex pte mali dolor vel triſticia. In paſſionibus autem iraſcibilis p̄ſupponitur quidem aptitudo vel inclinatio ad proſequendum bonum vel fugiendum malum ex concupiſcibili que abſolute reſpicit bonum vel malum. ⁊ reſpectu boni nondum adepti eſt ſpes ⁊ deſperatio. reſpectu autem mali nondum iniacentis eſt timor ⁊ audacia. reſpectu autem boni adepti non eſt aliqua paſſio in iraſcibili. quia iam non habet rationem ardui. vt ſupra dictum eſt. ſed ex malo iam iniacenti ſequitur paſſio ire. Sic igitur patet ꝙ in concupiſcibili ſunt tres coniugationes paſſionum. ſ. amor ⁊ odium. deſiderium ⁊ fuga. gaudium ⁊ triſticia. Similiter in iraſcibili ſunt tres. ſcilicet ſpes ⁊ deſperatio. timor ⁊ audacia ⁊ ira cui nulla paſſio opponitur. Sunt ergo omnes paſſiones ſpecie differentes vndecim. ſex quidem in concupiſcibili. ⁊ quinq̄ʒ in iraſcibili. ſub quibus omnes aīe paſſiones ꝯtinent'. Et ꝑ hoc pʒ rn̄ſio ad obiecta.

¶ Queſtio.XXIIII.

# DEinde ꝯſiderandū

eſt de bono ⁊ malo circa paſſiones aĩe. Et cir-
ca hoc ꝙrunt̃ quattuor. Primo vtꝝ bonū ⁊ ma
lū morale poſſit in paſſiõibus aĩe īuenire. Scḋo vtꝝ oĩs
paſſio aĩe ſit mala moraliter. Tertio vtꝝ oĩs paſſio addat
vel diminuat ad bonitatem vel maliciam actus. Quarto
vtꝝ aliq̄ paſſio ſit bona vel mala ex ſua ſpē.

## Ad primū ſic proceditur

Videt̃ ꝙ nulla paſſio aĩe ſit bona vel mala moralit̃. Bo
nū.n. ⁊ malū morale eſt ꝓpriū hoĩs. mores.n ꝓprie dicunt̃
hūani. vt Ambro. dicit ſup Lu. ſꝫ paſſiones nõ ſunt ꝓprie
hoĩum. ſꝫ ſunt etiã alijs aĩalibus cões. ergo nulla paſſio
aĩe eſt bona vel mala moraliter. ¶ Pre. bonū vel malū
hoĩs eſt ſm rõnem eē. vel pter rõnem eē. vt Diony. dicit
iiij.c. de di.no. ſꝫ paſſiones aĩe nõ ſunt in rõe ſed in appeti
tu ſenſitiuo. vt ſup dictum eſt. ergo nõ ptinet ad bonum
vel malum hoĩs quod eſt bonum morale. ¶ Pre. phs di
cit in.ij.ethi. ꝙ paſſionibus neqꝫ laudamur neqꝫ vitupa-
mur. ſed ſm bona ⁊ mala moralia laudamur vel vitupa-
mur. ergo paſſiones nõ ſunt bone vel male moraliter. ¶
Sed contra eſt quod Aug⁹. dicit in.xiiij. de ci. dei. de paſ-
ſionibus aĩe loquēs. Mala ſunt iſta ſi malus eſt amor. bo
na ſi bonus. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ paſſiones aĩe dupr̃ pñt ꝯſide
rari. vno mõ ſm ſe. alio mõ ſm ꝙ ſubiacent impio rõnis
⁊ voluntatis. Si igitur ſm ſe ꝯſiderent̃. put.ſ. ſunt mo
tus quidam irrationalis appetitus. ſic non eſt in eis bonū
vel malū morale qḋ dependet a rõe. vt ſup dictū eſt. Si
aūt ꝯſiderent̃ ſm ꝙ ſubiacēt impio rõis ⁊ voluntatis ſic
eſt in eis bonū vel malū morale. ꝓpinquior.n. ē appetitus
ſenſitiuus ipi rõi ⁊ voluntati ꝙ̄ membra exteriora. ꝗꝛ tñ
motus ⁊ actus. ſunt boni vel mali moralit̃ ſm ꝙ ſunt vo
luntarij. vñ multo magis ⁊ ipe paſſiones ſm ꝙ ſunt vo-
luntarie pñt dici bone vel male moraliter. Dicunt̃ aūt vo
luntarie vel ex eo ꝙ a voluntate impant̃. vel ex eo ꝙ a vo
luntate nõ ꝓhibent̃. ¶ Ad.i. ergo dḋ. ꝙ iſte paſſiões ſm
ſe ꝯſiderate ſunt cões hoĩbus ⁊ aĩalibus alijs. ſed ſm ꝙ a
rõe impant̃ ſunt ꝓprie hoĩbus. ¶ Ad.ij. dḋ. ꝙ etiã inferio
res vires appetitiue dicunt̃ rõnales ſm ꝙ pticipãt aliq̄li
ter rõnem. vt dr̃ in.i.ethi. ¶ Ad.iij. dḋ. ꝙ phs dicit ꝙ nõ
laudamur aut vituꝑamur ſm paſſiones abſolute ꝯſide-
ratas. ſꝫ nõ remouet quin poſſint fieri laudabiles vel vi-
tuꝑabiles ſm ꝙ a rõe ordinant̃. Vñ ſubdit. Non.n. lau-
dat̃ aut vitupat̃ qui timet aut iraſcit̃. ſed qui aliqualiter
i. ſm rõnem vel pter rõnem.

## Ad ſcḋm ſic proceditur.

Videt̃ ꝙ oẽs paſſiones aĩe ſint male moralit̃. Dicit.n. Au
guſt.ix. de ci. dei. ꝙ paſſiones aĩe qdã vocãt morbos vel ꝑ
turbatões aĩe. ſꝫ oĩs morbus vel ꝑturbatio aĩe ē aliqḋ ma-
lū moralit̃. ergo oĩs paſſio aĩe moraliter mala ē. ¶ Pre.
Damaſ. dicit ꝙ opatio qdē q̄ ſm naturã mot⁹ ē. paſſio vo
q̄ pter naturã. ſꝫ qḋ ē pter naturã in motibus aĩe hꝫ rõnem
pctī ⁊ mali moral̃. vñ ipe alibi dicit ꝙ dyabol⁹ verſus eſt ex
eo qḋ ē ſm naturã in id qḋ ē pter naturã. g⁰ hmõi paſſio-
nes ſunt male moralit̃. ¶ Pre. oẽ qḋ inducit ad pctm̄ hꝫ
rõnē mali. ſꝫ hmõi paſſiones inducunt ad pctm̄. vñ Ro.
vij. dicunt̃ paſſiones pctõꝝ. g⁰ videt̃ ꝙ ſint male morali
ter. ¶ Sꝫ ꝯ ē qḋ Aug⁹. dicit in.xiiij. de tri. ꝙ rectus amor
oẽs iſtas affectões rectas hꝫ. metuūt.n. peccare. cupiūt ꝑ-
ſeuerare. dolēt in pctīs. gaudēt in opibus bonis. ¶ Rñ. dḋ.
ꝙ circa hãc qõnē diuerſa fuit ſnĩa ſtoicoꝝ ⁊ ꝑipatericoꝝ.
Nã ſtoici dixerūt oẽs paſſiones eē malas. ꝑipaterici vo
dixerūt paſſiões moderatas eē bonas. q̄ qdē dria lꝫ magna
videat̃ ſm vocē. tñ ſm rē vel nulla ē vel ꝑua ſi qs vtroꝝqꝫ
intētões ꝯſideret. Stoici.n. ñ diſcernebãt int̃ ſenſum ⁊ in
tellectū. ⁊ ꝑ ꝯñs nec int̃ intellectū appetitiuū ⁊ ſenſitiuū.
vñ nec diſcernebãt paſſiões aĩe a motibus volūtatꝭ ſm hoc
ꝙ paſſiones aĩe ſunt in appetitu ſenſitiuo. ſimplices aūt mo
tus volūtatꝭ ſunt in intellectiuo. ſꝫ oēz rõnabilē motū appe
titiue ꝑtis vocabãt volūtatē. paſſiões aūt dicebãt motū ꝓ-
gredietē extra limites rõis. Et iõ eoꝝ ſnĩaꝫ ſequēs Tulli⁹
in.iij. li. de tuſculanis qõnibus. oẽs paſſiones vocat aĩe mor
bos. ex q̄ argumētat̃ ꝙ q̄ morboſi ſunt ſani ñ ſunt. ⁊ q̄ ſa-
ni nõ ſunt inſipiētes ſunt. vñ ⁊ īſipiētes īſanos dicimus.
Peripaterici vo oẽs mot⁹ appetit⁹ ſenſitiui paſſiões vocãt
vñ eas bonos eſtimãt cū ſunt a rõe moderate. malas aūt
cū ſint pter moderatõez rõis. ex q̄ pꝫ ꝙ Tulli⁹ in eodē li.
ꝑipateticoꝝ ſnĩaꝫ q̄ approbabãt mediocritatē paſſionū ī
ꝯuenienter iprobat. dicēs ꝙ oē malū etiã mediocre vitan
dū ē. nã ſic corp⁹ etiã mediocrit̃ egꝝ ſanū nõ ē. ſic iſta me-
diocritas morboꝝ vl̃ paſſionū aĩe ſana nõ ē. Nõ.n. paſſio
nes dicunt̃ morbi vl̃ ꝑturbatões aĩe. niſi cū carēt mode-
ratõe rõis. Vñ pꝫ ſolutio ad.i. ¶ Ad.ij. dḋ. ꝙ in oĩ paſſiõe
aĩe addit̃ aliqḋ vl̃ diminuit̃ a naturali motu cordis inqꝫ
tū cor inteſi⁹ vel remiſſi⁹ mouet̃. ſm ſyſtolē aut dyaſtolē.
⁊ ſm hoc hꝫ paſſionis rõnē. tñ nõ oportet ꝙ paſſio ſꝑ de-
clinet ab ordine naturalꝭ rõnis. ¶ Ad.iij. dḋ. ꝙ paſſiones
aĩe inqꝫtū ſunt pter ordinē rõis inclinãt ad pctm̄. inqꝫtuꝫ
aūt ſunt ordinate a rõe ptinēt ad vtutem.

## Ad tertium ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ paſſio q̄cunqꝫ ſꝑ diminuat de bonitate act⁹ mo
ralis. Omne.n. quod impedit iudicium rationis ex q̄ de-
pendet bonitas actus moralis diminuit per conſequens
bonitatem actus moralis. ſed omnis paſſio impedit iudi
cium rationis. Dicit.n. Saluſtius in catilinario. Om-
nes homines qui de rebus dubijs conſultant ab odio. ira
⁊ amicitia atqꝫ miſericordia vacuos eſſe decet. ergo om-
nis paſſio diminuit bonitatem moralis actus. ¶ Pre.
actus hominis quantum eſt deo ſimilior tantum eſt me-
lior. vnde dicit apoſtolus Ephe.v. Eſtote imitatores dei
ſicut filij chariſſimi. ſed deus ⁊ ſancti angeli puniunt ſine
ira. ſine miſerie compaſſione ſubueniunt. vt Auguſti. di
cit in.ix. de ciui. dei. ergo eſt melius huiuſmodi opera age
re ſine paſſione anime ꝙ̄ cum paſſione. ¶ Pre. ſicut
malum morale attenditur per ordinem ad rationem. ita ⁊
bonum morale ſed malum morale diminuitur per paſſio
nem. minus enim peccat qui peccat ex paſſione ꝙ̄ qui pec
cat ex induſtria. ergo minus bonum operatur qui opera-
tur ſine paſſione ꝙ̄ qui operatur cum paſſione. ¶ Sed
contra eſt quod Auguſti. dicit.ix. de ciui. dei. ꝙ paſſio mi-
ſericordie rationi deſeruit quãdo ita prebet̃ miſericordia
vt iuſticia conſeruetur. ſiue cum indigenti tribuitur. ſiue
cum ignoſcitur penitenti. ſed nihil quod deſeruit rationi
diminuit bonum morale. ergo paſſio anime non diminu
it bonum moris. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſtoici ſicut pone-
bant omnem paſſionem anime eſſe malam. ita ponebant
conſequenter omnem paſſionem anime diminuere actus
bonitatem. omne.n. bonum ex ꝑmixtione mali vl̃ totalit̃
tollit̃. vl̃ fit min⁹ bonū. ⁊ hoc qdē verū ē ſi dicam⁹ paſſionē
aĩe ſolū inordinatos mot⁹ ſenſitiui appetit⁹. put ſunt ꝑe-

turbationes ſiue egritudines. ſed ſi paſſiones ſimpliciter
noiemus oēs motꝰ appetitꝰ ſenſiui. ſic ad pfectōeꝫ hūani
boni ptinet ꝙ etiam ipe paſſiones ſint moderate p rōneꝫ
cum.n. bonū hoīs ꝯſiſtat in rōe ſic in radice. tāto iſtud bo
nū erit pfectius qȝto ad plura q̄ hoī ꝯueniūt deriuari pōt
vn̄ nullus dubitat quin ad pfectōeꝫ moral' boī ptineat ꝙ
actus exterioꝝ mēbroꝝ p rōis regulā dirigant. vn̄ cū ap
petitus ſenſitiuus poſſit obedire rōi. vt ſup dictū ē. ad p
fectionē moral' ſiue hūani boni ptinet ꝙ etiā ipe paſſiōes
aīe ſint regulate p rōnē. Sic igit melius ē ꝙ hō ⁊ velit
bonū ⁊ faciat exteriori actu. ita etiā ad pfectionē boni mo
ralis ptinet ꝙ hō ad bonū moueat. nō ſolū ſm volunta
tē ſȝ etiā ſm appetitū ſenſitiuū. ſm illđ qđ in ps. dr. Cor
meū ⁊ caro mea exultauerūt in deū viuū. vt cor accipiamꝰ
p appetitu intellectiuo. carnē aūt p appetitu ſenſitiuo.
Ad .i. ergo dđ. ꝙ paſſiones aīe dupl'r ſe pñt hre ad iudici
um rōis. Uno mō añcedenter. ⁊ ſic cū obnubilēt iudiciū
rōis ex q̄ dependet bonitas moralis actus. diminuūt actꝰ
bonitatē. laudabilius.n. ē ꝙ ex iudicio rōis aliquis faciat
opus charitatis qȝ ex ſola paſſione miſericordie. Alio mō
ſe hñt ꝯñter. ⁊ hoc dupl'r. Uno mō p modū redūdātie. qꝛ
ſ. cū ſupior ps aīe intēſe mouet in aliqđ. ſequit motū eꝰ
etiā ps inferior. ⁊ ſic paſſio exñs ꝯñter in appetitu ſenſiti
uo eſt ſignū intēſionis volūtatis. ⁊ ſic indicat bonitatem
moralē maiorē. Alio mō p modū electōis. qñ. ſ. hō ex iu
dicio rōis eligit affici aliq̄ paſſione vt pmptius opet coo
perāte appetitu ſenſitiuo. ⁊ ſic paſſio aīe addit ad bonitatē
actionis. Ad .ij. dđ. ꝙ in deo ⁊ in angel' nō eſt appetitus
ſenſitiuus neqȝ etiā mēbra corpea ⁊ ideo bonū in eis nō
attendit ſm ordinationē paſſionū aut corporeoꝝ actuū ſic
in nobis. Ad .iij. dđ. ꝙ paſſio tendēs in malū pcedens
iudiciū rōis diminuit pctm̄. ſed ꝯñs aliq̄ pdictoꝝ modoꝝ
auget ipm̄ vel ſignat augmentū eius.

## Ad quartum ſic procedit.

Videt ꝙ nulla paſſio aīe ſm ſpēm ſuā ſit bona vel mala
moraliter. Bonū.n. ⁊ malū morale attēdit ſm rōneꝫ. ſed
paſſiones ſunt in appetitu ſenſitiuo. ⁊ ita id qđ ē ſm rōeꝫ
accidit eis. cū ergo nihil ē qđ p accidēs ptineat ad ſpecieꝫ
rei. videt ꝙ nulla paſſio ſm ſuā ſpēꝫ ſit bona vel mala.
Pre. actus ⁊ paſſiones hñt ſpēm ex obiecto. ſi ergo aliq̄
paſſio ſm aliquā ſuā ſpēꝫ eēt bona vel mala. oporteret ꝙ
paſſiones quaꝝ obiectum eſt bonum. bone eſſent ſm ſu
am ſpeciem. vt amor. deſiderium ⁊ gaudium. ⁊ paſſiones
qȝꝝ obiectū eſt malum eſſent male ſm ſuā ſpēꝫ. vt odiū. ti
mor. ⁊ triſticia. ſȝ hoc pȝ eſſe falſum. non ergo aliq̄ paſſio ē
bona vel mala ex ſua ſpē. Pre. nulla ſpēs paſſionū eſt
q̄ nō inueniat in alijs aīalibus. ſȝ bonū morale nō inue
nit niſi in hoīe. ergo nl'a paſſio aīe bona ē vel mala ex ſua
ſpē. Sed cōtra eſt qđ Augꝰ. dicit .ix. de ci. dei. ꝙ miſeri
cordia ptinet ad ꝟtutē. Phs etiā dic̄ in .ij. ethi. ꝙ verecū
dia ē paſſio laudabil'. ergo aliq̄ paſſiones ſunt bone vl' ma
le ſm ſuā ſpēꝫ. Rñ. dđ. ꝙ ſic de actibꝫ dictū ē. ita ⁊ de
paſſionibꝫ dđ. videt. ꝙ. ſ. ſpēs actꝰ vel paſſionis dupl'r ꝯſi
derari pōt. Uno mō ſm ꝙ ē in genere nature. ⁊ ſic bonū
vel malū morale nō ptinet ad ſpēꝫ actꝰ vel paſſiōis. Alio
mō ſm ꝙ ptinēt ad genus moris. put. ſ. pticipāt aliqđ de
volūtario ⁊ iudicio rōis. ⁊ hoc mō bonū ⁊ maluꝫ morale
pñt ptinere ad ſpēꝫ paſſionis. ſm ꝙ accipiunt vt obiectū
paſſionis. qñ. ſ. importāt aliqđ de ſe ꝯueniēs rōi vel diſſo
nū a rōe. ſic pȝ de verecūdia q̄ eſt tīor turpis. ⁊ de inuidia
q̄ eſt triſticia de bono alterius. ſic.n. ptinēt ad ſpēꝫ exterio
ris actus. Ad .i. ergo dđ. ꝙ rō illa pcedit de paſſionibꝫ
ſm ꝙ ptinent ad ſpēꝫ nature. put. ſ. appetitus ſenſitiuus
in ſe ꝯſideraṫ. ſm vō ꝙ appetitus ſenſitiuus obedit rōni
iā bonū ⁊ malū rōis nō eſt ex paſſionibꝫ eius p accñs ſed
p ſe. Ad .ij. dđ. ꝙ paſſiones q̄ in bonū tendūt ſi ſit verū
bonū, ſunt bone. ⁊ ſilr̄ q̄ a vō malo recedūt. ecōuerſo vero
paſſiones q̄ ſunt p receſſum a bono ⁊ p acceſſum ad ma
lū ſunt male. Ad .iij. dđ. ꝙ in brutis aīalibꝫ appetitus
ſenſitiuus nō obedit rōi. ⁊ tñ inqȝtum ducit q̄dā eſtimati
ua naturali q̄ ſubijcit rōi ſupiori. ſ. diuīe eſt ī eis q̄dā ſili
tudo moral' boni qȝtū ad aīe paſſiones. Qō. XXV.

## Deinde ꝯſiderādum

eſt de ordine paſſionum ad inuicem. Et cir
ca hoc q̄runt q̄tuor. Primo de ordine paſſio
nū iraſcibil' ad paſſiones ꝯcupiſcibil'. Scđo de ordīe paſ
ſionū ꝯcupiſcibil' ad inuicem. Tertio de ordine paſſionuꝫ
iraſcibilis ad inuicem. Quarto de quattuor principalibꝫ
paſſionibus.

## Ad primū ſic proceditur

Videt ꝙ paſſiones iraſcibil' ſint priores paſſionibꝫ ꝯcu
piſcibil'. Ordo.n. paſſionū eſt ſm ordinem obiectoꝝ. ſed
obiectum iraſcibil' eſt bonum arduū. qđ videt eſſe ſupre
mum inter alia bona. ergo paſſiones iraſcibil' videnṫ p̄eſ
ſe paſſionibꝫ ꝯcupiſcibil'. Pre. mouens eſt priꝰ moto.
ſȝ iraſcibilis compaṫ ad ꝯcupiſcibilem ſic mouens ad mo
tum. ad hoc.n. daṫ aīalibꝫ vt tollant impedimenta quibꝫ
concupiſcibilis phibeṫ frui ſuo obiecto. vt ſup dictū eſt.
Remouens aūt phibens hȝ rōnem mouentis. vt dr̄ ſi. viij
phi. ergo paſſiones iraſcibilis ſunt priores paſſionibꝫ cō
cupiſcibilis. Pre. gaudium ⁊ triſticia ſunt paſſiones
concupiſcibilis. ſed gaudium ⁊ triſticia conſequuntur ad
paſſiones iraſcibilis. Dicit.n. phs in .iiij. ethi. ꝙ puni
tio quietat impetum ire delectationem loco triſticie faci
ens. ergo paſſiones concupiſcibilis ſunt poſteriores paſ
ſionibus iraſcibilis. Sed contra. paſſiones concupiſci
bilis reſpiciunt bonum abſolutum. paſſiones iraſcibilis
reſpiciunt bonum contractum. ſ. arduum. cum igitur bo
num ſimpliciter ſit prius qȝ bonum contractum. vide
tur ꝙ paſſiones concupiſcibilis ad plura ſe habent qȝ paſ
ſiones iraſcibilis. Rñ. dicendum ꝙ paſſiones concu
piſcibilis ad plura ſe habent qȝ paſſiones iraſcibilis. Nā
in paſſionibus concupiſcibilis inuenitur aliquid perti
nens ad motum. ſicut deſiderium. ⁊ aliquid pertinens ad
quietem. ſicut gaudium ⁊ triſticia. ſed in paſſionibus ira
ſcibilis non inuenitur aliquid pertinens ad quietem. ſed
ſolum pertinens ad motum. cuius ratio ē. quia id in quo
iam quieſcitur non habet rationem difficilis ſeu ardui.
quod eſt obiectum iraſcibilis. quies autem cum ſit finis
motus eſt prior in intentione. ſed poſterior in executione.
Si ergo comparentur paſſiones iraſcibilis ad paſſiones
concupiſcibilis que ſignificant quietem in bono. manife
ſte paſſiones iraſcibilis precedunt ordine executionis hu
iuſmodi paſſiones concupiſcibilis. ſicut ſpes pcedit gau
dium. vnde cauſat ipſum. ſm illud Apoſtoli Roma. xij.
Spe gaudentes. Sed paſſio concupiſcibilis importans
quietem in malo ſcilicet triſticia. media eſt inter duas paſ
ſiones iraſcibilis. ſequitur enim timorem. cum enim oc
currerit malum quod timebatur cauſatur triſticia. prece
dit autem motum ire. quia cū ex triſticia pcedēte aliqs in
ſurgit in vindictā. hoc ptiet ad motuꝫ ire. Et qꝛ rependere

vicē mal' cōphēdiť vt bonū. cū iratus hoc ꝯſecut⁹ fue-
rit gaudet. ⁊ ſic manifeſtū ē ꝙ oīs paſſio iraſcibil' termia-
tur ad paſſionē ꝯcupiſcibil' ꝑtinentē ad ꝗetē. ſ. vel ad gau
diū. vel ad triſticiā. ſ; ſi ꝯpenē paſſiones iraſcibil' ad paſſi
ones ꝯcupiſcibil' q̄ impoꝛtāt motū. ſic manifeſte paſſiōes
ꝯcupiſcibil' ſunt pꝛioꝛes. eo ꝙ paſſiones iraſcibil' addunt
ſup̄ paſſiones ꝯcupiſcibil'. ſicͭ ⁊ obm iraſcibil' addit ſup̄
obiectū concupiſcibil' arduitatē ſiue difficultatē. ſpes. n.
ſup̄ deſideriū addit quendā conatū ⁊ quandā eleuatōnē;
aī ad ꝯſequēdū bonū arduū. ⁊ ſilr̄ tiōꝛ addit ſup̄ fugā ſeu
aboīatōē; quandā de ꝑſſionē aī, ꝓpter difficultatem mali.
Sic ergo paſſiones iraſcibil' medie ſunt inter paſſiones
concupiſcibil' q̄ impoꝛtant motū in bonū vel in malum. ⁊
inter paſſiones concupiſcibil' q̄ impoꝛtāt quietē in bono
vel malo. Et ſic p; ꝙ paſſiones iraſcibil' ⁊ principiū hn̄t a
paſſionib; concupiſcibil'. ⁊ in paſſionib; concupiſcibil' ter
minanť. Ad. i. ergo dō. ꝙ rō illa ꝓcederet ſi de rōe obie
cti cōcupiſcibilis eſſet aliquid oppoſitū arduo. ſicͭ de rōne
obiecti iraſcibil' ē ꝙ ſit arduū. ſ; qꝛ obiectū concupiſcibil'
eſt bonū abſolute. pꝛius naturaliter ē ꝙ̄ obiectū iraſcibil'
ſicͭ cōe ꝓpꝛio. Ad. ij. dō. ꝙ remouēs ꝓhibens nō eſt mo
uēs ꝑ ſe. ſ; ꝑ acciñs. nūc aūt loquimur de oꝛdine paſſionū
ꝑ ſe. Et p̄terea iraſcibil' remouet ꝓhibens quietē concupi-
ſcibil' in ſuo obiecto. vñ ex hoc nō ſequiť niſi ꝙ paſſiones
iraſcibilis p̄cedūt paſſiones concupiſcibilis ad quietē ꝑti
nētes de quibus etiā tertia rō ꝓcedit.

## Ad ſcđm ſic pꝛoceditur.

Videť ꝙ amoꝛ nō ſit pꝛima paſſionum cōcupiſcibil'. Vis
eñ concupiſcibilis a ꝯcupia denoīať. q̄ ē eadem paſſio cu;
deſiderio. ſed denoīatio fit a potioꝛi. vt dꝛ in. ij. de aīa. ergo
ꝯcupia ē potioꝛ amoꝛe. Pꝛe amoꝛ vnionē quādam im-
poꝛtat. eſt. n. vis vnitiua ⁊ concretiua. vt Diony. dicͭ. iiij. c.
de di. no. ſ; ꝯcupia vel deſideriū ē motus ad vnionē rei cō
cupite vel deſiderate. ḡ ꝯcupia ē pꝛioꝛ amoꝛe. Pꝛe. cā ē
pꝛioꝛ effectu. ſ; delectatio eſt qñ; cā amoꝛis. qdam. n. ꝓpť
delectatiōnē amāt. vt dꝛ in. viij. ethi. ergo delectatio ē pꝛi-
oꝛ amoꝛe. nō ergo pꝛima inter paſſiones concupiſcibilis ē
amoꝛ. Sꝫ ꝯ eſt qđ Aug. dicͭ in. xiiij. de ci. dei. ꝙ oēs paſ
ſiones ex amoꝛe cauſanť. amoꝛ. n. inhiās hr̄e qđ amať cu-
piditas ē. id aūt hn̄s. eoꝗ; fruēs leticia ē. amoꝛ ergo ē pꝛi-
ma paſſionū concupiſcibilis. Rñ. dō. ꝙ obiecta concu
piſcibilis ſunt bonū ⁊ malū. naturaliter aūt ē pꝛius bo-
nū malo eo ꝙ malū ē pꝛiuatio boni. vñ ⁊ oēs paſſiones q̄
rum obiectū ē bonū naturaliter ſunt pꝛioꝛes paſſionibus
quaꝝ obiectū eſt malū. vnaq̄q;. ſ. ſua paſſione oppoſita. qꝛ
eñ bonū q̄riť ideo refutať oppoſitū malū. bonū aūt h; rō
nem finis. qui q̄dem ē pꝛioꝛ in intentōe. ſ; ē poſterioꝛ i exe
cutione. Pōt ergo oꝛdo paſſionū concupiſcibil' attendi vel
ſ̄m intentionē. vel ſ̄m conſecutōē;. ſ̄m q̄dem conſecutio
nem illud ē pꝛius qđ pꝛimo fit in eo qđ tēdit ad finē. ma-
nifeſtū eſt aūt ꝙ oē qđ tēdit ad finē aliquē. pꝛimo q̄dē h;
aptitudinē ſeu ꝓpoꝛtionē ad finē. nihil. n. tēdit in finē nō
ꝓpoꝛtionatū ſcđo mō ad finē. tertio quieſcit in fine p⁹ ei⁹
conſecutōē;. ipa aūt aptitudo ſiue ꝓpoꝛtio appetitus ad bo
nū ē amoꝛ. qui nihil aliud eſt ꝙ̄ complacētia boni. motus
aūt ad bonū eſt deſideriū vel ꝯcupia. quies aūt in bono ē
gaudiū vel delectatio. ⁊ iō ſ̄m hūc oꝛdinē amoꝛ p̄cedit deſi
deriū. ⁊ deſideriū p̄cedit delectatōē;. ſ; ſ̄m oꝛdinē intētio-
nis ē ecōuerſo. nā delectatio intēta cāt deſideriū ⁊ amoꝛē.
delectatio. n. ē fruitio boni. q̄ q̄dāmō ē finis ſicͭ ⁊ ipm bo-
nū. vt ſup̄ dictū ē. Ad. i. ḡ dō. ꝙ hoc mō noīať aliquid
ſ̄m ꝙ nobis innoteſcit. voces. n. ſunt ſigna intellectuum
ſ̄m pħm. nos aūt vt plurimū ꝑ effectū cognoſcim⁹ cāꝫ.
effectus aūt amoꝛis qñ q̄dē habeť ipm amatū. ē delectatio
qñ do nō habeť. ē deſideriū vel ꝯcupia. vt aūt Aug⁹. dicͭ in
x. de tri. Amoꝛ magis ſentiť cū eū ꝓdit indigētia. Vñ int
oēs paſſiones concupiſcibil' magis ē ſenſibil' concupia. ⁊
ꝓpter hoc ab ea denoīať. potētia. Ad. ij. dō. ꝙ duplex eſt
vnio amati ad amātem. Vna q̄dē realis ſ̄m coniunctōē;
ad rem ipam. ⁊ talis vnio ꝑtinet ad gaudium vel delecta
tionem que ſequiť deſiderium. Alia aūt eſt vnio affectiua
ſ̄m. ſ. ꝙ aliquid h; aptitudinem vel ꝓpoꝛtionem. put. ſ.
ex hoc ꝙ aliquid h; aptitudinem ad alterum ⁊ inclinatio
nem iam ꝑticipat aliquid eius. ⁊ ſic amoꝛ vnionem impoꝛ
tat. que quidem vnio p̄cedit motum deſiderij. Ad. iij.
dō. ꝙ delectatio cāt amoꝛē ſ̄m ꝙ ē pꝛioꝛ in intentione

## Ad tertium ſic pꝛocediť

Videtur ꝙ ſpes non ſit pꝛima inter paſſiones iraſcibilis.
Vis enim iraſcibilis ab ira denominatur. cum ergo de-
nominatio fiat a potioꝛi videtur ꝙ ira ſit potioꝛ ⁊ pꝛioꝛ ꝙ̄
ſpes. Pꝛe. arduum eſt obiectū iraſcibilis. ſ; magis vi-
deť eſſe arduum ꝙ aliquis conet ſupare malū ꝯriū qđ i-
minet vt futuꝝ qđ ꝑtinet ad audaciā. vel qđ iniacet iā vt
pñs qđ ꝑtinet ad irā. ꝙ̄ ꝙ conet̄ acq̄rere ſimplr̄ aliqđ bo-
nū. ⁊ ſilr̄ magis videť eſſe arduū qđ conet̄ vincere malū
pñs ꝙ̄ malū futuꝝ. ergo ira videť eē potioꝛ paſſio ꝙ̄ auda
cia. ⁊ audacia ꝙ̄ ſpes. ⁊ ſic ſpes nō videť eē pꝛioꝛ. Pꝛe.
pꝛius occurrit in motu ad finē receſſus a termīo ꝙ̄ acceſ-
ſus ad terminū. ſ; tiōꝛ ⁊ deſperatio impoꝛtant receſſu; ab
aliq̄. audacia aūt ⁊ ſpes impoꝛtāt acceſſum ad aliq̄d. ergo
tiōꝛ ⁊ deſperatio ꝓcedūt ſpem ⁊ audaciā. Sꝫ ꝯ. ꝙ̄to ali
quid ē ꝓpinqui⁹ pꝛimo tāto ē pꝛi⁹. ſ; ſpes ē ꝓpinq̄oꝛ amo-
ri qui eſt pꝛima paſſionum. ergo ſpes eſt pꝛioꝛ inter omēs
paſſiones iraſcibilis. Rñ. dō. ꝙ ſicut iam dictum eſt
oēs paſſiones iraſcibilis impoꝛtāt motum in aliquid. mo
tus aūt in aliquid iraſcibili pōt cāri ex duob;. Vno mō ex
ſola aptitudine ſeu ꝓpoꝛtōe ad finē. q̄ ꝑtinet ad amoꝛem
vel odium. Alio mō ex pñtia ipius boni vel mali. q̄ ꝑti-
net ad triſticiam vel gaudium. ⁊ q̄dem ex pñtia boni nō
cauſať aliq̄ paſſio in iraſcibili vt dictū ē. ſ; ex pñtia mali cā
tur paſſio ire. qꝛ igiť in via generatōis ſeu conſecutōnis ꝓ
poꝛtio vel aptitudo ad finē p̄cedit cōſecutionē finis. inde
ē ꝙ ira inter oēs paſſiones iraſcibil' ē vltīa oꝛdine genera
tionis. inter alias aūt paſſiones iraſcibilis que impoꝛtant
motum conſequētem amoꝛem vel odium boni vel mali.
opoꝛtet ꝙ paſſiones quaꝝ obiectum eſt bonum. ſ. ſpes ⁊
deſperatio. ſint naturaliter pꝛioꝛes paſſionibus q̄ꝝ obiec-
tum eſt malū. ſ. audacia ⁊ tiōꝛe. ita tñ ꝙ ſpes eſt pꝛioꝛ de-
ſperatōe. qꝛ ſpes eſt motus in bonū ſ̄m rōnē boni quod d̄
ſua rōe eſt attractiū. ⁊ iō eſt motus in bonū ꝑ ſe. deſpera-
tio autem eſt receſſus a bono qui non competit bono ſ̄m
ꝙ eſt bonum. ſed ſ̄m aliquid aliud. vnde eſt quaſi per ac-
cidens. ⁊ eadem ratione timoꝛ cum ſit receſſus a malo eſt
pꝛioꝛ ꝙ̄ audacia. ꝙ autem ſpes ⁊ deſperatio ſint naturali-
ter pꝛioꝛes ꝙ̄ timoꝛ ⁊ audacia. ex hoc manifeſtum eſt. ꝙ ſi
cut appetitus boni eſt ratio quare vitetur malum. ita eti-
am ſpes ⁊ deſperatio ſunt ratio timoꝛis ⁊ audacie. Nam
audacia conſequitur ſpem victoꝛie. ⁊ timoꝛ conſequitur
deſperationem vincendi. ira autem conſequitur audaci-
am. nullus enim iraſcitur vindictam appetens niſi aude-
at vindicare. ſ̄m ꝙ Auicē. dicͭ in. vi. de naturalib;. Sic er
go p; ꝙ ſpes eſt pꝛima inter omnes paſſiones iraſcibilis.

⁊ ſic ordinē omniū paſſionū ſcḋm viā generatōnis ſcire veli mus ꝑmo occurrunt amor ⁊ odiū. ſcḋo deſideriū ⁊ fuga. tertio ſpes ⁊ deſpatio. q̄rto timor ⁊ audacia. quinto ira. ſexto ⁊ vltimo gaudiū ⁊ triſticia. q̄ ↄſequunt̄ ad oēs paſſiões. vt dr̄ in. ij. ethi. ita tn̄ ꝙ amor ē prior odio. ⁊ deſideriū fuga. ⁊ ſpes deſpatōe. ⁊ timor audacia. ⁊ gaudiū q̄ꝫ triſticia. vt ex ꝑ dictis colligi pōt. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ q2 ira cauſat̄ ex alijs paſſionibꝫ ſic effectus a cauſis p̄cedētibꝫ. iō ab eo tanq̄ꝫ a manifeſtiori denoīat̄ potētia. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ arduū nō ē rō accedēdi vel appetēdi. ſꝫ potius bonū. ⁊ iō ſpes q̄ directius reſpicit bonū ē prior. q̄uis audacia aliq̄ñ ſit in magis arduū vel etiā ira. ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ appetitus ꝑmo ⁊ ꝑ ſe mouet̄ in bonū ſicut in ꝓpriū obm̄. ⁊ ex hoc cāt̄ ꝙ recedat a malo. ꝓportionat̄. n. motus appetitiue ꝑtis. non quidem motui naturali ſꝫ intētōi nature. q̄ ꝑ prius intēdit finē q̄ꝫ remotōeꝫ ↄrij. q̄ nō q̄rit̄ niſi ꝓpter adeptionē finis.

## Ad quartum ſic procedit̄,

Videt̄ ꝙ nō ſint iſte q̄tuor ꝑncipales paſſiones. gaudiū ⁊ triſticia. ſpes ⁊ timor. Aug. n. xiiij. de ci. dei. nō ponit ſpem ſꝫ cupiditatē loco eius. ¶ Pre. in paſſionibꝫ aīe ē duplex ordo. ſ. intētōis ⁊ ↄſecutōis ſeu generatōis. aut ḡ p̄cipales paſſiones accipiunt̄ ſcḋm ordinē intētōis. ⁊ ſic tm̄ gaudiuꝫ ⁊ triſticia q̄ ſunt finales erūt principales paſſiones. aut ſꝫ ordinē ↄſecutōis ſeu generatōis. ⁊ ſic erit amor principal̄ paſſio. nullo ḡ mō dꝫ dici q̄tuor paſſiones iſte principales. gaudiū ⁊ triſticia. ſpes ⁊ timor. ¶ Pre. ſic audacia cāt̄ ex ſpe. ita timor ex deſpatōe. aut ergo ſpes ⁊ deſpatio dꝫ poni principales paſſiones tanq̄ꝫ cāe. aut ſpes ⁊ audacia tanq̄ꝫ ſibi ꝓpīs affines. ¶ Sꝫ ↄ ē illud qḋ Boe. in li. de ↄſo. enūerās q̄tuor principales paſſiones dic̄. Gaudia pelle pelle timorē. ſpemq̄ꝫ fugato. nec dolor adſit. ¶ Rñ. dḋ. ꝙ he q̄tuor paſſiones cōiter principales eſſe dicunt̄. quarū due. ſ. gaudiū ⁊ triſticia principales dicunt̄. q2 ſunt ↄpletiue ⁊ finales ſimpl̄r reſpectu oīm paſſionū. vñ ad omnes paſſiones ↄſequunt̄. vt dr̄ in. ij. ethi. Timor autem ⁊ ſpes ſunt principales. nō q̄dem q̄ſi completiue ſimpl̄r. ſed q2 ſunt cōpletiue in genere motus appetitiui ad aliquid. nā reſpectu boni incipit motus in amore. ⁊ ꝓcedit in deſideriū ⁊ terminat̄ in ſpe. reſpectu vo mali incipit in odio. ⁊ ꝓcedit ad fugā. ⁊ terminat̄ in timore. ⁊ iō ſolet harꝫ quattuor paſſionū nūerus accipi ſcḋm dr̄iaꝫ p̄ntis ⁊ futuri. motus̄ eñi reſpicit futurꝫ. ſꝫ quies eſt in aliq̄ p̄nti. De bono igit̄ p̄nti ē gaudiū. de malo p̄nti ē triſticia. de bono futuro eſt ſpes. de malo futuro ē timor. oēs aūt alie paſſiones que ſunt de bono vel malo p̄nti vel futuro. ad has completiue reducunt̄. Vñ etiā a q̄buſdā dicunt̄ principales he p̄dicte q̄tuor paſſiones. q2 ſunt generales. qḋ quidē verꝫ eſt ſi ſpes ⁊ timor deſignāt motū appetitus cōiter tendentē in aliquid appetēdum vel fugiēdum. ¶ Ad. i. ergo dḋ. ꝙ Aug. ponit deſideriū vel cupiditatē loco ſpei inq̄ꝫtū ad idē ꝑtinere videt̄. ſ. ad bonū futurꝫ. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ paſſiones iſte dicunt̄ principales ſcḋm ordinē intētōis ⁊ cōplemēti. ⁊ q̄uis timor ⁊ ſpes nō ſint vltime paſſiones ſimpl̄r. tamē ſunt vltīe in genere paſſionū tendentium in aliud quaſi in futurꝫ. nec pōt eſſe inſtātia niſi de ira. q̄ tn̄ nō pōt poni principal̄ paſſio. q2 ē q̄dam effectus audacie. q̄ nō pōt eſſe paſſio principal̄. vt infra dicet̄. ¶ Ad. iij. dḋ. ꝙ deſperatio importat receſſum a bono. qḋ eſt q̄ſi ꝑ accñs. ⁊ audacia importat acceſſum ad malū. qḋ etiā ē ꝑ accñs. ⁊ iō he paſſiones nō p̄nt eſſe principales. q2 qḋ ē ꝑ accñs non pōt dici principale. ⁊ ſic etiā nec ira pōt dici paſſio principalis. q̄ ↄſequit̄ audaciam.

¶ Queſtio. XXVI.

# Conſequenter ↄſiderandū ē de paſſionibꝫ aīe in ſpāli. ⁊ primo de paſſionibꝫ ↄcupiſcibil̄. ſcḋo de paſſionibꝫ iraſcibil̄. Prima ↄſideratio erit tripita. Nam primo ↄſiderabimꝰ de amore ⁊ odio. Scḋo de ↄcupiā ⁊ fuga. Tertio de delectatōe ⁊ triſticia. Circa amorē ↄſiderāda ſunt tria. Primo de ipo amore. Scḋo de cā amoris. Tertio de effectibꝫ eiꝰ. Circa primū q̄runt̄ q̄tuor. Primo vtrꝫ amor ſit in ↄcupiſcibili. Scḋo vtrꝫ amor ſit paſſio. Tertio vtruꝫ amor ſit idē qḋ dilectio. Quarto vtrꝫ amor cōueniēter diuidat̄ in amorē amicitie ⁊ in amorē concupiſc̄.

## Ad primū ſic proceditur

Uideẽ ꝙ odiũ nõ poſſit eſſe alic⁹ in vl'i. Odiũ. n. ẽ paſſio appetitus ſenſitiui q̃ moueẽ ex ſenſibili apphenſione. ſed ſenſus nõ põt apphendere vl'e. g̃ odiũ nõ põt eſſe alicu-ius in vl'i. ¶ Pꝛe. odiũ cauſaẽ ex aliq̃ diſſonãtia q̃ cõmu-nitati repugnat. ſed cõitas eſt de rõe vl'is. g̃ odiũ non põt eſſe alicuius in vl'i. ¶ Pꝛe. obiectũ odij eſt malũ. malum aũt eſt in rebus ⁊ nõ in mẽte. vt dr̃ in. vi. metaphi. cũ g̃ vl'e ſit ſolum in mente q̃ abſtrahit vl'e a pticulari. videtur ꝙ odiũ nõ poſſit eſſe alicuius vl'is. ¶ Sed ↄ eſt qð phs dic̃ in. ij. rhetoꝛ. ꝙ ira ſp fit inter ſingularia. odiũ aũt etiã ad ge-nera. furem. n. odit ⁊ calumniatoꝛẽ vnuſquiſq;. ¶ Rñ. dð ꝙ de vl'i dupl'r ↄtingit loqui. vno mõ ẽm ꝙ ſubeſt inten-tioni vniuerſalitatis. alio mõ dr̃ de natura cui tal' intentio attribuiẽ. alia ẽ. n. ↄſideratio hoĩs vl'is. ⁊ alia hoĩs in eo ꝙ eſt hõ. Si igiẽ vl'e accipiaẽ pmo mõ. ſic nulla potentia ſenſitiue ptis neq; apphenſiua neq; appetitiua poteſt in vl'e. q2 vl'e fit p abſtractiõeʒ a materia indiuiduali in q̃ ra-dicaẽ oĩs v̓tus ſenſitiua. põt tñ aliq̃ potentia ſenſitiua ⁊ apphenſiua ⁊ appetitiua ferri in aliquid vl'e. ſic dicimus ꝙ obiectũ viſus eſt coloꝛ ẽm gen⁹. nõ q2 viſus cognoſcat coloꝛem vl'eʒ. ſed q2 ꝙ coloꝛ ſit cognoſcibilis a viſu. non conuenit coloꝛi inq̃ntum eſt hic coloꝛ. ſed inq̃ntum ẽ coloꝛ ſimpl'r. Sic ergo odium etiam ſenſitiue ptis põt reſpice-re aliquid in vl'i. q2 ex natura communi aliquid aduerſaẽ animali. ⁊ non ſolum ex eo ꝙ eſt pticularis ſicut lup⁹ oui. vñ ouis odit lupum generaliter. ſʒ ira ſemp cauſaẽ ex aliq̃ pticulari. q2 ex aliquo actu ledentis. actus aũt pticulariuʒ ſunt. ⁊ pter hoc phs dicit ꝙ ira ſemp eſt aliquid pticula-re. odium vero põt eſſe ad aliquid in genere. ſed odiuʒ ẽm ꝙ eſt in pte intellectiua cum ſequaẽ apphenſionem vl'eʒ intellectus. põt vtroq; mõ eſſe reſpectu vl'is. ¶ Ad. i. er-go dð. ꝙ ſenſus non apphendit vl'e put eſt vl'e. apphẽ-dit tñ aliquid cui p abſtractiõnem accidit vniuerſalitas ¶ Ad. ij. dð. ꝙ id quod commune eſt omnibus non põt eſſe rõ odij. ſed nihil phibet aliquid eſſe commune multis qð tñ diſſonat ab alijs. ⁊ ſic eſt eis odioſum. ¶ Ad. iij. dð. ꝙ illa obiectio pcedit de vl'i ẽm ꝙ ſubſtat intentiõi vniuer-ſalitatis. ſic. n. non cadit ſub ſ apphenſiõe vel appetitu ſen-ſitiuo.

¶ Queſtio. XXX

## Deinde ↄſiderãdum

eſt de concupiſcentia. Et circa hoc queritur quattuoꝛ. Pꝛimo vtꝝ ↄcupiſcẽtia ſit in appetitu ſenſitiuo tm̃. Secundo vtrum concupiſcẽtia ſit paſſio ſpe-cialis. Tertio vtrum ſint alique concupiſcentie naturales ⁊ aliq̃ nõ naturales. Quarto vtrum ↄcupiſcẽtia ſit infinita.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ concupiſcentia nō ſolū ſit in appetitu ſenſitiuo. Eſt.n. quedā concupiſcentia ſapiē. vt dr̄ Sap. vi. Concupiſcentia ſapie ꝑducit ad regnū ꝑpetuū. ſ; appetitus ſenſitiuus nō pōt ferri in ſapiam. ḡ cōcupiſcentia non eſt in ſolo appetitu ſenſitiuo. ¶ Pre. Deſideriū mandatoꝝ dei nō eſt in appetitu ſenſitiuo imo apl's dic̄ Ro. vij. Nō habitat in me hoc eſt in carne mea bonū. ſ; deſideriū mandatoꝝ dei ſub cōcupiſcentia cadit. ſm̄ illud pſ. Concupiuit aīa mea deſi. iuſt. tuas ḡ cōcupiſcentia nō ē ſolum in appetitu ſenſitiuo. ¶ Pre. cuilibet potentie eſt concupiſcibile ꝓpriū bonū. ḡ cōcupiſcentia eſt in q̄libet potentia aīe ⁊ nō ſolum in appetitu ſenſitiuo. ¶ Sʒ contra eſt qḋ Damaſ. dicit ꝙ irrōnale obediens ⁊ ꝑſuaſibile rōni diuidit̄ in cōcupiſcentiā ⁊ irā. hec autem ē irrōnalis anime ps paſſiua ⁊ appetitiua. ḡ concupiſcentia eſt in appetitu ſenſitiuo. ¶ Rn̄. dḋ. ꝙ ſicut pħs dicit in .i. rhe̅to. Concupiſcētia eſt appetitus delectabilis. eſt autem duplex delectatio. vt infra dicet̄. vna q̄ eſt in bono intelligibili. quod eſt bonum rōnis. alia que ē in bono ſm̄ ſenſum. Prima quidem delectatio videt̄ eſſe anime tm̄. Scd̄a aūt eſt aīe ⁊ corpis. q2 ſenſus ē ꝟtus in organo corporeo. vn̄ ⁊ bonū ſm̄ ſenſum eſt bonū totius coniūcti. tal' aūt delectatōnis appetitus videt̄ eſſe concupiſcentia q̄ ſil' ꝑtineat ⁊ ad animā ⁊ ad corpus vt ipm̄ nomē concupiſcentie ſonat. vn̄ concupiſcentia ꝓprie loquēdo eſt in appetitu ſenſitiuo. ⁊ in vi concupiſcibili q̄ ab ea denominat̄. ¶ Ad .i. ergo dḋ. ꝙ appetitus ſapie vel alioꝝ ſpūalium bonoꝝ interdū concupiſcentia nominat̄. vel ꝓpter ſilitudinē quandā. vel ꝓpter intentionem appetitus ſupioris ptis ex quo fit redūdantia in inferiorem appetitum. vt ſimul etiam ipſe inferior appetitus ſuo mō tendat in ſpūale bonum conſequēs appetitum ſuperiorem. ⁊ etiam ipm̄ corpus ſpūalibus dſeruiat. ſicut in pſ. dr̄. Cor meum ⁊ caro mea exultauerūt in deum viuum. ¶ Ad .ij. dḋ. ꝙ deſiderium magis ptinere pōt ꝓprie loquendo nō ſolum ad inferiorem appetitum. ſed etiam ad ſupiorem. non.n. importat aliquam cōſociationem in cupiendo ſicut concupiſcentia. ſed ſimplicem motum in rem deſideratam. ¶ Ad .iij. dḋ. ꝙ vnicuiqʒ potentie anime appetere competit ꝓprium bonum appetitu naturali qui ſequit̄ apprehenſionem. ſ; appetere bonum appetitu animali qui non ſequit̄ apprehenſionem ptinet ſolum ad vim appetitiuam. appetere autem aliqḋ ſub rōne boni delectabilis ſm̄ ſenſum quod ꝓprie eſt cōcupiſcere. ptinet ad vim concupiſcibilem.

## Ad ſcd̄m ſic procedit̄ur.

Videt̄ ꝙ concupiſcentia non ſit paſſio ſpecialis potentie concupiſcibilis. Paſſiones.n. diſtinguunt̄ ſm̄ obiecta. ſ; obiectum concupiſcibilis eſt delectabile ſm̄ ſenſum. qḋ etiam eſt obiectum concupiſcentie. ſm̄ pħm in .ij. rhetor. ergo concupiſcentia non eſt paſſio ſpecialis in concupiſcibili. ¶ Pre. Aug. dicit in li. lxxxiij. q. ꝙ cupiditas eſt amor reꝝ tranſeuntium. ⁊ ſic ab amore non diſtinguit̄. omnes autem paſſiones ſpeciales ab inuicem diſtinguuntur. ergo concupiſcentia non eſt paſſio ſpecialis in concupiſcibili. ¶ Pre. cuilibet paſſioni concupiſcibilis opponit̄ aliq̄ paſſio ſpecialis in concupiſcibili. vt ſup̄ dictum eſt. ſ; concupiſcentie non opponit̄ aliqua paſſio ſpecialis in concupiſcibili. dicit.n. Damaſ. ꝙ expectatum bonum concupiſcentiam conſtituit. pn̄s vero leticiam. ſilr expectatū malum timorem. pn̄s vero triſticiam. ex quo videt̄ ꝙ ſicut triſticia contrariat̄ leticie. ita timor contrariat̄ cōcupiſcentie. timor autem non eſt in concupiſcibili ſed in iraſcibili. nō ergo cōcupiſcentia ē ſpecialis paſſio in concupiſcibili. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ cōcupiſcentia cauſat̄ ab amore ⁊ tendit in delectationem. que ſunt paſſiones concupiſcibilis. ⁊ ſic diſtinguit̄ ab alijs paſſionibus concupiſcibilis tanquam paſſio ſpecialis. ¶ Rn̄. dḋ. ꝙ ſicut dictum eſt bonum delectabile ſm̄ ſenſum eſt communiter obiectum concupiſcibilis. vn̄ ſm̄ eius differentias diuerſe paſſiones concupiſcibilis diſtinguunt̄. Diuerſitas autem obiecti pōt attendi vel ſm̄ naturam ipſius obiecti. vel ſm̄ diuerſitatem in virtute agendi. diuerſitas qdem obiecti actiui que eſt ſm̄ rei naturam facit materialem differentiam paſſionū. ſed diuerſitas que eſt ſm̄ virtutem actiuam facit formalē differentiam paſſionum. ſm̄ quam paſſiones ſpecie differunt. eſt autem alia rō ꝟtutis motiue ipſius finis vel boni ſm̄ ꝙ eſt realiter pn̄s ⁊ ſm̄ ꝙ eſt abſn̄s. nam ſm̄ ꝙ eſt pn̄s facit in ſeipo quieſcere. ſm̄ autem ꝙ eſt abſn̄s facit ad ſeipm̄ moueri. vn̄ ipm̄ delectabile ſm̄ ſenſum inquantum appetitum ſibi adaptat quodammodo ⁊ conformat cauſat amorem. inquantum vero abſn̄s attrahit ad ſeipſum cauſat concupiſcentiam. inquantum vero pn̄s quietat in ſeipſo cauſat delectationem. Sic ergo concupiſcentia eſt paſſio differens ſpecie ⁊ ab amore ⁊ a delectatōne. ſed concupiſcere hoc delectabile vel illud facit concupiſcētias diuerſas numero. ¶ Ad .i. ergo dḋ. ꝙ bonum delectabile nō eſt abſolute obiectum concupiſcentie. ſed ſub rōne abſn̄tis. ſicut ⁊ ſenſibile ſub rōne preteriti eſt obiectum memorie. hmōi.n. ꝑticulares conditōnes diuerſificāt ſpeciem paſſionum. vel etiam potentiarum ſenſitiue partis que reſpicit particularia. ¶ Ad .ij. dḋ. ꝙ illa predicatio ē per cauſam nō per eſſentiam. non.n. cupiditas eſt per ſe amor. ſed amoris effectus. Vel aliter dḋ. ꝙ Augu. accipit cupiditatem large ꝓ quolibet motu appetitus qui poteſt eſſe reſpectu boni futuri. vn̄ comprehendit ſub ſe ⁊ amorē ⁊ ſpem. ¶ Ad .iij. dḋ. ꝙ paſſio que directe opponitur concupiſcentie innominata eſt. que ita ſe habet ad malum ſicut concupiſcentia ad bonum. ſed quia eſt mali abſn̄tis ſicut ⁊ timor. qn̄qʒ loco eius ponitur timor. ſicut ⁊ qn̄qʒ cupiditas loco ſpei. qḋ.n. eſt puum bonum vel malum quaſi nō reputat̄. ⁊ ideo ꝓ omni motu appetitus in bonum vl' in malum ponit̄ ſpes ⁊ timor. que reſpiciunt bonū vl' malum arduum.

## Ad tertium ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ ꝯcupiſcentiaꝝ nō ſint q̄dā naturales ⁊ q̄dā nō naturales. Concupiſcentia.n. ptinet ad appetitū aīalem vt dictū eſt. ſ; appetitus naturalis diuidit̄ contra aīalem. ergo nulla cōcupiſcētia ē natural'. ¶ Pre. diuerſitas material' nō facit diuerſitatē ſm̄ ſpēʒ. ſ; ſolū ſm̄ nūeꝝ. q̄ qdem ſub arte nō cadit. ſed ſi q̄ ſint ꝯcupiſcentie naturales ⁊ nō naturales nō differunt niſi ſm̄ diuerſa obiecta ꝯcupiſcibilia qḋ facit materialem differentiam ⁊ ſm̄ numeꝝ tm̄. nō ergo diuidēde ſunt ꝯcupiſcentie ꝑ naturales ⁊ nō naturales. ¶ Pre. rō cōtra naturā diuidit̄. vt pʒ in .ij. phiſ. ſi igit̄ in hōie eſt aliqua ꝯcupiſcentia nō natural' oportet ꝙ ſit rōnal'. ſ; hoc eſſe nō pōt. q2 ꝯcupiſcentia cū ſit paſſio q̄dā ptinet ad appetitū ſenſitiuū. non aūt ad voluntatē q̄ eſt appetitus rōnis. nō ergo ſunt ꝯcupiſcentie aliq̄ nō naturales. ¶ Sed ꝯ eſt ꝙ pħs in .iij. ethi. ⁊ in .i. rhe̅to. ponit q̄ſdā ꝯcupiſcentias naturales ⁊ q̄ſdā nō naturales. ¶ Rn̄. dḋ. ꝙ ſicut dictū ē. ꝯcupiſcentia eſt appetitus boni delectabil'. dupl'r aūt aliq̄d ē delectabile. Vno mō q2 ē cō

uenieñs nature aīalis. ſic cibꝰ ⁊ potus ⁊ alia hmōi. ⁊ hmōi ꝯcupiā delectabilis dr̄ naturalꝭ. Alio mō dr̄ aliqͣd eſſe delectabile. q2 ē ꝯueniēs aīali ſcḋm apprehenſionē. ſicut cū aliqs apprehendit aliqͣd vt bonū ⁊ cōueniēs. ⁊ pn̄s delectatur in ipo. ⁊ hmōi delectabilis ꝯcupiā dr̄ nō naturalꝭ. ⁊ ſolet magis dici cupiditas. Prime ḡ ꝯcupiē naturales cōes ſunt hoibꝰ ⁊ alijs aīalibꝰ. q2 vtriſq3 eſt aliqͣd cōueniēs ⁊ delectabile ſcḋm naturā. ⁊ in his oēs hoies cōueniūt. vn̄ ⁊ phs in .iij. ethi. vocat eas cōes ⁊ neceſſarias. ſ3 ſcḋe ꝯcupiē ſunt ꝓprie hoim. quoꝝ ꝓpriū eſt excogitare aliqͣd vt bonū ⁊ conueniēs ꝑter id qḋ nā reqͥrit. vn̄ ⁊ in .i. rheto. phus dicit pmas ꝯcupias ēē irrōales. ſcḋas ḋo cū rōe. Et q2 diuerſi diuerſimode rōcinant. iō ēt ſcḋe dicunt .i. iij. eth. ꝓprie ⁊ appoſite ſupnāles. ¶ Ad .i. ḡ dd̄. ꝙ illḋ idē qḋ appetit appetitu naturali pōt appeti appetitu aīali cū fuerit apprehenſū ⁊ ſcḋm hoc cibi ⁊ potus ⁊ hmōi q appetunt naturaliter pōt ēē ꝯcupiſcentia naturalꝭ. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ diuerſitas ꝯcupiarū naturaliū a nō naturalibꝰ nō eſt materialꝭ tm̄. ſed etiā quodammō formalis inqͣntum ꝓcedit ex diuerſitate obiectiui. obiectum aūt appetitus eſt bonum apprehenſum. vn̄ ad diuerſitatē actiui ꝑtinet diuerſitas apprehenſionis. ꝓut .ſ. apprehendit aliqͣd vt conueniēs abſoluta apprehenſione ex q cauſant ꝯcupiē naturales. qs phs in rhetoꝛ. vocat irrōnales. ⁊ ꝓut apprehendit aliqͣd cū deliberatōne ex q cauſant ꝯcupiē nō naturales. q ꝓpter hoc in rhetorica dicunt cū rōne. ¶ Ad .iij. dd̄. ꝙ in hoīe nō ſolum eſt rō vlis que ꝑtinet ad ꝑtem intellectiuam. ſed etiam rō ꝑticularis que ꝑtinet ad ꝑtem ſenſitiuam. vt in .i. lib. dictum eſt. ⁊ ſcḋm hoc etiam concupiſcentia que eſt cum rōe pōt ad appetitum ſenſitiuum pertinere. ⁊ ꝓpter hoc appetitus ſenſitiuus pōt etiam a rōne vli moueri mediante imaginatione ꝑticulari.

## Ad quartum ſic procedit

Videt ꝙ concupiſcentia non ſit infinita. Obiectum .n. concupiſcentie eſt bonum quod h3 rōnem finis. qui aūt ponit infinitum excludit finem. vt dr̄ in .ij. metaphi. ergo concupiſcentia non poteſt eſſe infinita. ¶ Pre. concupiſcentia eſt boni conuenientis cum ꝓcedat ex amore. ſ3 infinitum cum ſit improportionatum non poteſt eſſe conueniens. ergo concupiā nō poteſt eſſe infinita. ¶ Pre. infinita nō eſt tranſire. ⁊ ſic in eis non eſt ꝑuenire ad vltimum. ſed concupiſcenti fit delectatio ꝑ hoc ꝙ attingit ad vltimū finē. ergo ſi concupiā eſſet infinita ſequeret ꝙ nunq̄ fieret delectatio. ¶ S3 ꝯ eſt quod phs dicit in .i. poli. ꝙ in infinitum concupiſcentia exiſte homines infinita deſiderāt. ¶ Rn̄. dd̄. ꝙ ſicut dictum eſt. duplex eſt concupiſcentia. vna naturalis. ⁊ alia non naturalis. Naturalis quidem concupiſcentia nō poteſt eſſe infinita in actu. eſt .n. eius ꝙ natura requirit. natura vero ſꝑ intendit in aliquid finitū ⁊ certum. vn̄ nunq̄ homo concupiſcit infinitum cibū vel infinitum potum. ſed ſicut in natura contingit eſſe infinitum in potentia ꝑ ſucceſſionē. ita hmōi concupiſciam contingit infinitam eſſe ꝑ ſucceſſionem. vt .ſ. poſt adeptum cibū iterū alia vice deſideret cibū vel qḋcunq̄ aliud qḋ natura requirit. q2 hmōi corꝑalia bona cum adueniūt nō ꝑpetuo manēt. ſed deficiunt. Vnde dixit dñs ſamaritane. Joh. iiij. Qui biberit ex hac aqua ſitiet iterū. Sed concupiā nō naturalis oīo eſt infinita. ſequit .n. rōnem vt dictum eſt. rōi aūt competit in infinitum ꝓcedere. vn̄ qui concupiſcit diuitias pōt eas concupiſcere nō ad aliquē certū terminū. ſed ſimplr̄ ſe diuitem eſſe q̄ntumcunq̄ pōt. Pōt ⁊ alia rō aſſignari ſcḋm phm in .i. poli. quare q̄dam concupiā ſit finita ⁊ q̄dam infinita ſꝑ. n. ꝯcupiā finis eſt infinita. finis .n. ꝑ ſe cōcupiſcit vt ſanitas. vn̄ maioꝛ ſanitas magis cōcupiſcit. ⁊ ſic in infinitum. ſicut ⁊ ſi album ꝑ ſe diſgregat. magis album magis diſgregat. concupiā ḋo eius qḋ ē ad finem nō eſt infinita ſi ſcḋm illam menſuram appetit q̄ cōuenit fini. vn̄ q finem ponūt in diuitijs hn̄t concupiam diuitiaꝝ in infinitum. q aūt diuitias appetūt ꝓpter neceſſitatem vite. concupiſcūt diuitias finitas ſufficientes ad neceſſitatem vite. vt phs dicit ibidem. Et eadem eſt rō ḋ concupiſcentia quarumcunq̄ aliaꝝ rerum. ¶ Ad .i. ḡ dd̄. ꝙ omne quod concupiſcit accipit vt q̄ddam finitum. vel q2 eſt finitum ſcḋm rem ꝓut concupiſcit ſemel in actu. vel q2 eſt finitum ſcḋm ꝙ cadit ſub apprehenſione. non .n. pōt ſub rōne infiniti apprehendi. q2 infinitum eſt cuius q̄ntitatem accipientibus ſꝑ eſt aliqͣd extra ſumere. vt dr̄ in .iij. phi. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ rō q̄dāmō eſt ꝟtutis infinite inq̄tū pōt in infinitum aliqͣd cōſiderare. vt apparet in additōe nūeroꝝ ⁊ lineaꝝ. vn̄ infinitū aliquo mō ſumptū eſt ꝓportionatū rōi. Nam vle quod rō apprehendit ē quodāmō infinitū inq̄tum in potētia cōtinet infinita ſingularia. ¶ Ad .iij. dd̄. ꝙ ad hoc ꝙ aliqs delectet nō reqͥrit ꝙ oīa conſequat q cōcupiſcit. ſed ꝙ in quolibet concupito qḋ conſequit delectet.

¶ Queſtio. XXXI

## Deinde ꝯſiderādum

eſt de delectatōe ⁊ triſticia. Circa delectatōem ḋo conſiderāda ſunt q̄tuoꝛ. Primo de ipa delectatione ſcḋm ſe. Scḋo de cauſis delectatōis. Tertio de effectibus eius. Quarto de bonitate ⁊ malicia ipius. Circa primum q̄runt octo. Primo vtrum delectatio ſit paſſio. Scḋo vtꝝ ſit in tpe. Tertio vtrum differat a gaudio. Quarto vtrum ſit in appetitu intellectiuo. Quinto de compatione delectationum ſupioris appetitus ad delectationem inferioris. Sexto de compatione delectationū ſenſitiuarum ad inuicem. Septimo vtrū ſit aliqua delectatio non naturalis. Octauo vtrum delectatio poſſit eſſe cōtraria delectationi.

## Ad primum ſic ꝓceditur.

Videt ꝙ delectatio nō ſit paſſio. Damaſ. n. ij. li. diſtinguit opatōe3 a paſſione. dicēs ꝙ opatio ē motus q ē ſcḋm naturā. paſſio ḋo ē motus ꝯ naturā. ſ3 delectatio eſt opatio. vt phus dicit in .vij. ⁊ .x. ethico. ḡ delectatio nō ē paſſio. ¶ Pre. Pati eſt moueri. vt dr̄ in .iij. phi. ſed delectatio non conſiſtit in moueri ſed in motum eſſe. cauſat .n. delectatio ex bono iam adepto. ḡ delectatio non eſt paſſio. ¶ Pre. delectatio conſiſtit in quadam ꝑfectione delectati. ꝑficit .n. opationem. vt dr̄ in .x. ethi. ſed ꝑfici non eſt pati vel alterari. vt dr̄ in .vij. phi. ⁊ in .ij. de anima. ḡ delectatio non eſt paſſio. ¶ Sed contra eſt ꝙ Augꝰ. in .x. ⁊ .xiiij. de ciui. dei ponit delectatōnem ſiue gaudium vel leticiam inter alias paſſiones anime. ¶ Rn̄. dd̄. ꝙ motus appetitus ſenſitiui ꝓprie paſſio nominat. ſicut ſup̄ dictū eſt. affectio autem quecunq̄ ex apprehenſione ſenſitiua ꝓcedens. eſt motus appetitus ſenſitiui. hoc autem neceſſe eſt competere delectatōni. Nam ſicut philoſophus dicit in .i. rhetoꝛ. delectatio eſt quidam motus anime: ⁊ conſtitutio ſimul tota ⁊ ſenſibilis in naturam exiſtem. Ad cuius intellectum cōſiderandum eſt ꝙ ſicut contingit in rebus naturalibꝰ aliq̄ conſequi ſuas ꝑfectōes naturales. ita hoc contingit in aīalibꝰ. ⁊ q̄uis moueri ad ꝑfectōne3 nō ſit totū ſil. tn̄ conſeq̄

naturalem ꝑfectionem eſt totum ſimul. ¶Hec aũt differentia inter animalia ⁊ alias res naturales. ꝙ alie res naturales qñ conſtituunť in id quod conuenit eis ſm naturam. hoc non ſentiunt. ſed animalia hoc ſentiunt. ⁊ ex iſto ſenſu cauſať quidam motus anime in appetitu ſenſitiuo ⁊ iſte motus eſt delectatio. ¶Per hoc ergo ꝙ dr ꝙ delectatio eſt motus anime. ponit᷑ in genere. ¶Per hoc autem ꝙ dr conſtitutio in exiſtentem naturam. i. in id quod exiſtit in natura rei. ponit᷑ cauſa delectatõnis. ſ. pñtia connaturalis boni. ¶Per hoc autem ꝙ dicit ſimul tota. oſtendit ꝙ conſtitutio non debet accipi ꝓut eſt in conſtitui. ſed ꝓut eſt in conſtitutum eſſe quaſi in termino motus. non. n. delectatio eſt generatio ꝓut plato poſuit. ſed magis conſiſtit in factum eſſe. vt dr in. vij. ethico. ¶Per hoc autem ꝙ dicit ſenſibilis. excludunť perfectiones rerum inſenſibilium. in quibus non eſt delectatio. ¶Sic ergo pȝ ꝙ cum delectatio ſit motus in appetitu animali conſequens apprehenſionem ſenſus. delectatio eſt paſſio anime ¶Ad. i. ergo dd. ꝙ operatio connaturalis non impedita eſt perfectio ſecunda. vt habetur in. ij. de anima. ⁊ ideo quando conſtituit᷑ res in ꝓpria operatõne connaturali ⁊ non impedita. ſequitur delectatio que conſiſtit in perfectum eſſe vt dictum eſt. ſic ergo cum dr ꝙ delectatio eſt operatio. non eſt predicatio per eſſentiam. ſed per cauſam. ¶Ad. ij. dd. ꝙ in animali duplex motus conſiderari poteſt. vnus ſm intentionem finis qui pertinet ad appetitum. alius ſm executõnem. qui pertinet ad exteriorem operatõnem. ¶Licet ergo in eo qui iam conſecutus eſt bonum in quo delectatur ceſſet motus executionis quo tendit ad finem. non tamen ceſſat motus appetitiue partis. que ſicut prius deſiderabat non habitum ita poſtea delectatur in habito. licet. n. delectatio ſit quies quedam appetitus conſiderata preſentia boni delectantis quod appetitui ſatiſfacit. tamen adhuc remanet immutatio appetitus ab appetibili. ratione cuius delectatio mot᷒ quidam eſt. ¶Ad. iij. dd. ꝙ quamuis nomen paſſionis magis ꝓprie conueniat paſſionibus corruptiuis ⁊ in malum tendentibus. ſicut ſunt egritudines corporales ⁊ triſticia ⁊ timor in anima. tamen etiam in bonum ordinanť alique paſſiones. vt ſupra dictum eſt. ⁊ ſm hoc delectatio dr paſſio.

## Ad ſcdm ſic proceditur.

Videť ꝙ delectatio ſit in tpe. ¶Delectatio. n. eſt motus quidam. vt in. i. rhetor. phũs dicit. ſed motus omnis eſt in tempore. ergo delectatio eſt in tpe. ¶Pre. Diuturnũ vł morosum dr aliquid ſm tempus. ſed alique delectatões dicunť moroſe. ergo delectatio eſt in tempore. ¶Pre. Paſſiones aĩe ſunt vnius generis. ſed aliq paſſiones aĩe ſunt in tempore. ergo ⁊ delectatio. ¶Sed ꝯ eſt quod phs dicit in. x. ethi. ꝙ ſm nullum tps accipiet quis delectatõez. ¶Rñ. dd. ꝙ aliquid contingit eſſe in tempore dupľr. Uno mõ ſm ſe. Alio mõ per aliud ⁊ qſi ꝑ accñs. Quia. n. tpus eſt numerus ſucceſſiuoꝝ. illa ſm ſe dicunť eſſe in tempore de quoꝝ rõne eſt ſucceſſio. vel aliqd ad ſucceſſionẽ ptinẽs. ſicut motus. quies. locutio. ⁊ alia hmõi. ſm aliud vero ⁊ non ꝑ ſe dicunť eſſe in tpe illa de quoꝝ ratõne non eſt aliq̃ ſucceſſio. ſed tamen alicui ſucceſſiuo ſubiacent. ſicut eſſe hoĩeȝ de ſui rõne non hȝ ſucceſſionem. non. n. eſt motus ſed terminus motus vel mutatõnis. ſ. generationis ipſius. ſȝ quia humanum eſſe ſubiacet cauſis tranſmutabilibus. ſm hoc hoĩeȝ eẽ eſt in tpe. ¶Sic igiť dd. eſt ꝙ delectatio ſm ſe quidem nõ eſt in tpe ẽ. n. delectatio in bono iã adepto. qd ẽ qſi terminus motus. ſȝ ſi illud bonũ adeptũ trãſmutatõi ſubiaceat. erit delectatio ꝑ accñs in tpe. ſi aũt ſit oĩo intranſmutabile. delectatio nõ erit in tpe. nec ꝑ ſe. nec ꝑ accñs ¶Ad. i. ğ dd. ꝙ ſicut dr in. iij. de aĩa. mot᷒ dupľr dr. Uno mõ qui eſt actus imꝑfecti. ſ. exñtis in potentia inq̃tũ hmõi. ⁊ talis motus ẽ ſucceſſiuus ⁊ in tpe. Alius aũt mot᷒ ẽ act᷒ perfecti. i. exñtis in actu. ſicut intelligere. ſentire. ⁊ velle. ⁊ hmõi. ⁊ etiã delectari. ⁊ hmõi motus nõ ẽ ſucceſſiu᷒. nec ꝑ ſe in tpe. ¶Ad. ij. dd. ꝙ delectatio dr moroſa vel diuturna ſm ꝙ ꝑ accñs ẽ in tpe. ¶Ad. iij. dd. ꝙ alie paſſiones nõ habent ꝓ obiecto bonum adeptum ſicut delectatio vñ plus hñt de rõne motus imꝑfecti q̃ȝ delectatio. ⁊ ꝑ cõſequens magis delectationi conuenit nõ eẽ in tẽpe.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videť ꝙ gaudiũ ſit oĩo idẽ qđ delectatio. ¶Paſſiones. n. aĩe differũt ſm obã. ſȝ idẽ ẽ obiectũ gaudij ⁊ delectatõnis ſ. bonũ adeptũ. ğ gaudiũ ẽ oĩo idẽ qđ delectatio. ¶Pre. vnus mot᷒ nõ terminať ad duos terminos. ſȝ idẽ ẽ mot᷒ q̃ terminať ad gaudiũ ⁊ delectatõeȝ. ſ. ꝯcupia. ğ delectatio ⁊ gaudiũ ſunt oĩo idẽ. ¶Pre. ſi gaudiũ ẽ aliud a delectatione. videť ꝙ pari rõe ⁊ leticia ⁊ exultatio ⁊ iocũditas ſignificẽt aliqd aliud a delectatõe. ⁊ ſic erũt oẽs diuerſe paſſiones. qđ videť eẽ falſum. nõ ğ gaudiũ differt a delectatõe ¶Sȝ ꝯ eſt ꝙ in brutis aĩalibꝫ nõ dicim᷒ gaudiũ. ſed in eis dicimus delectatõeȝ. nõ ğ eſt idem gaudium ⁊ delectatio. ¶Rñ. dd. ꝙ gaudium vt Auicẽ. dicit in li. ſuo de aĩa. ẽ q̃dam ſpẽs delectatõis. ¶Eſt. n. cõſiderandũ ꝙ ſicut ſunt quedam ꝯcupĩe naturales. q̃dã aũt nõ naturales. ſȝ ꝯſequũť rõnem. vt ſupͣ dictũ eſt. ita etiam delectatõnum q̃dã ſunt naturales. ⁊ q̃dã nõ naturales. q̃ ſunt cũ rõe. ¶Uel ſicut Damaſ. ⁊ Grego. niſſe. dicũt. q̃dã ſunt corꝑales. q̃dã aĩales. que in idem redit. ¶Delectamur. n. ⁊ in his q̃ naturaliť concupiſcimus ea adipiſcẽtes. ⁊ in his q̃ cõcupiſcim᷒ ſm rõnem. ſȝ nomẽ gaudij nõ hȝ locũ niſi in delectatõe q̃ cõſequiť rõnem. vñ gaudiũ nõ attribuimus brutis aĩalibꝫ. ſȝ ſolũ nomẽ delectatõis. oẽ aũt qđ concupiſcim᷒ ſm naturã. poſſumus etiã cũ delectatõe rõis concupiſcere. ſȝ nõ ecõuerſo. vñ de oĩbꝫ de q̃bꝫ ẽ delectatio põt eẽ gaudiũ in hñtibꝫ rõnem. q̃uis nõ ſp de oĩbꝫ ſit gaudium. q̃nq̃ȝ. n. aliquis ſentit aliquam delectationem ſm corpus de q̃ tñ nõ gaudet ſm rõnem. ¶Et ſm hoc pȝ ꝙ delectatio ẽ in pl᷒ q̃ȝ gaudium. ¶Ad. i. ergo dd. ꝙ cum obiectũ appetitus animalis ſit bonum apprehenſum. diuerſitas apprehenſionis ꝑtinet quodammõ ad diuerſitatem obiecti. ⁊ ſic delectationes animales que dicunť etiam gaudia diſtinguũť a delectationibus corꝑalibus. que dicunť ſolum delectationes. ſicut ⁊ de concupiſcentijs ſupra dictum eſt. ¶Ad ij. dd. ꝙ ſimilis differentia inueniť etiam in concupiſcẽtijs. ita ꝙ delectatio reſpondeat concupiſcentie ⁊ gaudiũ reſpondeat deſiderio. quod magis videtur pertinere ad concupiſcentiam animalem. ⁊ ſic ſecundum differentiam motus eſt etiam differentia quietis. ¶Ad. iij. dd. ꝙ alia nomina ad delectationem pertinentia ſunt impoſita ab effectibus delectationis. ¶Nam leticia imponitur a dilatatione cordis. ac ſi diceretur leticia. exultatio vero dr ab exterioribus ſignis delectationis interioris. que apparent exterius. inquantum ſcȝ interius gaudium ꝓſilit ad exteriora. iocunditas vero dicitur a quibuſdam ſpiritualibus leticie ſignis vel effectibus. ⁊ tamen omnia iſta nomina videnť pertinere ad gaudium. nõ. n. vtimur eis niſi in naturis rõnalibus.

## Ad quartum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ delectatio nō ſit in appetitu intellectiuo. Dicit̄ n. pħs in .i. rheto. ꝙ delectatio ē motus q̄dā ſenſibil̄. qui nō eſt in pte intellectiua. ḡ delectatio nō ē in pte intellectiua. ¶ Pre. delectatio ē paſſio q̄dā. ſ; oīs paſſio ē in appetitu ſenſitiuo. ḡ delectatio nō eſt niſi in appetitu ſenſitiuo. ¶ Pre. delectatio eſt cōis nobis ⁊ brutis. ḡ nō eſt niſi in parte q̄ nobis ⁊ brutis cōis eſt. ¶ Sed ↄtra eſt qḋ in pſ. dr̄. Delectare in dño. ſed ad deū nō pōt extendi appetit⁹ ſenſitiuus. ſ; ſolū intellectiuus. ḡ delectatio pōt eſſe in appetitu intellectiuo. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ ſicut ſup dictum ē. Delectatio q̄dē ſequit̄ apphenſionē rōnis. ad apphenſionē autem rōis nō ſolū ↄmouet̄ appetitus ſenſitiuus p applicatōnem ad aliq̄d pticulare. ſ; etiā appetitus intellectiuus qui dr̄ volūtas. ⁊ ſm hoc in appetitu intellectiuo ſiue in volūtate eſt delectatio q̄ dr̄ gaudiū. nō aūt delectatio corꝑal̄. hoc tn̄ intereſt inter delectatōe; vtriuſq; appetitus. ꝙ delectatio appetitus ſenſibilis eſt cū aliq̄ trāſmutatōe corꝑali. delectatio autē appetitus intellectiui nihil aliud ē q̄ ſimpl̄r motus volūtatis. ⁊ ſm hoc Aug⁹. dicit in .xiiij. de ci. dei. ꝙ cupiditas ⁊ leticia nihil eſt aliud q̄ volūtas in eo; ↄſecutione q̄ volumus. ¶ Ad .i. ḡ dd̄. ꝙ in illa diffinitōne pħi ſenſibile ponit̄ cōmuniter p quacunq; apphenſione. dicit. n. pħus in .x. ethi. ꝙ ſm omnem ſenſum eſt delectatio ſimiliter aūt ⁊ intellectū ⁊ ſpeculationem. Vel poteſt dici ꝙ ipſe diffinit delectationem appetitus ſenſitiui. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ delectatio habet rationem paſſionis ꝓprie loquendo. inq̄ntum eſt cum aliqua tranſmutatione corꝑali. ⁊ ſic non eſt in appetitu intellectiuo. ſed ſm ſimplicem motu; ſic. n. etiam eſt in deo ⁊ in angelis. vnde dicit pħus in .vij. ethi. ꝙ deus vna ſimplici opatione gaudet. Et Diony. dicit in fi. cele hierarchie. ꝙ angeli nō ſunt ſuſceptibiles noſtre paſſibilis delectationis. ſed congaudent deo ſm icorruptionis leticiam. ¶ Ad .iij. dd̄. eſt ꝙ in nobis non ſolum eſt delectatio in qua communicamus cum brutis. ſed etiam in qua communicamus cum angelis. vnde ibidem Diony. dicit, ꝙ ſancti homines multotiens fiunt in participatione delectationum angelicarum. ⁊ ita in nobis eſt delectatio non ſolum in appetitu ſenſitiuo in quo communicamus cum brutis. ſed etiam in appetitu intellectiuo in quo cōmunicamus cum angelis.

## Ad quintū ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ delectationes corꝑales ⁊ ſenſibiles ſint maiores delectationibus ſpiritualibus intelligibilibus. Oēs. n. aliquam delectatōnem ſequunt̄ ſm pħm in .x. ethico. ſed plures ſequunt̄ delectationes ſenſibiles q̄ delectationes ſpūales intelligibiles. ergo delectatōes corꝑales ſunt maiores. ¶ Pre. magnitudo cāe ex effectu cognoſcit̄. ſed delectationes corꝑales hñt fortiores effectus. trāſmutāt. n. corpus ⁊ quibuſdā inſanias faciūt. vt dr̄ in .vij. ethi. ergo delectatōes corꝑales ſunt fortiores. ¶ Pre. delectatōnes corꝑales oportet tpare ⁊ refrenare ꝓpter ea; vehementiā. ſed delectatōes ſpūales non oportet refrenare. ergo delectationes corꝑales ſunt maiores. ¶ Sed contra eſt quod dr̄ in pſ. q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua ſup mel ori meo. Et pħs dicit in .x. ethi. ꝙ maxima delectatio eſt que eſt ſm operationem ſapie. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ ſicut iam dictū eſt. delectatio ꝓuenit ex coniunctōe conuenientis cum ſentit̄ ⁊ cognoſcit̄. In opibus autem anime p̄cipue ſenſitiue ⁊ intellectiue, eſt hoc conſiderādum ꝙ cū nō tranſeāt in materiam exteriorē. ſunt actus vel pfectōes opantis. ſ. intelligere. ſentire. velle. ⁊ hmōi. nā actōes q̄ tranſeūt in exteriorem materiā. magis ſunt actōes ⁊ pfectōes materie trāſmutate. motus. n. ē actus mobil̄ a mouēte. Sic igit̄ p̄dicte actiones aīe ſenſitiue ⁊ intellectiue ⁊ ipe ſunt q̄dā bonum opantis. ⁊ ſunt etiā cognite p ſenſu; vel intellectū. vñ etiā ex ipis ↄſurgit delectatio ⁊ nō ſolū ex eo; obiectis. Si igitur compent̄ delectatōes intelligibiles delectatōibꝫ ſenſibilibꝫ ſm ꝙ delectamur in ipis actōibꝫ. puta in cognitōne ſenſus. ⁊ in cognitōe intellectus. nō ē dubium ꝙ multo ſunt maiores delectatōes intelligibiles q̄ ſenſibiles. mlto. n. magis delectat̄ hō de hoc ꝙ cognoſcit aliq̄d intelligēdo q̄ de hoc ꝙ cognoſcit aliq̄d ſentiēdo. qꝛ intellectualis cognitio ⁊ pfectior ē. ⁊ etiā magis cognoſcit̄. qꝛ intellectus magis reflectit̄ ſup actū ſuū q̄ ſenſus. eſt etiā cognitio intellectiua magis dilecta. nullus. n. ē q̄ nō vellet magis carere viſu corꝑali q̄ viſu itellectuali. eo mō q̄ beſtie vel ſtulti carēt. ſic Aug. dic in li. de ci. dei. Sꝫ ſi compent̄ delectatōes itelligibiles ſpūales delectatōibꝫ ſenſibilibus corꝑalibꝫ. ſic ſm ſe ⁊ ſimpl̄r loquēdo delectatōes ſpūales ſūt maiores. ⁊ hoc apparet ſ; tria q̄ re q̄rūt̄ ad delectatōe; ſ. bonū ↄiunctū ⁊ id cui ↄiungit̄. ⁊ ipa ↄiūctio. nā ipꝫ bonū ſpūale ⁊ ē mai⁹ q̄ corꝑale bonū. ⁊ ē magꝫ dilectū. c⁹ ſignū ē ꝙ hoīes etiā a maxis corꝑalibꝫ voluptatibꝫ abſtinēt. vt nō pdāt honorē qui eſt bonū intelligibile. ſil̄r etiā ipa pōs intellectiua ē multo nobilior ⁊ magis cognoſcitiua q̄ pōs ſenſitiua. Coniūctio etiā vtriuſq; ē ⁊ magis intima ⁊ magis pfecta ⁊ magis firma. Intimior quidem ē. qꝛ ſenſus ſiſtit circa exteriora accñtia rei. intellectus v̄o penetrat vſq; ad rei eſſentiā. obm̄. n. intellectus ē qḋ q̄d ē. pfectior aūt ē. qꝛ ↄiunctōi ſenſibilis ad ſenſum adiungit̄ mot⁹ qui ē actus impfectus. vñ ⁊ delectatōes ſenſibiles nō ſunt tote ſil̄. ſ; in eis aliquid ptrāſit ⁊ aliq̄d expectat̄ ↄſummādū vt pꝫ in delectatōe cibo; ⁊ venereo;. ſ; intelligibilia ſunt abſq; motu. vñ delectatōes tales ſunt tote ſil̄. Eſt etiā firmior. qꝛ delectabilia corꝑalia ſunt corruptibilia ⁊ cito deficiūt. bona v̄o ſpūalia ſunt incorruptibilia. Sꝫ q̄ ad nos delectatōes corꝑales ſunt magis vehementes ꝓpter tria. Primo. qꝛ ſenſibilia ſunt magis nota q̄ ad nos q̄ intelligibilia. Scḋo etiā. qꝛ delectatōes ſenſibiles cū ſint paſſiones ſenſitiui appetitus ſunt cū aliq̄ trāſmutatōne corꝑali qḋ nō contingit in delectatōnibus ſpūalibus niſi p quādam redundantiam a ſuperiori appetitu in inferiorē. Tertio. qꝛ delectatōnes corporales appetunt̄ vt medicine quedam contra corporales defectus vel moleſtias. ex quibus triſticie quedam conſequunt̄. vñ delectatōes corꝑales triſticijs hmōi ſupuenietes magis ſentiunt̄. ⁊ p conſequēs magis acceptant̄ q̄ delectatōes ſpūales q̄ nō hñt triſticias ↄrias. vt infra dicet̄. ¶ Ad .i. ergo dd̄. ꝙ ideo plures ſequunt̄ delectatōnes corporales. quia bona ſenſibilia ſunt magis ⁊ pluribꝫ nota. ⁊ etiā qꝛ homines indigent delectationibus. vt medicinis contra multiplices dolores ⁊ triſticias. ⁊ cum plures hominum nō poſſint attingere ad delectationes ſpūales. que ſunt ꝓprie v̄tuoſorum. conſequens eſt ꝙ declinent ad corꝑales. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ tranſmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus inquantum ſunt paſſiones appetitus ſenſitiui. ¶ Ad tertium dicendum ꝙ delectationes corꝑales ſunt ſecundum partem ſenſitiuam que regulatur ratōne. ⁊ iō indigent temperari ⁊ refrenari per rōnem. ſed delectationes ſpūales ſunt ſm mentem. que eſt ipa regula. vñ ſunt ſm ſeipas ſobrie ⁊ moderate.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videt̃ ꝙ delectationes que ſunt ſm tactum nõ ſint maiores delectationibus que ſunt ſm alios ſenſus. Illa.n. delectatio videt̃ eſſe maxima qua excluſa gaudium omne ceſſat. ſed talis eſt delectatio que eſt ſm viſum. Dicit̃.n. Tobie.v. Quale gaudium erit mihi qui in tenebris ſedeo ⁊ lumen celi non video. ergo delectatio q̄ eſt p viſum eſt maxīa inter ſenſibiles delectatões. ¶ Pre. vnicuiqȝ fit delectabile illud quod amat. vt pħs dicit in.i. rhetor. ſed inter alios ſenſus maxime diligit̃ viſus. ergo delectatio q̄ eſt ſm viſum eſt maxīa. ¶ Pre. principium amicitie delectabilis maxime eſt viſio. ſed cã talis amicitie eſt delectatio. ergo ſm viſum videt̃ eſſe maxime delectatio. ¶ Sed contra ē qḋ pħs dicit in.iij. ethi. ꝙ maxīe delectatões ſunt ſm tactum. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ ſicut iam dictum ē. vnũquodqȝ inq̄ȝtum amat̃ efficit̃ delectabile. ſenſus aũt vt dr̄ in.i. metaphi. diligunt̃ ꝓpter duo. ſ. ꝓpter cognitõeȝ. ⁊ ꝓpter vtilitatem. vñ ⁊ vtroqȝ mõ ꝯtingit eſſe delectationem ſm ſenſum. Sed q2 apprehendere ipam cognitõeȝ tanq̄ȝ bonuȝ quoddã ꝓpriũ ē hoīs. ideo prime delectationes ſenſuũ que. ſ. ſunt ſm cognitionem ſunt ꝓprie hominum. delectationes autem ſenſuum inq̄ȝtum diligunt̃ ꝓpter vtilitateȝ ſunt communes omnibus animalibus. Si igit̃ loquamur de delectatione ſenſus que ē ratione cognitionis. manifeſtum ē ꝙ ſm viſum eſt maior delectatio q̄ȝ ſm aliquẽ alium ſenſum. Si autem loquamur de delectatione ſenſus que eſt rõne vtilitatis. ſic maxime delectatio ē ſm tactum. vtilitas.n. ſenſibilium attendit̃ ſm ordinem ad cõſeruationem nature animalis. ad hanc autem vtilitatem ꝓpinquius ſe habent ſenſibilia tactus. Eſt.n. tactus cognoſcitiuus eorum ex quibus cõſiſtit animal. ſ. calidi ⁊ frigidi. ⁊ humidi. ⁊ ſicci. ⁊ hmõi. vñ ſm hoc delectationes q̄ ſunt ſm tactum ſunt maiores. quaſi fini ꝓpinquiores. ⁊ ꝓpter hoc etiam animalia alia que non habent delectationem ſm ſenſum niſi ratione vtilitatis. non delectant̃ ſm alios ſenſus niſi in ordine ad ſenſibilia tactus. Necqȝ.n. odoribus leporum canes gaudent. ſed cibatione. necqȝ leo voce bouis. ſed comeſtione. vt dr̄ in.iij. ethi. Cum igit̃ delectatio tactus ſit maxima ratione vtilitatis. delectatio autem viſus ratione cognitionis. ſi quis vtramqȝ comparare velit. inueniet ſimpliciter delectationem tactus eſſe maiorem delectatione viſus. ſm ꝙ conſiſtit infra limites ſenſibilis delectationis. quia manifeſtum ē ꝙ id quod eſt naturale. in vnoquoqȝ ē potentiſſimum. hmõi autem delectationes tactus ſunt ad quas ordinant̃ concupiſcẽtie naturales. ſicut cibi ⁊ venerea ⁊ hmõi. Sed ſi conſideremus delectationes viſus ſm ꝙ viſus deſeruit intellectui. ſic delectationes viſus erunt potiores ea ratione qua ⁊ intelligibiles delectationes ſunt potiores ſenſibilibus. ¶ Ad.i. ergo dd̄. ꝙ gaudium ſicut ſupra dictum ē. ſignificat animalem delectationem. ⁊ hoc maxime ptinet ad viſum. ſed delectatio naturalis magis ptinet ad tactum ¶ Ad.ij. dd̄ ꝙ viſus maxime diligit̃ ꝓpter cognitionem. eo ꝙ multas reȝ driãs nobis oñdit. vt ibidem dr̄. ¶ Ad.iij. dd̄. ꝙ alio mõ delectatio eſt cã amoris carnalis. ⁊ alio mõ viſio. nam delectatio ⁊ maxīe q̄ ē ſm tactum eſt cã amicitie delectabilis p modũ finis. viſio aũt ē ſinis ſic vñ ē principiũ motus. inq̄ȝtũ p viſum amabilis imprimit̃ ſpẽs rei q̄ allicit ad amãdũ. ⁊ ad ꝯcupiſcẽdũ eius delectationem.

## Ad ſeptimum ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ nulla delectatio ſit innaturał. Delectatio.n. in affectib9 aīe ꝓportionat̃ q̄eti in corpib9. ſȝ appetit9 corpis naturał nõ q̄ſcit niſi in loco ꝯnaturali. ergo nec q̄es appetit9 aīał q̄ ē delectatio põt eſſe niſi in aliq̄ ꝯnaturali. nulla ergo delectatio ē nõ naturał. ¶ Pre. illud qḋ ē ꝯ naturã ē violẽtũ. ſȝ oē violẽtũ ē ꝯtriſtãs. vt dr̄ in.v. metaphi. ergo nihil qḋ ē ꝯ naturã ē delectabile. ¶ Pre. ꝯſtitui in ꝓpriã naturaȝ cũ ſentit̃ cauſat delectatõeȝ. vt pȝ in diffinitõe pħi ſup̄ poſita. ſȝ ꝯſtitui in naturã vnicuiqȝ ē naturale. q2 mot9 naturał ē qui ē ad terminũ naturalẽ. ergo oīs delectatio ē naturał. ¶ Sȝ ꝯ ē qḋ pħs dic̃ in.vij. ethi. ꝙ q̄dã delectatões ſunt egritudines ⁊ ꝯ naturã. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ naturale dr̄ qḋ eſt ſm naturã. vt dr̄ in.ij. phi. natura aũt in hoīe duplr̄ ſumi põt. Uno mõ put intellectus ⁊ rõ ē potiſſime hoīs natura. q2 ſm eã hõ in ſpẽ ꝯſtituit̃. ⁊ ſm hoc naturales delectationes hoīm dici pñt. q2 ſunt in eo qḋ ꝯuenit ei ſm rõnem ſic delectari in ꝯteplatõe veritatis. ⁊ in actib9 virtutũ ē naturale hoī. Alio mõ põt ſumi natura in hoīe ſm ꝙ diuidit̃ rõi. ſ. id qḋ ē cõe hoī ⁊ aliis. ꝓcipue qḋ rõi nõ obedit. ⁊ ſm hoc ea q̄ ptinẽt ad ꝯſuatõeȝ corpis vel ſm indiuiduũ vt cib9. potus. lectus. ⁊ hmõi. vel ſpẽm. ſic venereoȝ viſus dicunt̃ hoī delectabilia naturaliter. ſm vtraſqȝ aũt delectationes ꝯtingit aliq̄s eſſe innaturales ſimplr̄ loquẽdo. ſed cõnaturales ſm q̄d. Contingit.n. in aliq̄ indiuiduo corrumpi aliqḋ principioȝ naturalium ſpeciei. ⁊ ſic id quod eſt contra naturam ſpeciei fieri p accidens naturale huic indiuiduo. ſicut huic aque calefacte eſt naturale ꝙ calefaciat. Ita igitur contingit ꝙ id quod eſt contra naturam hominis vel q̄ȝtum ad rationem. vel q̄ȝtum ad corpis conſeruationem fiat huic homini connaturale ꝓpter aliquaȝ corruptionem nature in eo exiſte. que quidem corruptio põt eſſe vel ex pte corpis. ſicut ex egritudine. ſicut febricitantibus dulcia videntur amara ⁊ econuerſo. ſiue ꝓpt̃ malam complexionem. ſicut aliqui delectantur in comeſtione terre vel carbonum vel aliquorum hmõi. vel etiam ex pte anime. ſicut ꝓpter ꝯſuetudinem aliqui delectantur in comedendo homines. vel in coitu beſtiarum. aut maſculorum. aut aliorum hmõi. que ſunt ſm naturam humanã. Et p hoc pȝ rñſio ad obiecta.

## Ad octauũ ſic proceditur

Videt̃ ꝙ delectationi non ſit delectatio contraria. Paſſiones enim anime ſpeciem ⁊ contrarietatem recipiũt ſm obiectum. obiectum autem delectationis eſt bonum. cum igit̃ bonum non ſit contrarium bono. ſed bonum malo cõtrarietur. ⁊ malum malo. vt dr̄ in predicamentis. videtur ꝙ delectatio non ſit contraria delectationi. ¶ Pre. vni ē contrarium vnum. vt probatur in.x. metaphi. ſed delectationi eſt contraria delectatio. nõ ergo delectatõi ē ꝯ̃ria delectatio. ¶ Pre. ſi delectationi eſt contraria delectatio. hoc non eſt niſi propter contrarietatem eorum in quibus aliquis delectatur. ſed hec differentia eſt materialis. contrarietas autem eſt differentia ſecundum formam. vt dicitur in.x. metaphi. ergo contrarietas non eſt delectationis ad delectationem. ¶ Sed contra. ea que ſe impediunt in eodem genere exiſtentia ſecundum philoſophum ſunt cõtraria. ſed quedam delectationes ſe inuicem impediunt. vt dr̄ in.x. ethic. ergo aliq̄ue delectationes ſunt contrarie. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ delectatio in affectõibus anime. ſic dictũ eſt. ꝓportionant̃ quieti in corpib9 naturalib9. dicunt̃ aũt due q̄etes eẽ ꝯ̃rie q̄ ſunt in ꝯtrariis terminis. ſic q̄es q̄ ē ſub

ſum ei que eſt deorſum. vt dꝛ in. x. phiſi. vnde ⁊ contingit in affectibus anime duas delectationes eſſe contrarias. Ad. i. ḡ dd. ꝙ verbū illud pħi eſt intelligendū ſm ꝙ bonum ⁊ malū accipit̃ in v̄tutibꝰ ⁊ vitijs. nam inueniunt̃ duo contraria vitia. nō autem inuenit̃ virtus contraria v̄tuti. In alijs autem nihil ꝓhibet duo bona eſſe ad inuicem contraria. ſicut calidum ⁊ frigidum. quoꝝ vnum eſt bonum igni. alterum aque. Et p̲ hunc modum delectatio pōt eſſe delectationi contraria. ſed hoc in bono v̄tutis eē non pōt. quia bonum v̄tutis non accipit̃ niſi p̲ conuenientiam ad aliquid vnum. ſ. ad rōnem. Ad. ij. dd. ꝙ delectatio ſe habet in effectibus ſicut quies naturalis in corporibus. eſt. n. in aliquo conuenienti ⁊ quaſi connaturali. triſticia autem ſe habet ſicut quies violenta. triſtabile. n. repugnat appetitui animali. ſicut locus quietis violente appetitui naturali. quieti autem naturali opponitur ⁊ quies violenta eiuſdem corpis. ⁊ quies naturalis alterius. vt dꝛ in. vi. phi. vñ delectationi opponit̃ ⁊ delectatio ⁊ triſticia. Ad. iij. dd. ꝙ ea in quibus delectamur cum ſint obiecta delectationis. nō ſolum faciunt differentiam materialem. ſed etiam formalem ſi ſit diuerſa rō delectabilitatis. diuerſa. n. rō obiecti diuerſificat ſpēz act' vel paſſionis. vt ex ſup̄ dictis p3. Queſtio. XXXII.

# Deinde ꝯſiderandū

eſt de cauſis delectatōnis. Et circa hoc q̄runt̃ octo. Primo vtꝝ opatio ſit cā ꝓpria delectationis. Scdo vtꝝ motus ſit cā delectationis. Tertio vtrū ſpes ⁊ memoria. Quarto vtꝝ triſticia. Quinto vtꝝ actiones alioꝝ ſint nobis delectatōis cā. Sexto vtꝝ bn̄facere alteri ſit cā delectatōnis. Septimo vtꝝ ſilitudo ſit cā delectationis. Octauo vtꝝ admiratio ſit cauſa delectatōis

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ opatio nō ſit ꝓpria ⁊ prima cā delectatōis. vt. n. pħs dicit in. i. rhet. Delectari conſiſtit in hoc ꝙ ſenſus aliquid patiat̃. requirit̃. n. ad delectationem cognitio ſicut dictum eſt. ſed p̲ prius ſunt cognoſcibilia obiecta operationum q̄3 ipſe opationes. ergo opatio nō eſt ꝓpria cā delectationis. Pret. delectatio potiſſime conſiſtit in fine adepto. hoc. n. eſt quod p̄cipue concupiſcit̃. ſed non ſp̲ opatio eſt finis. ſed qñq3 ipſm opatum. non ergo opatio eſt ꝓpria ⁊ p̲ ſe cā delectationis. Pret. ocium ⁊ quies dicunt̃ p̲ ceſſationem opationis. hec autem ſunt delectabilia. vt dꝛ in. i. rheto. non ergo opatio eſt ꝓpria cā delectationis. Sed contra eſt quod pħs dicit in. vij. ⁊ x. ethi. ꝙ delectatio eſt opatio connaturalis ⁊ non impedita. Rñ. dd. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. ad delectationem duo requiruntur. ſ. conſecutio boni conuenientis. ⁊ cognitio huiōi adeptionis. vtrunq3 autem horum in quadam opatione conſiſtit. Nam actualis cognitio opatio quedam eſt. ſimiliter bonum conueniens adipiſcimur aliqua opatione. ipſa etiam opatio ꝓpria eſt quoddam bonum conueniens. vnde oportet ꝙ omnis delectatio aliquam opationem conſequatur. Ad. i. ergo dd. ꝙ ipſa obiecta opationum non ſunt delectabilia. niſi inq̄3tum coniungunt̃ nobis. vel per cognitionem ſolam. ſicut cum delectamur in ꝯſideratione vel inſpectione aliquoꝝ. vel quocunq3 alio mō ſil' cum cognitione. ſicut cum aliquis delectat̃ in hoc ꝙ cognoſcit ſe habere q̄dcunq3 bonū. puta diuitias. vel honorē. vel aliq̄d huiōi. q̄ q̄dem nō eſſent delectabilia niſi inq̄3tum apprehendunt̃ vt habita. vt. n. pħs dicit in. ij. politi. Magnā delectatōez h3 putare aliq̄d ſibi ꝓpꝛium. q̄ ꝓcedit ex naturali amore alicuius ad ſeipm. habere aūt huiōi nihil eſt aliud q̄3 vti eis. vel poſſe vti. ⁊ hoc eſt p̲ aliquā opationē. vñ manifeſtū eſt ꝙ oīs delectatio in opatōez reducit̃ ſicut in cā3. Ad. ij. dd. ꝙ etiā in illis in quibus opationes nō ſunt fines ſ3 opata. ipſa opata ſunt delectabilia inq̄3tū ſunt habita vel facta. qd̄ refert̃ ad aliquē vſum vel opationem. Ad. iij. dd. ꝙ opatōes ſunt delectabiles inq̄3tū ſunt ꝓportionate ⁊ ꝯnaturales opanti. cū aūt v̄tus hūana ſit finita ſm aliquā menſurā opatio eſt ſibi ꝓportionata. vñ ſi excedat illā menſurā. iā nō erit ſibi ꝓportionata nec delectabilis. ſ3 magis laborioſa ⁊ accidiās. ⁊ ſm hoc ocium. ⁊ ludus ⁊ alia q̄ ad quietē ptinēt delectabilia ſunt. inq̄3tū auferunt triſticiam q̄ eſt ex labore.

## Ad ſcdm ſic proceditur.

Videt̃ ꝙ motus nō ſit cā delectatōis. q2 ſicut ſup̄ dictū eſt. bonū p̄ntialiter adeptū eſt cā delectatōis. vñ pħus in vij. ethi. dicit. ꝙ delectatio nō compat̃ generationi. ſ3 operationi rei iam exñtis. id autem qd̄ mouet̃ ad aliud nondū h3 illud. ſed quodāmō eſt in via generationis reſpectu illius ſm ꝙ omni motui adiungit̃ generatio ⁊ corruptio. vt dꝛ in. viij. phi. ergo motus non eſt cā delectationis. Pre. motus p̄cipue laborem ⁊ laſſitudinē inducit in opibus. ſed opationes ex hoc ꝙ ſunt laborioſe ⁊ laſſantes non ſunt delectabiles ſed magis afflictiue. ergo motus nō eſt cā delectationis. Pre. motus importat innouationem quādam que opponit̃ ꝯſuetudini. ſed ea q̄ ſunt conſueta ſunt nobis delectabilia. vt pħs dicit in. i. rhetoꝛ. ergo motus non eſt cā delectationis. Sed contra eſt qd̄ Aug⁹. dicit in. viij. confeſſ. Quid eſt hoc dñe deus meus cum tu in eternum tibiipſe ſis gaudium. ⁊ q̄dam de te circa te ſp̲ gaudeant. ꝙ hec rerum p̲s alterno defectu ⁊ ꝓfectu offenſionibus ⁊ conciliationibus gaudet. Ex quo accipit̃ ꝙ homines gaudent ⁊ delectant̃ in quibuſdam alternationibus. ⁊ ſic motus videt̃ eſſe cā delectationis. Rñ. dd. ꝙ ad delectatōez tria requirunt̃. ſ. duo q̄ꝝ ē ꝯiūctio delectabil'. ⁊ tertiū qd̄ ē cognitio h⁹ ꝯiūctōis. ⁊ ſm hec tria mot⁹ efficit̃ delectabil'. vt pħs dic in. vij. ethi. ⁊ in. i. rheto. Nā ex p̲te noſtra q̄ delectamur. trāſmutatio efficit̃ nobis delectabilis. ꝓpter hoc ꝙ natura nr̄a trāſmutabil' ē. ⁊ ꝓpter hoc qd̄ ē nobis conueniēs nūc. nō erit conueniēs poſtea. ſic caleſieri ad ignē eſt conueniēs hoī in hyeme. nō aūt in eſtate. Ex p̲te v̄o boni delectātis qd̄ nobis coniungit̃ fit etiā tranſmutatio delectabil'. q2 actio ꝯtinuata alic⁹ agētis auget effectum. ſicut quanto aliquis diutius appropinquat igni magis caleſit ⁊ deſiccatur. naturalis autem habitudo in quadam menſura conſiſtit. ⁊ ideo quando continuata p̄ſentia delectabilis ſuperexcedit menſuram naturalis habitudinis efficitur remotio eius delectabilis. Ex parte vero ipſius cognitionis. quia homo deſiderat cognoſcere aliquod totum ⁊ perfectum. cum ergo aliqua non poterunt apprehendi tota ſimul. delectat in his tranſmutatio vt vnum tranſeat ⁊ alterum ſuccedat. ⁊ ſic totum ſentiatur. Unde Auguſtinus dicit in. viij. confeſſio. Non vis vti q̄3 ſtare ſyllabam. ſed tranſuolare vt alie veniant ⁊ totum audias. Ita ſemper omnia ex quibus vnum aliquid conſtat. ⁊ non ſunt omnia ſimul plus delectant omnia q̄3 ſingula ſi poſſint ſentire omnia. Si ergo ſit aliqua res cuius natura ſit tranſmutabilis. ⁊ nō poſſit in ea fieri exceſſus naturalis habitus p̲ ꝯtinuatōez delectabil'. ⁊ q̄ poſſit totū ſuū delectabile ſimul intueri. nō erit eis tranſmutatio

delectabilis. ⁊ q̈to aliq̄ delectationes plus ad hoc excedūt tanto plus continuari poſſunt. Ad .i. ḡ dō. ꝙ id qđ mouet̄ ⁊ ſi nōdū hēat pfecte id ad qđ mouet̄. icipit tn̄ iā aliquid habere eiꝰ ad qđ mouet̄. ⁊ ſm hoc ipē motus hꝫ aliq̄d delectatōis. deficit tn̄ ad delectatōis pfectōe. nā pfectiores delectatōes ſunt in reb̄ imobilib̄. motus etiā efficit̄ delectabil'. inq̈tū p ipm fit aliq̄d ɔueniēs qđ prius cōueniēs nō erat. vel deſinit eē. vt ſup dictū eſt. Ad .ij. dō. ꝙ motus laborē ⁊ laſſitudinē induc̄ ſm ꝙ trāſcēdit habitudinē naturalē. ſic aūt motus nō ē delectabil'. ſꝫ ſm ꝙ remouent̄ ɔ̄ria hitudinis natural'. Ad .iij. dō. ꝙ id qđ ē ɔſuetū efficit̄ delectabile inq̈tū efficit̄ naturale. nā ɔſuetudo ē q̄ſi altera natura. motus aūt ē delectabil'. nō quidē q̄ recedit̄ a ɔſuetudine. ſꝫ magis ſm ꝙ p ipm impedit̄ corruptio natural' hitudinis q̄ poſſet ꝓuenire ex aſſiduitate alicꝰ opatōis. ⁊ ſic ex eadē cā ɔnaturalitatis efficit̄ conſuetudo delectabilis ⁊ motus.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videt̄ ꝙ mēoria ⁊ ſpes nō ſint cāe delectatōnis. Delectatio .n. ē ď bono pn̄ti. vt Damaſ. dic̄. ſꝫ mēoria ⁊ ſpes ſunt de abſn̄ti. ē .n. mēoria p̄teritoꝝ. ſpes ďo futuroꝝ. ḡ mēoria ⁊ ſpes nō ſunt cā delectatōis. Pre. idē nō eſt cā ɔ̄rioꝝ. ſꝫ ſpes eſt cā afflictōis. dr̄ .n. Prouerb. xiij. Spes q̄ differt̄ affligit aīaꝫ. ḡ ſpes nō ē cā delectatōis. Pre. ſic ſpes ɔuenit cū delectatōe in eo ꝙ ē de bono. ita etiā ⁊ ɔcupiā ⁊ amor. nō ḡ magis dꝫ aſſignari ſpes cā delectatōis q̈ ɔcupiſcētia vel amor. Sꝫ ɔ̄ eſt qđ dr̄ Ro. xij. Spe gaudētes. Et in ps. Mēor fui dei ⁊ delectatus ſum. Rn̄. dō. ꝙ delectatio cauſat̄ ex pn̄tia boni conuenientis ſm ꝙ ſentit̄ vel q̄litercunqꝫ ꝑcipit̄. Eſt aūt aliquid pn̄s nobis dupliciter. Uno mō ſm cognitionem. put. ſ. cognitum eſt in cognoſcente ſm ſuā ſilitudinem. Alio mō ſm rem. put. ſ. vnum alteri realiter coniungit̄ vel actu vel potentia. ſm quemcunqꝫ coniunctōis modum. Et quia maior eſt coniunctio ſm rem q̈ ſm ſimilitudinem que eſt coniunctio conditionis. Item maior eſt coniunctio rei in actu q̈ in potentia. ideo maxima eſt delectatio q̄ fit p ſenſum. qui requirit pn̄tiam rei ſenſibilis. ſecundum autem gradum tenet delectatio ſpei. in qua non ſolum eſt delectabilis coniunctio ſm apprehenſionem. ſed etiam ſm facultatem vel poſſibilitatem adipiſcendi bonū qđ delectat. tertium autē gradum tenet delectatio mēorie. q̄ habet ſolam coniunctōnem apprehenſionis. Ad .i. ergo dō. ꝙ ſpes ⁊ memoria ſunt quidem eoꝝ q̄ ſunt ſimpl'r abſn̄tia. q̄ tn̄ ſm qđ ſunt pn̄tia. ſ. vel ſm apprehenſionem ſolam. vel ſm apprehenſionem ⁊ facultatem ad minus eſtimatā. Ad .ij. dō. ꝙ nihil ꝓhibet idem ſm diuerſa eſſe cām ɔ̄rioꝝ. ſic igit̄ ſpes inq̈tum hꝫ pn̄tē eſtimationē boni futuri delectatōeꝫ cauſat. inq̈tum aūt caret pn̄tia eius cauſat afflictōeꝫ. Ad .iij. dō. ꝙ amor ⁊ ɔcupia delectatōeꝫ cauſant. omne .n. amatū fit delectabile amanti. eo ꝙ amor ē q̄dā vnio vel connaturalitas amātis ad amatū. ſil'r etiā omne ɔcupitū eſt delectabile ɔcupiſcēti. cum ɔcupia ſit ꝑcipue appetitus delectationis. ſed tn̄ ſpes inq̈tū importat quādam certitudinē realis pn̄tie boni delectātis quā nō importat. nec amor nec ɔcupia. ſpes magis ponit̄ cā delectatōis q̈ illa. ⁊ ſil'r magis q̈ mēoria q̄ eſt de eo qđ iam tranſit.

## Ad quartum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ triſticia nō ſit cā delectatōis. Contrariū .n. nō ē cā ɔ̄rij. ſꝫ triſticia contrariat̄ delectatōi. ḡ nō eſt cā delectationis. Pre. contrarioꝝ cōtrarij ſunt effectus. ſꝫ delectabilia mēorata ſunt cā delectatōis. ḡ triſticia memorata ſunt cā doloris ⁊ nō delectatōis. Pre. ſic ſe hꝫ triſticia ad delectatōeꝫ. ita odiū ad amorē. ſꝫ odiū nō ē cā amoris. ſꝫ magis ecōuerſo. vt ſup dictū ē. ḡ triſticia nō ē cā delectatōis. Sꝫ ɔ̄ eſt qđ in ps dr̄. Fuerūt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Per panē aūt refectio delectationis intelligit̄. ḡ lachryme q̄ ex triſticia oriunt̄ pn̄t eſſe delectatōis cā. Rn̄. dō. ꝙ triſticia pōt dupl'r ɔſiderari. vno mō ſm ꝙ ē in actu. alio mō ſm ꝙ eſt in mēoria. ⁊ vtroqꝫ mō triſticia pōt eſſe delectatōis cā. Triſticia quidē in actu exn̄tis ē cā delectatōnis inq̈tū facit mēoriā rei dilecte. de cuius abſn̄tia aliq̄s triſtat̄. ⁊ tn̄ de ſola eius apprehenſione delectat̄. mēoria aūt triſticie fit cā delectatōis ꝓpter ſubſequentem euaſionem. nā carere malo accipit̄ in rōne boni. vn̄ ſm ꝙ homo apprehendit ſe euaſiſſe ab aliquibus triſtibus ⁊ doloroſis accreſcit ei gaudij materia. ſm ꝙ Auguſ. dicit .xxij. de ci. dei. ꝙ ſepe leti triſtium meminimus. ⁊ ſani doloꝝ ſine dolore. ⁊ inde amplius leti ⁊ grati ſumꝰ. Et in .viij. ɔfeſſ. dicit. ꝙ q̈to maius fuit periculum in prelio tanto maius erit gaudium in triumpho. Ad .i. ergo dō. ꝙ contrarium q̄nqꝫ p accidens eſt cā contrarij. ſicut frigidum q̄nqꝫ calefacit. vt dr̄ in .viij. phi. ⁊ ſil'r triſticia p accidens eſt delectatōis cā inq̈tū fit p eā apprehenſio alicuꝰ delectabil'. Ad .ij. dō. ꝙ triſticia mēorata inq̈tuꝫ ſunt triſtia ⁊ delectabilibus contraria. nō cauſant delectatōeꝫ. ſꝫ inq̈tū ab eis hō liberat̄. ⁊ ſil'r mēoria delectabilium. ex eo ꝙ ſunt amiſſa. pōt cauſare triſticiā. Ad .iij. dō. ꝙ odium etiā p accñs pōt eſſe cā amoris. put. ſ. aliq̄ diligunt ſe inq̈tū conueniunt in odio vnius ⁊ eiuſdem.

## Ad quintum ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ actōes alioꝝ nō ſint nobis delectatōis cā. Cauſa .n. delectatōis eſt ꝓpriū bonū ɔiunctū. ſꝫ alioꝝ opatōnes ſunt nobis ɔiuncte. ḡ nō ſunt nobis cā delectationis. Pre. opatio eſt ꝓpriū bonū opantis. ſi igit̄ opatōes alioꝝ ſint nobis cā delectatōis. pari rōe oīa alia bona alioꝝ erūt nobis delectatōis cā. qđ pꝫ eſſe falſum. Pre. opatio eſt delectabilis inq̈tū ꝓcedit ex habitu nobis innato. vnde dr̄ in .ij. ethi. ꝙ ſignū generati habitus oportet accipe fientem in ope delectationem. ſed opatiōes alioꝝ nō ꝓcedūt ex habitibus qui in nobis ſunt. ſed interdum ex habitibus qui ſunt in opantibus. non ergo opationes aliorum ſunt nobis delectabiles. ſed ipſis opantibus. Sed contra eſt quod dr̄ in .ij. canoni. Iohā. Gauiſus ſum valde. quia inueni de filijs tuis ambulantē in veritate. Rn̄. dicendum ꝙ ſicut iam dictum eſt. ad delectionem duo requiruntur. ſcilicet conſecutio proprij boni. ⁊ cognitio proprij boni conſecuti. Tripliciter ergo operatio alterius poteſt eſſe delectationis cauſa. Uno modo inquantum per operationem alicuius conſequimur aliquod bonum. ⁊ ſecundum hoc operationes illorum qui nobis aliquod bonum faciunt ſunt nobis delectabiles. quia bene pati ab alio eſt delectabile. Alio modo ſecundum ꝙ per operationes aliorum efficitur nobis aliqua cognitio vel aliqua eſtimatio proprij boni. ⁊ propter hoc homines delectantur in hoc ꝙ laudantur vel honorantur ab alijs. quia ſcilicet per hoc accipiunt eſtimationem in ſeipſis aliquod bonum eſſe ⁊ quia iſta eſtimatio fortius generatur ex teſtimonio bonorum ⁊ ſapientum. ideo in horum laudibus ⁊ honoribus homines magis delectantur. Et quia adulator eſt apparens laudator. ꝓpter hoc etiam adulatiōes q̄buſdam

ſunt delectabiles. Et q̄ꝛ amoꝛ ẽ alicꝰ boni ⁊ admiratio eſt
alicuius magni. idcirco amari ab alijs ⁊ in admiratõe ha-
beri ẽ delectabile inq̄ꝝtum ꝑ hoc fit hoĩ eſtimatio ꝓprie bo-
nitatis vel magnitudinis in quibꝰ aliquis delectaꝛ. Ter
tio mõ inq̄ꝝtum ipſe opationes alioꝝ ſi ſint bone eſtimanꝛ
vt bonũ ꝓpriũ. ꝓpter vim amoris qui facit eſtimare amicũ
q̄ꝛi eundẽ ſibi. ⁊ ꝓpter odiũ qḋ facit eſtimare bonũ alterius
eẽ ſibi ꝯtrium efficiꝛ mala opatio inimici delectabilis. vñ
dꝛ. i. ad Corinth. xiij. q̄ charitas nõ gaudet ſup̄ iniquita-
te. ꝯgaudet aũt veritati. ¶ Ad. i. ergo dḋ. q̄ opatio alteriꝰ
põt eſſe mihi ꝯiuncta vel ꝑ effectũ ſicut in primo mõ. vel ꝑ
apprehenſionẽ ſicut in ſcḋo mõ. vel ꝑ affectionẽ ſicut in ter-
tio mõ. ¶ Ad. ij. dḋ. q̄ rõ illa ꝓcedit q̄ꝝtum ad tertiũ mo-
dum. non aũt q̄ꝝtum ad duos primos. ¶ Ad. iij. dḋ. q̄
opationes alioꝝ ⁊ ſi non ꝓcedãt ex habitibus qui in me
ſunt. cauſant tñ in me aliquid delectabile. vel faciũt mihi
eſtimationem ſiue apprehenſionem ꝓprij habitus. vel ꝓce
dũt ex habitu illius qui ẽ vnũ mecũ ꝑ amorem.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videꝛ q̄ benefacere alteri nõ ſit delectatõnis cã. Delecta-
tio. n. cauſaꝛ ex conſecutione ꝓprij boni. ſicut ſup̄ dictũ eſt.
ſed benefacere nõ ꝑtinet ad ꝯſecutionem ꝓprij boni. ſꝫ ma
gis ad emiſſionem. ergo magis videꝛ eſſe cã triſticie q̄ꝫ de-
lectationis. ¶ Pre. phꝰs dicit in. iiij. ethi. q̄ illiberalitas
connaturalioꝛ eſt hoibus q̄ꝫ ꝓdigalitas. ſed ad ꝓdigalita-
tem ꝑtinet bñfacere alijs. ad illiberalitatem aũt ꝑtinet de
ſiſtere a bñfaciendo. cum ergo opatio ꝯnaturalis ſit dele-
ctabilis vnicuiq̄ꝫ. vt dꝛ in. vij. ⁊. x. ethi. videꝛ q̄ benefacere
alijs non ſit cauſa delectationis ¶ Pre. contrarij effectus
ex contrarijs cauſis ꝓcedunt. ſed quedam que ꝑtinẽt ad
malefacere ſunt naturaliter hoĩ delectabilia. ſicut vincere
redarguere. vel increpare alios. ⁊ etiam punire q̄ꝝtum ad
iratos. vt dicit phꝰs in. i. rhe. ergo benefacere magis ẽ cã
triſticie q̄ꝫ delectatõis. ¶ Sed ꝯ eſt qḋ phꝰs dicit in. ij. po
litico. q̄ largiri ⁊ auxiliari amicis aut extraneis ẽ delecta-
biliſſimum. ¶ Rñ. dḋ. q̄ hoc ipſum qḋ eſt bñfacere alteri
põt tripl'r eſſe delectationis cã. Vno mõ ꝑ cõpationem
ad effectũ quod eſt bonũ in altero ꝯſtitutũ. ⁊ ſm hoc inq̄ꝝ
tum bonũ alterius reputamus quaſi noſtrum bonum ꝓ-
pter vnionẽ amoris. delectamur in bonis quod ꝑ nos fit
alijs. ꝓcipue amicis. ſicut in bono ꝓprio. Alio mõ ꝑ opa-
tionem ad finem. ſicut cum aliquis ꝑ hoc quod alteri be-
nefacit ſperat ꝯſequi aliquod bonum ſibiipſi. vel a deo vel
ab hoĩe. ſpes aũt delectatõis eſt cã. Tertio mõ ꝑ compa-
tionẽ ad principiũ. ⁊ ſic hoc qḋ eſt bñfacere alteri põt eẽ de
lectabile ꝑ compationem ad triplex principium. Quoꝝ
vnũ eſt facultas bñfaciendi. ⁊ ſm hoc bñfacere alteri fit
delectabile inq̄ꝝtum ꝑ hoc fit hoĩ q̄dã imaginatio abun-
dantis boni in ſeipſo exñtis ex quo poſſit alijs communica
re. ⁊ ideo homines delectanꝛ in filijs ⁊ opibus ꝓprijs ſicut
quibus cõmunicant ꝓprium bonum. Aliud principium ẽ
habitus inclinans. ſm quem benefacere fit alicui conna-
turale. vnde liberales delectabiliter dant alijs. Tertium
principium eſt motiuum. puta cum aliquis mouetur ab
aliquo quem diligit ad benefaciendum alicui. omnia. n.
que facimus vel patimur ꝓpter amicum delectabilia ſunt
quia amoꝛ precipua cã delectationis eſt. ¶ Ad. i. ḡ dḋ. q̄
emiſſio inq̄ꝝtum eſt indicatiua ꝓprij boni eſt delectabilis.
ſed inq̄ꝝtum euacuat ꝓprium. bonum põt eſſe contriſtabi
lis. ſicut qñ eſt immoderata. ¶ Ad. ij. dḋ. q̄ ꝓdigalitas
hꝫ immoderatam emiſſionem. que repugnat nature. ⁊ iõ
ꝓdigalitas dꝛ eſſe contra naturã. ¶ Ad. iij. dḋ. q̄ vincere
redarguere ⁊ punire nõ eſt delectabile inq̄ꝝtũ ſunt in ma-
lum alterius. ſed inq̄ꝝtũ ꝑtinent ad ꝓprium bonum quod
plus homo amat q̄ꝫ odiat malum alterius. vincere. n. eſt
delectabile naturaliter inq̄ꝝtũ ꝑ hoc fit eſtimatio ꝓprie ex-
cellentie. ⁊ ꝓpter hoc omnes ludi in quibus ẽ concertatio.
⁊ in quibus põt eẽ victoria ſunt maxĩe delectabiles ⁊ vl'r
oẽs ꝯcertatões ſm q̄ hñt ſpem victorie. Redarguere aũt
⁊ increpare põt eſſe dupl'r delectatõis cã. Vno mõ inq̄ꝝ-
tũ facit hoĩ imaginationẽ ꝓprie ſapiẽ ⁊ excellẽtie. increpa
re. n. ⁊ corripe eſt ſapientũ ⁊ maioꝝ. Alio mõ ſm q̄ aliq̄s
increpãdo ⁊ rephendendo alteri bñfacit qḋ ẽ delectabile.
vt dictũ eſt. irato autẽ eſt delectabile punire inq̄ꝝtũ videꝛ
remouere apparentẽ minoratõez. q̄ videꝛ eẽ ex p̄cedenti le
ſione. cũ. n. aliquis ẽ ab alio leſus. videꝛ ꝑ hoc ab alio mi
noratus eẽ. ⁊ ideo appetit ab hac minoratõez liberari ꝑ re
tributionẽ leſionis. Et ſic pꝫ q̄ bñfacere alteri ꝑ ſe põt eſ
ſe delectabile. ſed malefacere alteri nõ eſt delectabile niſi
inq̄ꝝtum videꝛ ꝑtinere ad ꝓpriũ bonũ.

## Ad ſeptimum ſic procedit

Videꝛ q̄ ſilitudo nõ ſit cã delectatõis. Principari. n. ⁊ p̄
eſſe q̄dã diſſilitudinẽ importat. ſꝫ principari ⁊ p̄eſſe na-
turaliter ẽ delectabile. vt dꝛ in. i. rhe. ḡ diſſilitudo magꝭ
eſt cã delectatõis q̄ꝫ ſilitudo. ¶ Pre. nihil magis ẽ diſſi-
mile delectatõi q̄ꝫ triſticia. ſꝫ illi q̄ patiunꝛ triſticiã maxĩe
ſequunꝛ delectatões. vt dꝛ in. vij. ethi. ḡ diſſilitudo ẽ ma
gis cã delectatõis q̄ꝫ ſilitudo. ¶ Pre. illi qui ſunt repleti
aliquibus delectabilibus nõ delectanꝛ in eis. ſed magis
faſtidiunt ea. ſicut pꝫ in repletõe ciboꝝ. nõ ergo ſilitudo
eſt delectationis cã. ¶ Sed contra ẽ q̄ ſilitudo eſt cauſa
amoris. vt dictũ eſt ſup̄. amor aũt eſt cã delectationis. er-
go ſilitudo eſt cã delectationis. ¶ Rñ. dḋ. q̄ ſilitudo ẽ q̄-
dã vnitas. vñ id qḋ eſt ſile inq̄ꝝtũ eſt vnũ ẽ delectabile ſi
cut ⁊ amabile. vt ſup̄ dictũ eſt. ⁊ ſiquidem id qḋ eſt ſile ꝓ
priũ bonũ nõ corrũpat ſꝫ augeat. eſt ſimpl'r delectabile. pu
ta hõ hoĩ. ⁊ iuuenis iuueni. ſi vero ſit corruptiuũ ꝓprij bo-
ni. ſic ꝑ accñs efficiꝛ faſtidioſum vel ꝯtriſtãs. nõ quidem
inq̄ꝝtũ eſt ſile ⁊ vnũ. ſꝫ inq̄ꝝtũ corrũpit id quod eſt magis
vnũ. q̄ aũt aliquid ſile corrũpat ꝓpriũ bonũ ꝯtingit dupl'r.
Vno mõ. q̄ꝛ corrũpit menſurã ꝓprij boni ꝑ quendam ex-
ceſſum. bonũ. n. ꝓcipue corpale. vt ſanitas in quadã ꝯmẽ-
ſuratione ꝯſiſtit. ⁊ ꝓpter hoc ſupabundãtes cibi vel q̄li
bet delectatões corpales faſtidiunꝛ. Alio mõ ꝑ directam
contrarietatẽ ad ꝓpriũ bonũ. ſicut figuli abhominanꝛ alios
figulos. non inq̄ꝝtũ ſunt figuli. ſꝫ inq̄ꝝtũ ꝑ eos amittũt ex
cellentiam propriam. ſiue proprium lucrum que appetũt
ſicut proprium bonum. ¶ Ad primum ergo dicendum.
q̄ cum ſit quedam communicatio principantis ad ſubie
ctum. eſt ibi quedam ſimilitudo. tamen ſecundum quan-
dam excellentiam. eo q̄ principari ⁊ preeſſe pertinent ad
excellentiam proprij boni. ſapientum enim ⁊ meliorum ẽ
principari ⁊ preeſſe. vnde per hoc fit homini ꝓprie bonita
tis imaginatio. vel quia per hoc q̄ homo principaꝛ ⁊ p̄eſt
alijs benefacit. quod eſt delectabile. ¶ Ad ſecundum di-
cendum q̄ id in quo delectaꝛ triſtatus. ⁊ ſi nõ ſit ſimile tri
ſticie. eſt tamen ſimile homini contriſtato. quia triſticie cõ
trariantur proprio bono eius qui triſtaꝛ. ⁊ ideo appetitur
delectatio ab his qui in triſticia ſunt. vt conferens ad ꝓ-
prium bonum. inq̄ꝝtũ eſt medicatiua ꝯtrarij. ⁊ iſta ẽ cã q̄
re delectationes corpales quibus ſunt contrarie q̄dã tri-
ſticie magis appetunꝛ q̄ꝫ delectatões itellectuales q̄ nõ hñt

ↄrietatē triſticie. vt īfra dicet̄. Exinde etiā ē ꝙ oīa aīalia naturalit̄ appetūt delectatōēʒ. q2 ſp aīal laborat p ſenſuʒ ⁊ motū. ⁊ ꝓpter hoc etiā iuuenes maxīe delectatōes appetūt ꝓpter multas trāſmutatōes in eis exiſtes. dū ſunt in ſtatu augmēti. ⁊ etiā melācolici vehemēter appetūt delectatōes ad expellendū triſticiā. q2 corpus eoꝝ q̄ı ꝑuo hūore corro dit̄. vt dr̄ in. vij. ethi. Ad. iij. dd̄. ꝙ bona corꝑalia in qua dā mēſura ↄſiſtūt. ⁊ iō ſuperexceſſus ſiliū corrumpit pro prium bonū. ⁊ ꝓpter hoc efficit̄ faſtidioſum ⁊ ↄtriſtās inq̄ꝫ tum ↄriat̄ bono ꝓprio hoīs.

## Ad octauū ſic procedit̄ur

Videt̄ ꝙ admiratio nō ſit cā delectatōis. Admiratio .n. eſt ignorāns nature. vt Damaſ. dic̄. ſꝫ ignorātia nō eſt dele ctabilis. ſꝫ magis ſcīa. g̃ admiratio nō eſt cā delectationis. Pre. Admiratio eſt principiū ſapīe q̄ı via ad inquirē dum veritatē. vt dr̄ in principio metaphi. ſꝫ delectabilius ē ↄtēplari iā cognita q̄ꝫ inquirere ignota. vt ph̄us dicit in x. ethi. cū hoc habeat difficultatē ⁊ impedimentū. illud aūt nō habeat. delectatio aūt cauſat̄ ex oꝑatōe nō impedita. vt dr̄ in. vij. ethi. g̃ admiratio nō eſt cā delectationis. ſꝫ ma gis delectationem impedit. Pre. vnuſquiſq; in ↄſuetiſ delectat̄. vñ oꝑatōes habituum ꝑ ↄſuetudinē acquiſitoꝝ ſunt delectabiles. ſꝫ ↄſueta non ſunt admirabilia. vt dicit Aug⁹. ſuꝑ Johā. g̃ admiratio ↄriat̄ cauſe delectatōis. Sed contra eſt qd̄ ph̄s dicit in. i. rhē. ꝙ admiratio ē de lectatōis cā. Rñ. dd̄. ꝙ adipiſci deſiderata ē delectabi le. vt ſuꝑ dictum eſt. ⁊ ideo q̄ꝫto alicuius rei amate ma gis accreſcit deſiderium. tāto magis ꝑ adeptionem accre ſcit delectatio. ⁊ etiam in ipſo augmento deſiderij fit aug mentum delectationis ſm̄ ꝙ fit etiā ſpes rei amate. ſicut ſu ꝑ dictum eſt ꝙ ipm̄ deſiderium ex ſpe eſt delectabile. Eſt autem admiratio deſiderium quoddam ſciendi. quod in homine ↄtingit ex hoc ꝙ videt effectum ⁊ ignorat cauſam vel ex hoc ꝙ cā talis effectus excedit cognitionem aut fa cultatem ipſius. ⁊ ideo admiratio eſt cā delectationis inq̄ꝫ tum hꝫ adiunctam ſpem ↄſequendi cognitionem eius qd̄ ſcire deſiderat. ⁊ ꝓpter hoc omnia admirabilia ſunt delec tabilia. ſicut que ſunt rara. ⁊ oēs repñtationes reꝝ etiam qui in ſe non ſunt delectabiles. Gaudet .n. anima in col latione vnius ad alterum. quia ↄferre vnum alteri ē pro prius ⁊ ↄnaturalis actus rōnis. vt ph̄us dicit in ſua poe tria. ⁊ ꝓpter hoc etiam liberari a magnis ꝑiculis magis ē delectabile. quia eſt admirabile. vt dr̄ in. i. rhetoꝛ. Ad i. ergo dd̄. ꝙ admiratio nō eſt delectabilis inq̄ꝫtum hꝫ ig norantiam. ſed inq̄ꝫtum hꝫ deſiderium adipiſcendi cām. ⁊ inq̄ꝫtum admirans aliquid nouum addiſcit. ſ. talem eē quem nō eſtimabat. Ad. ij. dd̄. ꝙ delectatio duo hꝫ. ſ. quietem in bono. ⁊ huiōi quietis ꝑceptionem. Quantum igit̄ ad primum cum ſit ꝑfectius ↄtemplari veritatem co gnitam q̄ꝫ inquirere ignotam. ↄtemplationes rerum ſci tarum ꝑ ſe loquendo ſunt magis delectabiles q̄ꝫ inquiſi tiones reꝝ ignotaꝝ. Tñ ꝑ accidens q̄ꝫtum ad ſcd̄m ↄtin git ꝙ inquiſitiones ſunt q̄nq; delectabiliores ſm̄ ꝙ ex ma iori deſiderio ꝓcedunt. deſiderium autem maius excitat̄ ex ꝑceptione ignorantie. vñ maxime homo delectatur in his que de nouo inuenit aut addiſcit. Ad. iij. dd̄. ꝙ ea que ſunt ↄſueta ſunt delectabilia ad oꝑandum inq̄ꝫtum ſunt quaſi cōnaturalia. ſed tñ ea q̄ ſunt rara pñt eſſe dele ctabilia. vel rōne cognitionis. quia deſiderat̄ eoꝝ ſcīa in q̄ꝫtum ſunt mira. vel rōne operationis. quia ex deſiderio magis inclinat̄ mens ad hoc ꝙ intenſe in nouitate oꝑet̄. vt dr̄ in. x. ethi. ꝑfectioꝛ .n. oꝑatio cauſat ꝑfectiorē delecta tionem.

Queſtio. XXXIII

Deinde ↄſiderādum ē de effectibꝰ delectatōis. Et circa hoc q̄runt̄ q̄ttuoꝛ. Primo vtꝝ delectatōnis ſit dilatare. Scd̄o vtꝝ delectatio cauſet ſui ſitim vel deſideriū. Ter tio vtꝝ delectatio impediat vſum rōnis. Quarto vtꝝ de lectatio ꝑficiat oꝑationem.

## Ad primum ſic ꝓceditur.

Videt̄ ꝙ dilatatio nō ſit effectꝰ delectatōis. Dilatatio .n. videt̄ ad amorē magis ꝑtinere. ſm̄ ꝙ dic̄ apl̄s. ij. ad Co rinth. vi. Coꝛ nr̄m dilatatū ē. Vñ ⁊ de p̄cepto charitatis in p̄s. dr̄. Latū mādatū tuū nimis. ſꝫ delectatio ē alia paſ ſio ab amore. g̃ dilatatio nō ē effectꝰ delectatōis. Pre. ex hoc ꝙ aliquid dilatat̄ efficit̄ capacꝰ ad recipiendū. ſꝫ re ceptio ꝑtinet ad deſideriū qd̄ ē rei nondū habite. g̃ dilata tio magis videt̄ ꝑtinere ad deſideriū q̄ꝫ ad delectatōnem. Pre. Cōſtrictio dilatationi opponit̄. ſꝫ ↄſtrictio videt̄ ad delectatōēʒ ꝑtinere. nā illd̄ ↄſtringimꝰ qd̄ firmit̄ volu mꝰ retinere. ⁊ tal̄ ē affectio appetitꝰ circa rē delectātē. g̃ di latatio ad delectatōēʒ ñ ꝑtiēt. Sꝫ ↄ ē qd̄ ad expſſionē gaudij dr̄. Eſa. vi. Videbis ⁊ afflues. ⁊ mirabit̄ ⁊ dilata bit̄ coꝛ tuū. Ipa etiā delectatio ex dilatatōe nomē accepit vt letīcia noīet̄. ſic ſuꝑ dictū ē. Rñ. dd̄. ꝙ latitudo ē q̄ dā dimēſio magnitudīs corꝑal. vñ ī affectōibꝰ aīe ñ niſi ſꝫ metaphorā dr̄. dilatatio āt dr̄ q̄ſi motꝰ ad latitudinē. ⁊ cōꝑetit delectatōi ſꝫ duo q̄ ad delectatōēʒ req̄rūt̄. q̄ꝝ vnū ē ex pte apph̄ēſiue v̄tutꝭ. q̄ apph̄ēdit ↄiūctōēʒ alicꝰ boni cō uenientis. ex hac āt apph̄ēſione apph̄ēdit ſe hō ꝑfectōēʒ q̄ꝫ dā adeptū. q̄ ē ſpūal̄ magnitudo. ⁊ ſm̄ hoc animꝰ hoīs dr̄ ꝑ delectatōēʒ magnificari ſeu dilatari. Aliud āt ē ex pte ap petitīe v̄tutꝭ. q̄ aſſētit rei delectabili. ⁊ ī ea q̄eſcit q̄dāmō ſe ꝑbēs ei ad eā īteriꝰ capiēdā. ⁊ ſic dilatat̄ affectꝰ hoīs ꝑ dele ctatōēʒ q̄ı ſe tradēs ad ↄtinēdū interiꝰ rē delectātē. Ad i. g̃ dd̄. ꝙ nihil ꝓhibet ī his q̄ dicūt̄ metaphorice idē di uerſis attribui ſm̄ diuerſas ſilitudīes. ⁊ ſm̄ hoc dilatatō ꝑtinet ad amorē rōe cuiuſdā extēſiōis. inq̄ꝫtū affectꝰ amā tis ad alios extēdit̄. vt curet ñ ſolū q̄ ſua ſunt ſꝫ q̄ alioꝝ. ad delectationem vō ꝑtinet dilatatio inq̄ꝫtum aliquid in ſe ipſo ampliatur. vt quaſi capacius reddatur. Ad. ij. dd̄. ꝙ deſiderium habet quidem aliquam ampliatōnem ex ima ginatione rei deſiderate. ſed multo magis ex pñtia rei iaꝫ delectantis. quia magis prebet ſe animus rei iam delectā ti q̄ꝫ rei non habite deſiderate. cum delectatio ſit finis deſiderij. Ad. iij. dd̄. ꝙ ille qui delectatur conſtringit quī dem rem delectantem dum ei fortiter inheret. ſed coꝛ ſuū ampliat vt ꝑfecte delectabili fruat̄.

## Ad ſcd̄m ſic procedit̄ur.

Videtur ꝙ delectatio non cauſet deſiderium ſuiipſius. Omnis enim motus ceſſat cum peruenerit ad quietem. ſed delectatio eſt quaſi quedam quies motus deſiderij. vt ſupra dictum eſt. ceſſat ergo motus deſiderij cum ad de lectationem peruenerit. non ergo delectatio cauſat deſide rium. Pre. Oppoſitum non eſt cauſa ſui oppoſiti. ſed delectatio quodammodo deſiderio opponitur ex par te obiecti nam deſiderium eſt boni non habiti. delectatio vero boni iam habiti. ergo delectatio non cauſat deſide riū ſuiipſiꝰ. Pre. faſtidiū deſiderio repugnat. ſꝫ delecta tio plerūq; cauſat faſtidium. nō g̃ facit ſui deſiderium.

¶ Sed ↄ̃ eſt qđ dñs dicit Jo.iiij. Qui biberit ex hac aq̃ ſi
tiet iterũ. Per aquã aũt ſignificat̃ ſm Aug⁹. delectatio cor
poralis. ¶ Rñ. dđ. q̃ delectatõ dupl'r põt ↄſiderari. vno mõ
ſm q̃ ẽ in actu. alio mõ ſm q̃ ẽ in mẽoria. Jtẽ ſitis vl' de
ſideriũ põt dupl'r accipi. vno mõ ꝓprie ſm q̃ importat ap
petitũ rei nõ habite. alio mõ cõiter ſm q̃ iportat excluſio
nẽ faſtidij. ſm igit̃ q̃ ẽ in actu delectatio nõ cãt ſitĩ vel de
ſideriũ ſuiipſius ꝑ ſe loquẽdo. ſ3 ſolũ ꝑ accñs. Si tñ ſitis
vel deſideriũ dicat̃ rei nõ habite appetitus. tũc delectatio
nõ cãt ſimpl'r ſitim vel deſideriũ. nã delectatio ẽ affectõ ap
petitus circa rẽ pñtẽ. ſ3 ↄtingit rẽ pñtẽ nõ ꝑfecte haberi. ⁊
hoc põt eẽ vel ex pte rei habite vel ex pte hñtis. ex pte qui
dem rei habite eo q̃ res habita nõ eſt tota ſil'. vñ ſucceſſi
ue recipit̃. ⁊ dũ aliquis delectat̃ in eo qđ h3. deſiderat po
tiri eo qđ reſtat. ſicut qui audit primã ptẽ verſus. ⁊ in hoc
delectat̃. deſiderat alterã ptẽ verſus audire. vt Aug⁹. dicit
iiij. ↄfeſſ. Et hoc mõ oẽs fere delectatões corpales faciunt
ſuiipſaꝝ ſitim quouſq3 ↄſummẽt̃. eo q̃ tales delectationes
ↄſequunt̃ aliquẽ motũ. ſic p3 in delectatõnib⁹ ciboꝝ. ex p
te aũt ipſius hñtis. ſicut cũ aliquis aliquã rẽ in ſe ꝑfectã
exñtẽ. nõ ſtatim ꝑfecte h3 ſ3 paulatim acq̃rit. ſic in mũdo
iſto ꝑcipiẽtes aliq̃d impfecte de diuina cognitõe delecta
mur. ⁊ ipſa delectatio excitat ſitim vel deſideriũ ꝑfecte cog
nitionis. ſm qđ põt intelligi qđ habet̃ Eccĩ. xxiiij. Qui
bibũt me adhuc ſitiẽt. Si vero ꝑ ſitim vel deſideriũ intel
ligat̃ ſola intẽtio affectus tollẽs faſtidiũ. ſic delectationes
ſpũales maxie faciũt ſitim vel deſideriũ ſuiipſaꝝ. delecta
tiones. n. corpales q2 augmẽtate vel incõtinuate faciunt
ſuperexcreſcentiã naturalis habitudinis. efficiunt̃ faſtidio
ſe. vt p3 in delectatõe ciboꝝ. ⁊ ꝓpter hoc qñ aliquis iam ꝑ
uenit ad ꝑfectũ in delectatõnib⁹ corpalib⁹. faſtidit eas. ⁊
qñq3 appetit aliq̃s alias. ſ3 delectatões ſpũales nõ ſuper
creſcũt naturalẽ habitudinẽ. ſ3 ꝑficiũt naturã. vñ cũ per
uenit̃ ad ↄſummatõe3 in ipſis tunc ſunt magis delectabi
les. niſi forte ꝑ accñs. inq̃ntum operationi ↄtemplatiue ad
iungunt̃ aliq̃ opatões virtutũ corpalium. q̃ ꝑ aſſiduitate3
opandi laſſant̃. Et ꝑ hunc modũ etiã põt intelligi qđ dr
Eccĩ. xxiiij. Qui bibit me adhuc ſitiet. q2 etiã de angelis
qui ꝑfecte deũ cognoſcũt ⁊ delectant̃ in ipſo. dr .i. Pe. i. q̃
deſiderãt in eũ ↄſpicere. Si vero ↄſideret̃ delectatio put ẽ
in mẽoria ⁊ nõ in actu. ſic ꝑ ſe nata eſt cãre ſuiipſius ſitim
⁊ deſideriũ. qñ. ſ. hõ redit ad illã diſpõnẽ in q̃ erat ſibi de
lectabile qđ pterijt. ſi vero immutatus ſit ab illa diſpõne
mẽoria delectationis nõ cauſat in eo delectatõe3 ſ3 faſtidi
um. ſic pleno exñti mẽoria cibi. ¶ Ad .i. ḡ dđ. q̃ qñ dele
ctatio ẽ ꝑfecta. tũc h3 oĩmodã quietẽ ⁊ ceſſat motus deſi
derij tendẽtis in nõ habitũ. ſ3 qñ impfecte habet̃. tũc non
oĩo ceſſat motus deſiderij tendẽtis in nõ habitũ. ¶ Ad .ij.
dđ. q̃ id qđ impfecte habet̃. ſm quid habet̃ ⁊ ſm q̃d non
habet̃. ⁊ iõ ſimul de eo põt eſſe ⁊ deſideriũ ⁊ delectatio. ¶
Ad .iij. dđ. q̃ delectationes alio mõ cauſant faſtidium. ⁊
alio mõ deſiderium. vt dictum eſt.

## Ad tertium ſic procedit

Videt̃ q̃ delectatio nõ impediat vſum rõis. q̃es. n. maxie
ↄfert ad debitũ rõis vſum. vñ dr in .vij. phi. q̃ in ſedendo
⁊ quieſcẽdo fit aĩa ſciẽs ⁊ prudẽs. Et Sap. viij. Jntrãs
in domũ meã ↄquieſcã cũ illa. ſ. ſapia. ſ3 delectatio eſt q̃dã
quies ḡ nõ impedit. ſed magis iuuat rõis vſum. ¶ Pre.
ea q̃ nõ ſunt in eodẽ etiã ſi ſint ↄ̃ria nõ ſe impediũt. ſ3 de
lectatio eſt in pte appetitiua. vſus aũt rõis in pte apphen
ſiua ḡ delectatio nõ impedit rõis vſum. ¶ Pre. qđ impe
dit̃ ab alio videt̃ quodãmõ tranſmutari ab ipſo. ſed vſus
apphenſiue virtutis magis mouet delectatõe3 q̃3 a dele
ctatione moueat̃. eſt. n. cã delectatõis. ḡ delectatio nõ im
pedit vſum rõis. ¶ Sed cõtra eſt qđ ph̃us dic̃ in .vi. ethi.
q̃ delectatio corrũpit exiſtimatõe3 prudentie. ¶ Rñ. dđ
q̃ ſicut dr in .x. ethi. delectatões ꝓprie adaugẽt opatões.
extranee vero impediũt. Eſt ḡ q̃dã delectatio q̃ habet̃ de ip
ſo actu rõis. ſicut cũ aliquis delectat̃ in ↄtemplãdo vel rõ
cinãdo. ⁊ tal' delectatio nõ impedit vſum rõis ſ3 adiuuat
q2 illud attentius opamur in q̃ delectamur. attẽtio autẽ
adiuuat opationẽ. ſ3 delectatões corpales impediũt vſu3
rõis triplici rõe. Primo quidẽ rõe diſtractõis. q2 ſic iam
dictũ eſt ad ea in quibus delectamur multũ attẽdimus.
cũ aũt intentio fortiter adheſerit alicui rei debilitat̃ circa
alias res. vel totaliter ab eis reuocat̃. ⁊ ſm hoc ſi delecta
tio corpalis fuerit magna. vel totaliter impediet vſum rõ
nis ad ſe intentionẽ animi attrahendo. vel multũ impedi
et. Scđo rõe ↄ̃rietatis. q̃dam. n. delectatões maxie ſuper
excedẽtes ſunt contra ordinẽ rõis. ⁊ ꝑ hũc modũ ph̃s dic̃
in .vi. ethi. q̃ delectationes corpales corrumpũt exiſtia
tionẽ prudẽtie. non aũt exiſtimationẽ ſpeculatiuã. cui de
lectatio nõ contrariat̃. puta q̃ triangulus h3 tres anglos
equales duobus rectis. ſm aũt primũ modũ vtrãq3 im
pedit. Tertio mõ ſm quandã ligationem. inq̃ntum. ſ. ad
delectationẽ corpalem ſequit̃ q̃dam tranſmutatio corpa
lis. maior etiã q̃3 in alijs paſſionibus q̃nto vehementius
afficit̃ appetitus ad rem pñtem q̃3 ad rem abſẽtem. hmõi
aũt corpales pturbatões impediũt vſum rõis. ſicut p3 in
vinolentis. qui hñt vſum rõis ligatum vel impeditũ. ¶
Ad .i. ergo dđ. q̃ delectatio corpalis h3 quidẽ quietẽ ap
petitus in delectabili. q̃ quies interdũ contrariat̃ rõi. ſed
ex pte corpis ſp̃ h3 tranſmutationem. ⁊ q̃ntum ad vtrũq3
impedit rõis vſum. ¶ Ad .ij. dđ. q̃ vis appetitiua ⁊ appre
henſiua ſunt quidẽ diuerſe ptes ſ3 vnius aĩe. ⁊ ideo cũ in
tentio aĩe vehementer applicet̃ ad actũ vnius impedit̃ ab
actu contrario alterius. ¶ Ad .iij. dđ. q̃ vſus rõnis requi
rit debitũ vſum imaginationis ⁊ aliaꝝ virium ſenſitiuaꝝ
que vtunt̃ organo corpali. ⁊ ideo ex tranſmutatõe corpa
li vſus rõis impedit̃ impedito actu virtutis imaginatiue ⁊
aliaꝝ ſenſitiuarum.

## Ad quartum ſic procedit.

Videt̃ q̃ delectatio non ꝑficiat opationem. Ois. n. hũa
na opatio ab vſu rõis dependet. ſed delectatio impedit v
ſum rõis. vt dictum eſt. ergo delectatio non ꝑficit ſed debi
litat opationem humanam. ¶ Pre. nihil eſt ꝑfectiuum
ſuiipſius vel ſue cauſe. ſed delectatio eſt opatio. vt dr .i. vij.
⁊ .x. ethi. quod oportet vt intelligat̃ vl' eſſentialiter vl' cau
ſaliter. ergo delectatio nõ ꝑficit opationem. ¶ Pre. ſi de
lectatio ꝑficit opationem. aut ꝑficit ipſam ſicut finis. aut
ſicut forma. aut ſicut agens. ſed nõ ſicut finis. quia opatio
nes nõ querunt̃ ꝓpter delectationem. ſed magis ecõuer
ſo. vt ſu ꝑ dictum eſt. nec iteꝝ ꝑ modum efficientis. q2 ma
gis opatio eſt cã efficiens delectatõnis. nec iteꝝ ſicut for
ma. nõ. n. ꝑficit delectatio opationem vt habitus quidam
ſm ph̃m in .x. ethi. delectatio ergo nõ ꝑficit opationem ¶
Sed contra eſt qđ dr ibidem. q̃ delectatio opationem ꝑ
ficit. ¶ Rñ. dđ. q̃ delectatio dupl'r opationem perficit.
Vno mõ ꝑ modum finis. nõ quidem ſm q̃ finis dr id ꝓ
pter qđ aliquid eſt. ſed ſm q̃ omne bonũ completiue ſup
ueniẽs põt dici finis. ⁊ ſm hoc dicit ph̃s in .x. ethi. q̃ dele
ctatio ꝑficit opatõe3 ſicut quidã ſupueniẽs finis. inq̃ntũ

ſ3 ſup hoc bonū qd̄ eſt opatio ſupuenit aliud bonū quod
ē delectatio. q̄ importat quietatōez appetitus in bono pre
ſuppoſito. Scd̄o mō ex pte cauſe agentis. nō q̄dē directe.
q2 pħs dic̄ in x. ethi. q' pficit opatōez delectatio. nō ſic̄ me
dicus ſanū. ſed ſic̄ ſanitas. indirecte aūt in q̄tū. ſ. agēs. q2
delectat̄ in ſua actōe. vehemētius attendit ad ipam. ⁊ dili
gentius eā opat̄. ⁊ ſm hoc dr̄ in x. ethi. q' delectatōnes ad
augēt pprias opatōes ⁊ impediūt extraneas. Ad. i. er
go dd̄. q' non oīs delectatio impedit actū rōnis. ſed delec
tatio corpalis q̄ nō conſequit̄ actū rōis. ſed actū concupi
ſcibilis qui p delectatōez auget̄. delectatio aūt q̄ conſequit̄
actū rōis fortificat rōis vſum. Ad. ij. dd̄. q' ſic̄ dr̄ in. ij.
phi. ɔtingit q' duo ſibi inuicē ſunt cā. ita q' vnū ſit cā ef
ficiens. ⁊ aliud cā finalis alterius. ⁊ p hūc modū opatio
cauſat delectatōez ſic̄ cā efficiens. delectatio aūt pficit opa
tionem p modū finis. vt dictum ē. Ad. iij. p3 reſpon
ſio ex dictis. Queſtio. XXXIIII.

# Deinde conſiderādū

eſt de bonitate ⁊ malicia delectatōnū. Et circa
hoc querunt̄ q̄tuor. Primo vtr̄ oīs delecta
tio ſit mala. Scd̄o dato q' nō. vtr̄ oīs delectatio ſit bona.
Tertio vtr̄ ali q̄ delectatio ſit optima. Quarto vtr̄ dele
ctatio ſit mēſura vel regula. ſm quā iudicet̄ bonū vel ma
lum in moralibus.

## Ad primum ſic pceditur

Videt̄ q' oīs delectatio ſit mala. Illud. n. qd̄ corrumpit
prudentiā ⁊ impedit rōis vſum. videt̄ eē ſm ſe malū. q2
bonum hoīs ē ſm rōnem eē. vt Diony. dic̄. iiij. cap. de di.
no. ſed delectatio corrūpit prudentiā ⁊ impedit rōis vſū
⁊ tāto magis q̄to delectatōes ſunt maiores. vñ in dele
ctatōnibꝫ venereis q̄ ſunt maxie. impoſſibile ē aliq̄d intel
ligere. vt dr̄ in. vij. ethi. Et Hiero. etiā dic̄ ſup Math. q'
illo tpe q̄ ɔiugales actus gerunt̄ pñtia ſancti ſpūs nō da
bit̄. etiā ſi ppheta videat̄ eē qui officio generatōis obſeq̄t̄.
g̃ delectatio ē ſm ſe malū. g̃ oīs delectatio mala. Pre.
illud qd̄ fugit vtuoſus ⁊ pſequit̄ aliq̄s deficiēs a vtute
videt̄ eē ſm ſe malū ⁊ fugiendū. q2 vt dr̄ in. x. ethi. vtuo
ſus ē quaſi menſura ⁊ regula hūanoꝝ actuū. Et apl's dic̄
i. ad Corinth. ij. Spūalis iudicat oīa. ſed pueri ⁊ beſtie in
quibus nō ē vtus pſequunt̄ delectatōnes. fugit autem
eas tpatus. g̃ delectatōnes ſm ſe ſunt male ⁊ fugiende.
Pre. vtus ⁊ ars ſunt circa difficile ⁊ bonum. vt dr̄ in. ij.
ethi. ſed nulla ars ordinata ē ad delectationem. g̃ delecta
tio nō eſt aliq̄d bonum. Sed ɔ eſt qd̄ in pſ. dr̄. Dele
ctare in dño. cum igit̄ ad nihil mali auctoritas diuina in
ducat. videt̄ q' nō oīs delectatio ſit mala. Rn̄. dd̄. q' ſi
cut dr̄ in x. ethi. Aliqui poſuerunt omnes delectatōes eē
malas. cuius rō videt̄ fuiſſe. q2 intentionem ſuam refere
bāt ad ſolas delectatōes ſenſibiles ⁊ corpales. q̄ ſunt ma
gis manifeſte. nā ⁊ in ceteris intelligibilia a ſenſibilibus
antiq̄ philoſophi nō diſtinguebāt. nec intellectū a ſenſu.
vt dr̄ in li. de aīa. Delectatōnes aūt corpales arbitrabant̄
dicendum omnes eſſe malas. vt ſic homines qui ad dele
ctationes immoderatas ſunt proni. a delectationibus ſe re
trahentes ad medium vtutis peruenirent. Sed hec eſtima
tio nō fuit conueniens. cum. n. nullus poſſit viuere ſine
aliqua ſenſibili ⁊ corpali delectatōe. ſi illi qui docent om
nes delectationes eē malas deſ'hendant aliquas delecta
tiones ſuſcipe magis homines ad delectationes erunt p
cliues exemplo opeꝝ. verboꝝ doctrina pretermiſſa. In opatio

nibus. n. ⁊ paſſionibꝫ hūanis in quibꝫ experientia plurimū
valet. magis mouēt exempla q̄3 vba. Dicendum ē g̃ ali
q̄s delectatōes eē bonas ⁊ aliquas eē malas. Eſt. n. dele
ctatio quies appetitiue vtutis in aliquo bono amato. ⁊ cō
ſequens aliquam opationem. Vñ huius rō duplex acci
pi pōt. Una quidem ex pte boni in quo aliquis quieſcens
delectat̄. bonū. n. ⁊ malū in moralibꝫ dr̄ ſm q' conuenit rō
ni vel diſcordat ab ea. vt ſup dictum ē. Sic in rebꝫ natura
libus aliquid dr̄ naturale ex eo q' nature conuenit. innatu
rale vero ex eo q' ē a natura diſcordans. Sic igit̄ in natu
ralibus ē quedam quies naturalis. que. ſ. ē ex eo quod cō
uenit nature. vt cum graue quieſcit deorſum. ⁊ quedā in
naturalis que ē in eo quod repugnat nature. ſic̄ cum gra
ue quieſcit ſurſum. Ita ⁊ in moralibus ē delectatio bōa.
ſm q' appetitus ſupior aut inferior requieſcit in eo quod
conuenit rōni. ⁊ quedam mala ex eo q' quieſcit in eo quod
a rōe diſcordat ⁊ a lege dei. Alia rō accipi pōt ex pte opa
tionum. quaꝝ quedam ſunt male. ⁊ quedam bone. opatō
nibus aūt magis ſunt affines delectatōnes que ſunt eis
coniuncte q̄3 ɔcupiſcentie que tpe eas pcedunt. vñ cum ɔcupiſc̄e
bonaꝝ opationum ſint bone. malaꝝ vero male. multo ma
gis delectationes bonaꝝ opationum ſunt bone. malaꝝ ve
ro male. Ad. i. g̃ dd̄. q' ſic̄ ſup dictum ē. Delectationes
que ſunt de actu rōnis non impediunt rōnem. neq3 corrū
punt prudentiā. ſed delectatōnes extranee cuiuſmōi ſunt
delectationes corpales. que q̄dem rōnis vſum impediūt
ſicut ſupra dictum ē. ⁊ p contrarietatem appetitus q̄ quie
ſcit in eo quod repugnat rōni. ⁊ ex hoc habet delectatio q'
ſit moraliter mala. vel ſm quādam ligationem rōnis. ſic̄
in concubitu coniugali. delectatio q̄3uis ſit in eo quod con
uenit rōni. tamen impedit rōis vſum pter corpalem trāſ
mutationem adiunctam. ſed ex hoc non ɔſequit̄ maliciā
moralem. ſic̄ nec ſomnus quo ligat̄ vſus rōnis. moraliter
ē malus ſi ſit ſm rōnem receptus. nam ⁊ ipa rō hoc habet
vt q̄nq3 rōnis vſus intercipiat̄. dicimus tamen q' hmōi li
gamentum rōnis ex delectatione in actu cōiugali. ⁊ ſi nō
habeat maliciam moralem. q2 nō ē peccatum mortale nec
veniale. puenit tamen ex quadā morali malicia. ſ. ex pec
cato primi parentis. nam hoc in ſtatu innocentie non erat
vt p3 ex his que in primo dicta ſunt. Ad. ij. dd̄. q' tpa
tus non fugit omnes delectatiōes. ſed immoderatas ⁊ rō
ni nō conuenientes. q' aūt pueri ⁊ beſtie delectatōes con
ſequunt̄. nō oñdit eas vlr eſſe malas. q2 in eis ē naturalis
appetitus a deo qui mouet̄ in id quod ē ei conueniēs.
Ad. iij. dd̄. q' nō oīs boni ē ars. ſed exterioꝝ factibiliū. vt
infra dicet̄. Circa opationes autem ⁊ paſſiones que ſunt
in nobis magis ē prudentia ⁊ vtus q̄3 ars. ⁊ tamen ali q̄
ars ē factiua delectationis. ſ. pulmentaria ⁊ pigmentaria
vt dr̄ in. vij. ethi.

## Ad ſcd̄m ſic proceditur.

Videt̄ q' oīs delectatio ſit bona. Sic̄. n. in principio di
ctum ē. bonū in tria diuidit̄. ſ. honeſtum vtile. ⁊ delectabi
le. ſ3 honeſtū omne ē bonū. ⁊ ſilr omne vtile. g̃ ⁊ omnis de
lectatio ē bona. Pre. Illud ſm ſe ē bonū qd̄ nō querit̄
pter aliud. vt dr̄ in. i. ethi. ſ3 delectatio nō q̄rit̄ pter aliō
ridiculū. n. videt̄ ab aliq̄ querere q̄re vult delectari. g̃ de
lectatio ē p ſe bona. ſed quod p ſe pdicat̄ de aliquo. vlr p
dicat̄ de eo. ergo omnis delectatio ē bona. Pre. Illud qd̄
ab oībus deſiderat̄ videt̄ eſſe p ſe bonum. nam bonum ē
qd̄ oīa appetūt. vt dr̄ in. i. ethi. ſ3 omnes appetūt aliquam
delectatōez. etiā pueri ⁊ beſtie. igit̄ delectatio ē ſ3 ſe bonū

omnis ergo delectatio ē bona. ¶ Sed ꝯ̄ ē quod dr̄ Pro
uer. ij. Qui letant̄ cū male fecerint ⁊ exultāt in rebus peſſi
mis. ¶ Rn̄. dc̄. ꝙ ſicut aliqui ſtoycoꝝ poſuerūt omnes de
lectationes eſſe malas. ita epycuri poſuerunt delectatōez
ſm̄ ſe eē bonam. ⁊ ꝑ ꝯñs delectationes omnes eē bonas.
qui et hoc decepti eē videnť. ꝙ nō diſtinguebant inter id
quod ē bonum ſimpl'r. ⁊ inter id quod ē bonum quo ad
hunc. Simpl'r quidem bonum eſt quod ſm̄ ſe bonum ē.
Contingit aūt quod nō ē ſm̄ ſe bonum eē huic bonum
dupl'r. Uno mō. q2 eſt ei conueniens ſm̄ diſpoſitionem
in qua nūc eſt. que tñ nō eſt naturalis. ſicut leproſo bonū
eſt qñq3 comedere aliqua venenoſa. que non ſunt ſimpl'r
conuenientia complexioni humane. Alio mō q2 id quod
non ē conueniens eſtimat̄ vt conueniens. Et q2 delectatō
ē quies appetitus in bono. ſi ſit bonum ſimpl'r illud in q̄
quieſcit appetitus. erit ſimpl'r delectatio. ⁊ ſimpl'r bona.
Si autem non ſit bonum ſimpl'r ſed quo ad hūc. tūc nec
delectatio eſt ſimpl'r ſed huic. nec ſimpl'r eſt bona ſed bona
ſm̄ quid. vel apparens bona. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ honeſtum
⁊ vtile dicunť ſm̄ rōnem. ⁊ ideo nihil ē honeſtum vel vti
le quod nō ſit bonum. delectabile autem dr̄ ſm̄ appetitum
qui qñq3 in illud tendit quod nō eſt conueniens rōni. ⁊
ideo nō omne delectabile ē bonum bonitate morali. que
attendit̄ ſm̄ rōnem. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ideo delectatio nō q̄
rit̄ ꝓpter aliud. quia ē quies in fine. finem autem contin
git eē bonum ⁊ malum. q̄uis nunq3 ſit finis niſi ſm̄ ꝙ ē
bonum quo ad hunc. ita etiam ē de delectatōne. ¶ Ad. iij.
dō. ꝙ hoc mō omnia appetunt delectationem ſicut ⁊ bo
num. cum delectatio ſit quies appetitus in bono ſed ſicut
contingit nō omne bonum quod appetit̄ eē ꝑ ſe ⁊ vere bo
nū. ita nō oīs delectatio ē ꝑ ſe ⁊ vere bona.

## Ad tertium ſic procedit̄

Uidet̄ ꝙ nulla delectatio ſit optimū. Nulla. n. generatio
eſt optimum. nam generatio nō pōt eſſe vltimus finis. ſ3
delectatio conſequit̄ generationem. nam ex eo ꝙ aliquid
conſtituit̄ in ſuam naturam delectat̄. vt ſupra dictum eſt.
ergo nulla delectatio pōt eſſe optimum. ¶ Pre. illud qđ
eſt optimum nullo addito pōt fieri melius. ſed delectatio
aliquo addito fit melior. eſt. n. melior delectatio cum vir
tute q̄3 ſine vtute. ergo delectatio nō eſt optimū. ¶ Pre.
id quod eſt optimum eſt vl'r bonum. ſicut ꝑ ſe bonū exñs
nam quod ē ꝑ ſe eſt prius ⁊ potius eo quod eſt ꝑ accidens
ſed delectatio nō eſt vl'r bonum vt dictum eſt. ergo dele
ctatio nō eſt optimum. ¶ Sed ꝯ̄. beatitudo eſt optimum
cum ſit finis humane vite. ſed beatitudo non ē ſine dele
ctatione. dr̄. n. in ps. Adimplebis me leticia cū vultu tuo.
delectationes in dextera tua vſq3 in finem. ¶ Rn̄. dō. ꝙ
Plato nō poſuit omnes delectationes eſſe malas ſic ſtoy
ci. neq3 omnes eſſe bonas ſicut epycuri. ſed quaſdam eſſe
bonas. ⁊ quaſdam eſſe malas. ita tamen ꝙ nullū ſit ſum
mum bonum vel optimum. ſed q̄tum ex eius rōibus dat̄
intelligi in duobus deficit. In vno quidem. quia cum vi
deret delectationes ſenſibiles ⁊ corꝑales in quodā motu
⁊ generatione conſiſtere. ſicut p3 in repletione ciborum.
⁊ hmōi. eſtimauit omnes delectationes conſequi genera
tionem ⁊ motum. vñ cum generatio ⁊ motus ſint act9 im
ꝑfecti ſequeret̄ ꝙ delectatio non haberet rōnem vltime
ꝑfectionis. ſed hoc manifeſte apparet falſum in delectatio
nibus intellectualibus. aliquis. n. non ſolum delectat̄ in
generatione ſcientie. puta cum addiſcit aut miraf. ſicut ſu
pra dictum eſt. ſed etiam in contemplando ſm̄ ſcientiam
iam acquiſitam. Alio vero mō. q2 dicebat optimum illud
quod eſt ſimpl'r ſummum bonum. quod. ſ. eſt ipm̄ bonū
quaſi abſtractum ⁊ non ꝑticipatum. ſicut ipſe deus ē ſum
mum bonum. nos autem loquimur de optimo in rebus
humanis. optimum autem in vnaquaq3 re eſt vltimus
finis. Finis autem vt ſup̄ dictum eſt dupl'r dr̄. ſ. ipſa res.
⁊ vſus rei. ſicut finis auari eſt vel pecunia. vel poſſeſſio pe
cunie. ⁊ ſm̄ hoc vltimus finis hominis dici pōt vel ipſe de
us qui eſt ſummum bonum ſimpl'r. vel fruitio ipſius que
importat delectationem quandam in vltimo fine. ⁊ ꝑ hūc
modum aliqua delectatio hominis pōt dici optimum in
ter bona humana. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ non omnis dele
ctatio conſequit̄ generationem. ſed alique delectationes
conſequunt̄ opationes ꝑfectas. vt dictum eſt. ⁊ ideo ni
hil ꝓhibet aliquam delectationem eſſe optimum. ⁊ ſi non
omnis ſit talis. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ rō illa ꝓcedit de optimo
ſimpl'r. ꝑ cuius ꝑticipationem omnia ſunt bona. vnde ex
nullius additione fit melius. ſed in alijs bonis vl'r veru3
eſt ꝙ quodlibet bonum ex additione alterius fit melius.
q̄uis poſſet dici ꝙ delectatio non eſt aliquid extraneū ab
opatōne vtutis ſed ꝯcomitans ipſam. vt in. i. ethi. dr̄. ¶
Ad. iij. dō. ꝙ delectatio nō habet ꝙ ſit optimum ex hoc ꝙ
eſt delectatio. ſed ex hoc ꝙ ē ꝑfecta quies in optīo. vñ non
oportet ꝙ oīs delectatio ſit optīa aut etiā bona. ſic aliqua
ſciā eſt optima. nō tñ omnis.

## Ad quartum ſic proceditur

Uidet̄ ꝙ delectatio nō ſit mēſura vel regula boni ⁊ mali
moralis. Oia. n. menſurant̄ primo ſui generis. vt dr̄ in. x.
metaphi. ſ3 delectatio nō eſt primū in genere moraliū. ſ3
ꝓcedūt ipſa3 amor ⁊ deſiderium. nō ḡ ē regula bonitatis ⁊
malicie in moralibus. ¶ Pre. Menſurā ⁊ regulā oportet
eſſe vniformē. ⁊ ideo motus qui ē maxīe vniformis ē mē
ſura ⁊ regula oīm motuum. vt dr̄ in. x. metaphi. ſed dele
ctatio ē varia ⁊ multiformis cum q̄dam eaꝝ ſint bone. ⁊
q̄dam male. ergo delectatio nō eſt menſura ⁊ regula mo
ralium. ¶ Pre. certius iudicium ſumit̄ de effectu ꝑ cau
ſam q̄3 econuerſo. ſed bonitas vel malicia opationis ē cā
bonitatis vel malicie delectationis. quia bone delectatio
nes ſunt que conſequunt̄ bonas opationes. male autem
que malas. vt dr̄ in. x. ethi. ergo delectationes non ſunt re
gula ⁊ menſura bonitatis ⁊ malicie in moralibus. ¶ Sz
contra eſt quod Aug9. dicit ſup illud ps. Scrutans corda
⁊ renes deus. Finis cure ⁊ cogitationis eſt delectatio ad
quam quis nitit̄ ꝑuenire. Et phs dicit in. vij. ethi. ꝙ dele
ctatio eſt finis architectoꝝ. i. principalis. ad quem reſpici
entes vnumquodq3 hoc quidem malum. hoc autem bo
num ſimpl'r dicim9. ¶ Rn̄. dō. ꝙ bonitas vel malicia mo
ralis principaliter in volūtate conſiſtit. vt ſup̄ dictum eſt.
vtrum autem voluntas ſit bona vel mala ꝑcipue ex fine
cognoſcit̄. id autem habet̄ ꝓ fine in quo voluntas quieſcit
quies autem voluntatis ⁊ cuiuſlibet appetitus in bono ē
delectatio. ⁊ ideo ſm̄ delectationem voluntatis humane
ꝑcipue iudicat̄ homo bonus vel malus. Eſt. n. bonus ⁊
virtuoſus qui gaudet in operibus virtutum. malus au
tem qui in operibus malis. delectationes autem appetit9
ſenſitiui non ſunt regula bonitatis vel malicie moralis. nā
cibus cōmuniter delectabilis eſt ſm̄ appetitum ſenſitiuū
bonis ⁊ malis. ſed voluntas bonoꝝ delectat̄ in eis ſm̄ cō
uenientiam rōnis. quam non curat voluntas maloꝝ. ¶
Ad. i. ḡ dō. ꝙ amor ⁊ deſideriū ſunt priora delectatōe in
via generatōis. ſ3 delectatio ē prior ſm̄ rōnem finis q̄ in

opꝛabilibus ſꝫ rōnem principij. a quo maxime ſumit̄ iu-dicium. ſicut a regula vel mēſura. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ oīs dele-ctatio in hoc ē vniformis ꝙ ē quies in aliq̄ bono. ⁊ ſꝫ hoc pōt eē regula vel mēſura. nā ille bonus ē cuius voluntas quieſcit in vero bono. malus aūt cuius volūtas quieſcit in malo. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ cum delectatio pficiat operationem p modum finis. vt ſup dictum ē. nō pōt eſſe opatio pfecte bona niſi etiam adſit delectatio in bono. nam bonitas rei dependet ex fine. ⁊ ſic quodammō bonitas delectatōis eſt cā bonitatis in opatione.

¶ Queſtio. XXXV

Deinde ꝯſiderādum eſt d̄ dolore ⁊ triſticia. Et circa hoc pꝛimū conſiderandum eſt de triſticia ſeu dolore ſm ſe. Scdō de cauſis eius. Tertio de effectibus ipſius. Quarto de remedijs. Quinto de bonitate vel malicia eiꝰ. Circa pꝛimum querunt̄ octo. Pꝛimo vtꝝ dolor ſit paſſio anime. Scdō vtꝝ triſticia ſit idem quod dolor. Tertio vtrum triſticia ſeu dolor ſit contraria delectationi. Quarto vtꝝ omnis triſticia omni delectationi cōtrariet̄. Quinto vtꝝ delectationi contemplationis ſit aliqua triſticia contraria. Sexto vtꝝ magis fugienda ſit triſticia q̄ꝫ delectatio appetenda. Septimo vtꝝ dolor exterior ſit maior q̄ꝫ dolor interior. Octauo de ſpēbus triſticie.

## Ad pꝛimum ſic pceditur.

Videt̄ ꝙ dolor nō ſit paſſio aīe. Nulla. n. paſſio aīe eſt in corpe. ſed dolor pōt eē in corpe. Dicit. n. Augꝰ. in. li. de vera reli. ꝙ dolor qui d̄r corpis eſt corruptio repentina ſalutis eius rei quam male vtendo anima corruptioni obnoxiauit. ergo dolor non eſt paſſio anime. ¶ Pꝛe. oīs paſſio ptinet ad vim appetitiuam. ſed dolor nō ptinet ad vi appetitiuam. ſed magis ad appꝛehenſiuam. Dicit. n. Augꝰ. in li. de natura boni. ꝙ dolorem in corpe facit ſenſus reſiſtens corpi potentioꝛi. ergo dolor nō eſt paſſio anime. ¶ Pꝛe. Omnis paſſio aīe ptinet ad appetitum animalem. ſed dolor nō ptinet ad appetitum aīalem. ſed magis ad appetitum naturalem. Dicit. n. Aug. viij. ſup Geñ. ad lram Niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura. nullius boni amiſſi eēt dolor in pena. ergo dolor non eſt paſſio anime. ¶ Sed ꝯ̄ ē ꝙ Augꝰ. xiiij. de ci. dei. ponit dolorē inter paſſiones anime. inducens illud Virgilij. Hinc metuūt cupiunt gaudentqꝫ dolentqꝫ. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut ad delectationem duo requirunt̄. ſ. coniunctio boni. ⁊ pceptio huiuſmodi coniunctionis. ita etiam ad dolorem duo requirunt̄. ſ. coniunctio alicuius mali quod ea rōne eſt malum, quia priuat aliquod bonum. ⁊ pceptio hm̄ōi coniunctionis. Quicquid autem coniungit̄. ſi nō habeat reſpectū eiꝰ cui coniungit̄ rōnem boni vel mali. non pōt cauſare delectationem vel dolorem. ex quo pꝫ ꝙ aliquid ſub rōne boni vel mali eſt obiectum delectationis ⁊ doloris. bonum aūt ⁊ malum inq̄ꝫtum hm̄ōi ſunt obiecta appetitus. vñ pꝫ ꝙ delectatio ⁊ dolor ad appetitum ptinent. omnis autē motus appetitiuus ſeu inclinatio conſequens appꝛehenſionē ptinet ad appetitum intellectiuum vel ſenſitiuum. Nam inclinatio appetitus naturalis non conſequit̄ appꝛehenſionem ipſius appetentis. ſed alterius. vt in pꝛimo dictuꝫ ē. Cū igit̄ delectatio ⁊ dolor pſupponāt in eodem ſubiecto ſenſum vel appꝛehenſionē aliquā. manifeſtū eſt ꝙ dolor ſicut ⁊ delectatio ē in appetitu intellectiuo vel ſenſitiō. oīs aūt motus appetitus ſenſitiui d̄r paſſio. vt ſup dictum ē. ⁊ pcipue illi q̄ in defectū ſonāt. vñ dolor ſm ꝙ ē in appetitu ſenſitiuo ꝓpꝛiiſſime d̄r paſſio aīe. ſic moleſtie corpales ꝓpꝛie paſſiones corpis dicunt̄. vñ ⁊ Aug. xiiij. de ci. dei. dolorē ſpāliter egritudinē noīat. ¶ Ad. i. g̊ dō. ꝙ dolor d̄r eē corpis. q2 cā doloris ē in corpe. puta cū patimur aliquod nociuū corpi. ſꝫ motus doloris ſp̄ ē in aīa. nā corpus non pōt dolere niſi dolēte aīa. vt Aug. dic. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ dolor d̄r eſſe ſenſus. nō q2 ſit actus ſenſitiue virtutis. ſꝫ q2 req̄rit̄ ad dolorē corpalē ſicut ad delectatōeꝫ. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ dolor de amiſſione boni demōſtrat bonitatē nature. nō q2 dolor ſit actus naturalis appetitus. ſꝫ q2 natura aliq̄d appetit vt bonū. quod cum remoueri ſentit̄. ſequit̄ doloris paſſio in appetitu ſenſitiuo.

## Ad ſcdm ſic pꝛoceditur.

Videt̄ ꝙ triſticia nō ſit dolor. Dic̄. n. Augꝰ. xiiij. de ci. dei ꝙ dolor in corpibus d̄r. Triſticia autem magis d̄r in aīa. ergo triſticia nō ē dolor. ¶ Pꝛe. Dolor nō eſt niſi de pñti malo. ſed triſticia pōt eē de p̄terito ⁊ de futuro. ſicut penitentia eſt triſticia de p̄terito ⁊ anxietas de futuro. g̊ triſticia omnino a dolore differt. ¶ Pꝛe. Dolor non videt̄ conſequi niſi ſenſum tactus. ſed triſticia pōt conſequi ex omnibus ſenſibus. ergo triſticia non eſt dolor. ſed ſe habet in pluribus. ¶ Sed contra eſt quod Aplſ dicit ad Ro. ix. Triſticia eſt mihi magna ⁊ cōtinuus dolor cordi meo. p eodem vtens triſticia ⁊ dolore. ¶ Rñ. dō. ꝙ delectatio ⁊ dolor ex duplici appꝛehenſione cauſari pñt. vel ex appꝛehenſione exterioꝛis ſenſus. vel ex appꝛehenſione interioꝛi ſiue intellectus ſiue imaginationis. Interior autem appꝛhenſio ad plura ſe extendit q̄ꝫ exterior. eo ꝙ quecunqꝫ cadunt ſub exterioꝛi appꝛehenſione. cadunt ſub interioꝛi. ſꝫ non ecōuerſo. Sola igit̄ illa delectatio que ex interioꝛi appꝛehenſione cauſat̄ gaudium nomīat̄. vt ſupra dictum eſt ⁊ ſimiliter ille ſolus dolor qui ex appꝛehenſione interioꝛi cauſat̄ noīat̄ triſticia. Et ſicut illa delectatio que ex exterioꝛi appꝛehenſione cauſat̄. delectatio quidem nominat̄. non autem gaudium. ita ille dolor qui ex exterioꝛi appꝛehenſione cauſat̄. nominat̄ quidem dolor. non autem triſticia. Sic igit̄ triſticia eſt quedam ſpecies doloris. ſicut gaudium delectationis. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ Augꝰ. loquit̄ ibi q̄ꝫtum ad vſum vocabuli. quia dolor magis vſitat̄ in corpoꝛalibus doloꝛibus qui ſunt magis noti q̄ꝫ in doloꝛib᷒ ſpiritualibus. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ſenſus exterior non pcipit niſi pñs. vis autem cognitiua interior pōt pcipere pñs. p̄teritum. ⁊ futurum. ⁊ ideo triſticia poteſt eē de pñti. p̄terito ⁊ futuro. dolor autem corpalis qui ſequit̄ appꝛehenſionē ſenſus exterioꝛis non pōt eē niſi de pñti. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ ſenſibilia tactus ſunt doloroſa nō ſolum inq̄ꝫtum ſunt improportionata virtuti appꝛehenſiue. ſed etiam inquātum contrariant̄ nature. alioꝝ vero ſenſuum ſenſibilia pñt quidem eſſe improportionata virtuti appꝛehenſiue. non tamē contrariant̄ nature niſi in ordine ad ſenſibilia tactus. vñ ſolus homo qui eſt animal pfectum in cognitōne delectat̄ in ſenſibilibus alioꝝ ſenſuū ſm ſe ipā. alia vero aīalia non delectant̄ in eis niſi ſm ꝙ referunt̄ ad ſenſibilia tactus. vt d̄r in. iij. ethi. ⁊ ideo de ſenſibilib᷒ alioꝝ ſenſuū nō d̄r eſſe dolor ſm ꝙ contrariat̄ delectatōi naturali. ſed magis triſticia que contrariat̄ gaudio animali. Sic igit̄ ſi dolor accipiat̄ p corpali dolore quod vſitatius eſt. dolor ex oppoſito diuiditur contra triſticiam ſecūdum diſtinctionem appꝛehenſionis interioꝛis ⁊ exterioꝛis. licet quantum ad obiecta delectatio ad plura ſe extendat q̄ꝫ dolor corpalis. Si vero dolor accipiat̄ communiter. ſic dolor eſt genus triſti-

tie. vt dictum eſt.

## Ad tertium ſic procedit

Uidet ꝙ dolor delectatõi nõ contrariet. Unũ. n. ꝯtrarioꝝ nõ ẽ cã alterius. ſ; triſticia põt eſſe cã delectatõnis. dr. n. Matth. v. Beati q̃ lugẽt. qm̃ ipi ꝯſolabunt. g̃ non ſunt contraria. ¶ Pre. Unũ cõtrarioꝝ nõ denoiat aliud. ſ; in quibuſdã ipe dolor vel triſticia ẽ delectabil'. ſic Aug⁹. dic̃ in iij. ꝯfeſ. ꝙ dolor in ſpectacul' delectat. Et. iiij. ꝯfeſ. dicit ꝙ fletus amara res ẽ. ⁊ tñ q̃nq; delectat. g̃ dolor nõ ꝯtrariat delectatõ. ¶ Pre. Unũ contrarioꝝ nõ eſt materia alteri⁹ q2 contraria ſimul eſſe nõ pñt. ſ; dolor põt eẽ materia delectatõis. Dicit. n. Aug. in li. de pnĩa. Sẽp penitẽs doleat. ⁊ de dolore gaudeat. Et phs dicit in. ix. ethi. ꝙ econuerſo malus dolet de eo qd̃ delectatus eſt. g̃ delectatõ ⁊ dolor nõ ſunt contraria. ¶ Sed contra eſt qd̃ Aug. dic̃. xiiij de ci. dei. ꝙ leticia eſt voluntas in eoꝝ ꝯſenſione que volumus. triſticia autem ẽ voluntas in diſſenſione ab his que volumus. ſed ꝯſentire ⁊ diſſentire ſunt contraria. ergo leticia ⁊ triſticia ſunt contraria. ¶ Rñ. dd̃. ꝙ ſicut phs dicit in. x. metaph. Contrarietas eſt dr̃ia ſcḋm formam. forma autem ſeu ſpẽs paſſionis ⁊ motus ſumit ex obiecto vel termino. vñ cum obiecta delectatõnis ⁊ triſticie ſeu doloris ſint contraria. ſ. bonum pñs. ⁊ malum pñs. ſequit ꝙ dolor ⁊ delectatio ſint contraria. ¶ Ad. i. g̃ dd̃. ꝙ nihil ꝓhibet vnum contrarioꝝ eſſe cãm alterius ꝑ accñs. ſicut aũt triſticia põt eſſe cã delectatõnis. Uno q̃dem mõ inq̃tum triſticia de abſñtia alicuius rei. vel de pñtia contrarij vehementius querit id in quo delectet. ſicut ſitiens vehemẽtius querit delectatõnem potus. vt remedium contra triſticiam quam patit. Alio mõ inq̃tum ex magno deſiderio delectatõis alic⁹ nõ recuſat aliq̃s triſticias ꝑferre vt ad illam delectatõnem ꝑueniat. ⁊ vtroq; mõ luctus pñs ad conſolatõe; future vite ꝑducit. q2 ex hoc ipſo ꝙ homo lug; ꝓ peccatis vel ꝓ dilatõne glorie meret conſolatõnem eternam. Sil' meret etiam eam aliquis ex hoc ꝙ ad ipſam conſequendam non refugit labores ⁊ anguſtias ꝓpter ipſam ſuſtinere. ¶ Ad. ij. dd̃. ꝙ dolor ipe põt eẽ delectabil' ꝑ accidens. inquantum ſc; habet adiunctam admiratõnem. vt in ſpectaculis. vel inquantum facit recordatõe; rei amate ⁊ facit ꝑcipe amorem eius de cuius abſentia dolet. vnde cum amor ſit delectabilis ⁊ dolor. ⁊ omĩa que ex amore cõſequunt. inquantum in eis ſentit amor ſunt delectabilia. ⁊ ꝓpter hoc etiam dolores in ſpectacul' pñt eſſe delectabiles inquantum in eis ſentit aliq̃s amor conceptus ad illos qui in ſpectacul' commemorant. ¶ Ad. iij. dd̃. ꝙ voluntas ⁊ rõ ſupra ſuos actus reflectunt. inq̃tum ipius actus voluntatis ⁊ rõnis accipiunt ſub rõe boni vel mali. ⁊ hoc mõ triſticia põt eẽ materia delectatõis vel econuerſo. non ꝑ ſe ſed ꝑ accñs. inq̃tum. ſ. vtrumq; accipit in rõe boni vel mali.

## Ad quartum ſic procedit

Uidet ꝙ oĩs triſticia delectatõi ꝯriet. Sicut. n. albedo ⁊ nigredo ſunt ꝯrie ſpẽs coloris. ita delectatio ⁊ triſticia ſũt ꝯrie ſpẽs aĩe paſſionũ. ſ; albedo ⁊ nigredo vl'r ſibi opponũtur. g̃ etiã delectatio ⁊ triſticia. ¶ Pre. Medicine ꝑ contraria fiũt. ſ; q̃libet delectatio ẽ medicina ꝯ q̃lib; triſticiam. vt p; ꝑ phm in. vij. ethi. g̃ q̃libet delectatio cuilibet triſticie ꝯriat. ¶ Pre. Contraria ſunt q̃ ſe inuicem impediunt. ſed q̃libet triſticia impedit q̃libet delectatõe;. vt p; ꝑ illud quod dr̃ in. x. ethi. g̃ q̃libet triſticia cuilibet delectationi ꝯriat. ¶ Sed. ꝯ. Contrarioꝝ non ẽ eadẽ cã. ſed ab eodẽ habitu ꝓcedit ꝙ aliq̃s gaudeat de vno ⁊ triſtet de oppoſito. ex charitate. n. ꝯtingit gaudere cũ gaudẽtibꝰ. ⁊ flere cũ flentibꝰ. vt dr̃ Ro. xij. g̃ nõ oĩs triſticia omĩ delectatõi ꝯriat. ¶ Rñ. dd̃. ꝙ ſicut dr̃ in. x. metaphi. Contrarietas eſt dr̃ia ſcḋm formam. forma autem ẽ ⁊ generalis. ⁊ ſpecialis. vñ contingit eẽ aliqua contraria ſcḋm formã generis. ſicut virtus ⁊ vitium. ⁊ ſcḋm formam ſpeciei. ſicut iuſticia ⁊ iniuſticia. Eſt autem conſiderandum ꝙ quedam ſpecificant ſcḋm formas abſolutas. ſicut ſubſtantie ⁊ qualitates. quedam vero ſpecificant ꝑ compatõnem ad aliq̃d extra. ſicut paſſiones ⁊ motus recipiunt ſpẽ; ex terminis ſiue ex obiectis. In his g̃ quoꝝ ſpẽs ꝯſiderant ſcḋm formas abſolutas. ꝯtingit q̃dẽ ſpẽs q̃ ꝯtinent ſub ꝯrijs generibꝰ nõ eẽ ꝯrias ſcḋm rõnem ſpẽi. nõ tñ ꝯtingit ꝙ habeãt aliquã affinitatẽ vel ꝯueniẽtiã ad inuicẽ. Intẽpantia. n. ⁊ iuſticia q̃ ſunt in ꝯrijs generibꝰ. virtute. ſ. ⁊ vitio. nõ ꝯriant ad inuicẽ ſcḋm rõnem ꝓprie ſpẽi. nec hñt aliquã affinitatẽ vel ꝯueniẽtiã ad inuicẽ. ſ; in ill' q̃ꝝ ſpẽs ſumunt ſcḋm habitudinẽ ad aliq̃d extrinſecũ. ꝯtingit ꝙ ſpẽs ꝯrioꝝ geneꝝ nõ ſolum nõ ſunt ꝯrie ad inuicẽ. ſ; etiã hñt quandã ꝯuenientiã ⁊ affinitatẽ. eo ꝙ eodẽ mõ ſe hñt ad ꝯria ꝯrietatẽ inducit. ſic accedere ad albũ ⁊ accedere ad nigꝝ hñt rõnẽ cõtrarietatis. ſ; cõtrario mõ ſe hñe ad contraria hñt rõnem ſilitudinis. ſicut recedere ab albo ⁊ accedere ad nigru;. ⁊ hoc maxĩe apparet in ꝯtradictõe q̃ ẽ principiũ oppoſitõis. na; in affirmatõe ⁊ negatõe eiuſdẽ ꝯſiſtit oppoſitio. ſicut albũ ⁊ nõ albũ. in affirmatõe autem vnius oppoſitoꝝ ⁊ negatione alterius attendit ꝯueniẽtia ⁊ ſilitudo. vt ſi dicam nigꝝ ⁊ nõ albũ. triſticia autem ⁊ delectatio cũ ſint paſſiones ſpecificant ex obiectis. ⁊ q̃dem ſcḋm genus ſuum contrarietatẽ hñt. nam vnũ ꝑtinet ad ꝓſecutionem. aliud vero ad fugã. q̃ ſe hñt in appetitu ſicut affirmatio ⁊ negatio in rõe. vt dr̃ in. vi. ethi. Et ideo triſticia ⁊ delectatio q̃ ſunt de eodẽ hñt oppoſitõnem ad inuicẽ ſcḋm ſpẽm. triſticia vero ⁊ delectatio de diuerſis. ſiq̃dem illa diuerſa nõ ſint diuerſa oppoſita ſ; diſperata. nõ hñt oppoſitõnem ad inuicem ſcḋm rõnem ſpẽi. ſed ſunt etiã deſperate ſicut triſtari de morte amici. ⁊ delectari in contemplatõe. Si vero illa diuerſa ſint contraria. tũc delectatio ⁊ triſticia nõ ſolum nõ hñt cõtrarietatem ſcḋm rõnem ſpẽi. ſed etiam hñt ꝯueniẽtiã ⁊ affinitatem. ſicut gaudere de bono. ⁊ triſtari de malo. ¶ Ad. i. g̃ dd̃. ꝙ albedo ⁊ nigredo nõ hñt ſpẽm ex habitudine ad aliq̃d exterius. ſicut delectatio ⁊ triſticia. vñ non ẽ eadem rõ. ¶ Ad. ij. dd̃. ꝙ genus ſumit ex materia. vt p; in. viij. metaphi. In accñtibus autem loco materie eſt ſubiectum. dictum eſt aũt ꝙ delectatio ⁊ triſticia contrariant ſcḋm gen⁹. ⁊ ideo in q̃libet triſticia eſt contraria diſpoſitio ſubiecti diſpoſitõi que ẽ in q̃libet delectatõne appetitus ſe h; vt acceptans id quod h;. in q̃libet autem triſticia ſe h; vt fugiens. ⁊ ideo ex ꝑte ſubiecti q̃libet delectatio eſt medicina contra quamlibet triſticiam. ⁊ q̃libet triſticia ẽ impeditiua cuiuſlibet delectatõis. ꝓpue tñ q̃ñ delectatio triſticie contrariat etiã ſcḋm ſpẽm. Unde p; ſolutio ad. iij. Uel aliter dd̃. ꝙ ⁊ ſi nõ oĩs triſticia contrariet oĩ delectatõi ſcḋm ſpẽ; tñ q̃tũ ad effectũ ꝯtrariat. nã ex vno ꝯfortat natura aĩal'. ex alio vero quodammõ moleſtat.

## Ad quintum ſic procedit

Uidet ꝙ delectatõi ꝯtemplatõis ſit aliq̃ triſticia contraria. Dic̃. n. aplſ. ij. ad Corinth. vij. Que ſcḋm deũ ẽ triſticia. pñia; in ſalutẽ ſtabilem opat. ſ; reſpicere ad deũ ꝑti

net ad ſupioꝛē rōnem. cuius eſt contemplatōe vacare. ſm Aug⁹. in. xij. de tri. g̃ delectatōi ꝯtemplatōis opponiť triſticia. ¶ Pre. Contrarioꝝ contrarij ſunt effectus. ſi g̃ vnum ꝯrioꝝ ꝯtemplatū eſt cā delectatōis aliud erit cā triſticie. ⁊ ſic delectatōi ꝯtemplatōis erit triſticia ꝯria. ¶ Pre. Sicͤ obm delectatōis eſt bonum. ita obiectum triſticie ē malū ſꝫ contemplatio pōt habere mali rōnem. Dic̄. n. pħs. i. xi. metaphi. ꝙ q̄dam inconueniens eſt meditari. g̃ contemplatōnis delectationi pōt eſſe contraria triſticia. ¶ Pre. Opatio q̄libet ſm ꝙ non eſt impedita eſt cā delectatōis. vt dꝛ in. vij. ⁊. x. ethi. ſꝫ opatio contemplatōis pōt multipliciter impediri. vel vt totaliter non ſit. vel vt cum difficultate ſit. ergo in contemplatōe pōt eſſe triſticia delectationi contraria. ¶ Pre. Carnis afflictio eſt cā triſticie. ſed ſic dꝛ Ecc̄. vl. Frequens meditatio carnis eſt afflictio. ergo contemplatio hꝫ triſticiam delectatōni contrariam. ¶ Sed contra eſt quod dꝛ Sap. viij. Non hꝫ amaritudinē conuerſatio illius. ſ. ſapie. nec tedium conuictus eius. ſed leticiam ⁊ gaudiū. ꝯuerſatio aūt ⁊ ꝯuictus ſapie ē ꝑ contemplatōeꝫ. g̃ nulla triſticia ē q̄ ſit contraria delectatōi contemplatōis. ¶ Rñ. dō. ꝙ delectatio contemplationis poteſt intelligi dupl'r. Uno modo ita ꝙ contemplatio ſit delectatōis cā ⁊ non obiectum. ⁊ tunc delectatio non ē de ipſa contemplatōe ſed de re contemplata. contingit autem contemplari aliquid nociuum contriſtans. ſicut ⁊ aliq̄d conueniens ⁊ delectans. vñ ſi ſic delectatio contemplationis accipiať. nihil ꝓhibet delectatōi contemplationis eſſe triſticiam contrariam. Alio modo pōt dici delectatio contemplationis. qꝛ contemplatio eſt eius obiectum ⁊ cauſa puta cū aliquis delectať de hoc ipſo quod contemplať. ⁊ ſic vt dic̄ Grego. nyceuus. ei delectationi que eſt ſm contēplationem non opponiť aliq̄ triſticia. Et hoc idem pħus dic̄ in. i. topic. ⁊ in. x. ethi. ſed hoc ē intelligendum ꝑ ſe loquendo. Cuius rō ē. qꝛ triſticia ꝑ ſe contrariať delectationi q̄ ē de contrario obiecto. ſic delectationi que ē de calore contrariať triſticia q̄ ē de frigore. Obiecto aūt ꝯtemplatōnis nihil ē ꝯriū. ꝯrioꝝ. n. rōes ſm ꝙ ſunt apprehenſe non ſunt ꝯrie. ſed vnum ꝯriū ē rō cognoſcēdi aliud. Uñ delectatōi q̄ eſt in ꝯtemplādo ꝑ ſe loquēdo nō pōt eē aliq̄ triſticia ꝯria. ſꝫ nec etiā hꝫ triſticiam annexā ſic corꝑales delectatōnes q̄ ſunt vt medicine q̄dam ꝯ aliq̄s moleſtias ſicut aliquis delectať in potu ex hoc ꝙ anxiať ſiti. qñ autē iam tota ſitis eſt repulſa. etiam ceſſat delectatio potus. delectatio. n. contemplatōnis non cauſať ex hoc ꝙ excludiť aliq̄ moleſtia. ſed ex hoc ꝙ eſt ſm ſeipſam delectabil'. non ē. n. generatio vt dictum eſt. ſed opatio quedam perfecta Per accidens autem admiſceť triſticia delectatōi apprehenſionis. ⁊ hoc dupl'r. Uno mō ex parte organi. alio mō ex impedimento apprehenſionis. Ex pte q̄dem organi admiſceť triſticia vel doloꝛ apprehenſioni. directe quidem in viribus apprehenſiuis ſenſitiue partis que habent organum corpoꝛale. vel ex ſenſibili quod eſt contrarium debite complexioni organi. ſicut guſtus rei amare. ⁊ olfactus rei fetide. vel ex continuitate ſenſibilis conuenientis. qđ per aſſiduitatem facit ſuperexcreſcentiam naturał habit⁹. vt ſupra dictum ē. ⁊ ſic reddiť apprehenſio ſenſibilis que pꝛius erat delectabil' tedioſa. ſed hec duo directe in ꝯtemplatōe mentis locum non habent. qꝛ mens non habet organum corꝑale. vñ dictum ē in auctoꝛitate inducta ꝙ nō hꝫ ꝯtemplatio mētis. nec amaritudinem. nec tedium. ſed qꝛ mens hūana vtiť in contemplando virib⁹ apprehenſiuis ſenſitiuis. in quaꝝ actib⁹ accidit laſſitudo. ideo indirecte admiſceť aliq̄ afflictio vl' doloꝛ ꝯtemplatōi. ſꝫ neutro mō triſticia contemplatōi adiuncta ꝑ accñs ꝯriať delectationi eius. Nā triſticia que ē de impedimēto contemplationis nō ꝯriať delectatōi ꝯtemplatōis. ſꝫ magis hꝫ affinitatem ⁊ ꝯuenientiā cū ipa. vt ex ſup dictis pꝫ. Triſticia vero vel afflictio que ē de laſſitudine corꝑali non ad idē genus referť. vñ eſt penitus diſpata. ⁊ ſic manifeſtum ē ꝙ delectatōi que ē de ipa contemplatōe nulla triſticia contrariať. nec adiungiť ei aliqua triſticia niſi ꝑ accidens.

¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ illa triſticia que ē ſm deum nō eſt de ipa contemplatōe mentis. ſed ē de aliquo quod mēs contemplať. ſ. de peccato quod mens conſiderat. vt ꝯriū delectatōi diuine. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ ea que ſunt contraria in reꝝ natura ſm ꝙ ſunt in mente non habent contrarietatem. non. n. rōnes contrarioꝝ ſunt contrarie. ſed magis vnum contrarium ē rō cognoſcendi aliud. ꝓpter quod ē vna ſcia contrarioꝝ. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ contemplatio ſm ſe nunq̄ hꝫ rōnem mali. cum contemplatio nihil aliud ſit q̄ conſideratio veri. quod eſt bonum intellectus. ſed ꝑ accñs tm̄ in q̄tum. ſ. contemplatio viliozis impedit contemplationem melioꝛis. vel ex parte rei contemplate. ad quam inoꝛdinate appetitus afficiť. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ triſticia que ē de impedimento contemplatōnis non contrariať delectationi contemplationis. ſed ē affinis. vt dictum ē. ¶ Ad. v. dō. ꝙ afflictio carnis ꝑ accñs ⁊ idirecte ſe hꝫ ad ꝯtemplationem mentis. vt dictū eſt.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videť ꝙ magis ſit fugienda triſticia q̄ delectatio appetenda. Dicit. n. Aug⁹. in li. lxxxiij. q. Nemo eſt qui nō magis doloꝛem fugiat q̄ appetat voluntatem. Illud autem in quod communiter omnia ꝯſentiunt videť eſſe naturale. ergo naturale ē ⁊ ꝯueniens ꝙ plus triſticia fugiať q̄ delectatio appetať. ¶ Pre. Actio contrarij facit ad velocitatem ⁊ intenſionem motus. aqua. n. calida citius ⁊ fortius congelať. vt dicit pħs in li. metheoꝛ. ſed fuga triſticie ē ex contrarietate contriſtantis. appetitus autem delectatōnis non eſt ex aliqua contrarietate. ſed magis ꝓcedit ex conuenientia delectantis. ergo maioꝛ eſt fuga triſticie q̄ appetitus delectationis. ¶ Pre. Q̄to aliquis ſm rōnem fortiori paſſioni repugnat. tanto laudabilioꝛ ē ⁊ ꝟtuoſioꝛ. qꝛ ꝟtus eſt circa difficile ⁊ bonum. vt dꝛ in. ij. ethico. Sed foꝛtis qui reſiſtit motui quo fugiť doloꝛ ē ꝟtuoſioꝛ q̄ temperat⁹ qui reſiſtit motui quo appeť delectatio. Dic̄. n. pħs in. i. rheto. ꝙ foꝛtes ⁊ iuſti maxime honoꝛanť. ergo vehementioꝛ ē motus quo fugiť triſticia q̄ motus quo appetiť delectatio. ¶ Sed contra. Bonum ē fortius q̄ malū. vt pꝫ p̄ Diony. iiij. c. de di. no. ſed delectatio ē appetibil' ꝓpter bonum quod ē eius obiectum. fuga autem triſticie ē ꝓpter malum. ergo fortioꝛ ē appetitus delectationis q̄ fuga triſticie. ¶ Rñ. dō. ꝙ ꝑ ſe loquendo appetitus delectationis ē fortioꝛ q̄ fuga triſticie. Cuius rō eſt. qꝛ cā delectationis ē conueniens bonum. cauſa autem doloꝛis ſiue triſticie ē aliquod malum repugnans. Contingit autem aliquod bonum eē ꝯueniens abſq̄ omni diſſonantia. nō autem pōt eſſe aliqđ malum totaliter abſq̄ omni ꝯueniētia repugnans. vñ delectatio pōt eſſe integra ⁊ pfecta. triſticia autem eſt ſꝑ ſm ptem. vñ naturaliter maioꝛ ē appetitus delectatōis q̄ fuga triſticie. Alia vero rō ē. qꝛ bonum qđ ē obiectū delectatōis ꝑ ſeipſm appeť. malū aūt qđ eſt obiectū triſticie ē fugiendū in q̄tum ē pꝛiuatio boni. qđ aūt ē ꝑ ſe potius ē illo qđ ē ꝑ accñs. ¶ etiā ſignū apparet

in motibꝫ naturalibus. nam omnis motus naturalis in-
tenſior eſt in fine cum appropinquat ad terminum ſue na-
ture conuenientem. q̄ in principio cum recedit a termino
ſue nature non conuenienti. quaſi natura magis tendat
in id quod eſt ſibi conueniens. q̄ fugiat in id quod eſt ſibi
repugnans. vnde ⁊ inclinatio appetitiue virtutis per ſe lo-
quendo vehementius tendit in delectationem q̄ fugiat
triſticiam. Sed per accidens contingit ꝙ triſticiam aliqꝰ
magis fugit q̄ delectationem appetat. ⁊ hoc tripl'r. Pri-
mo quidem ex parte apprehenſionis. quia vt Aug'. dicit
x. de tri. Amor magis ſentit̃ cum eum ꝓdit indigentia. ex
indigentia autem amati ꝓcedit triſticia. que eſt ex amiſſi-
one alicuius boni amati. vel ex incurſu alicuius mali con
trarij. delectatio autem non habet indigentiam boni ama
ti. ſed quieſcit in eo iam adepto. Cum igit̃ amor ſit cauſa
delectationis ⁊ triſticie. intanto magis fugit̃ triſticia q̄-
to magis ſentit̃ amor. ex eo ꝙ contrariat̃ amori. Secun-
do ex parte contriſtantis vel dolorem inferentis. que repu
gnat bono magis amato q̄ ſit bonum illud in quo delecta
mur. magis. n. amamus conſiſtentiam corporis natura-
lem q̄ delectationem cibi. ⁊ ideo timore doloris qui ꝓue
nit ex flagellis vel alijs hm̃oi. que contrariant̃ bone conſi
ſtentie corporis. dimittimus delectationem ciboꝝ vel alio
rum hm̃oi. Tertio ex parte effectus. ſ. inquantum triſti-
cia impedit non vnam, ſꝫ omnes delectationem. ſed omnes.

Ad. i. ergo dð. ꝙ illud quod Aug'. dicit. ꝙ dolor ma-
gis fugit̃ q̄ voluntas appetat̃. eſt verum ꝑ accidens ⁊ nõ
per ſe. ⁊ hoc pꝫ ex eo quod ſubdit. Quandoq̄ quidem eti
am videmus immaniſſimas beſtias a maximis volupta
tibus abſtinere dolorum metu. qui contrariatur vite que
maxime amatur. Ad. ij. dð. ꝙ aliter eſt in motu qui eſt
ab interiori. ⁊ aliter in motu qui eſt ab exteriori. Motus
enim qui eſt ab interiori magis tendit in id quod ē conue
niens q̄ recedat a contrario. ſicut ſupra dictum ē de mo-
tu naturali. ſed motus qui ē ab extrinſeco intendit̃ ex ipſa
contrarietate. quia vnumquodq̄ ſuo modo nitit̃ ad reſi-
ſtendum contrario ſicut ad conſeruationem ſuiipſius. vn
de motus violentus intendit̃ in principio ⁊ remittit̃ in fi
ne. motus autem appetitiue partis ē ab extrinſeco. cũ ſit
ab anima ad res. ⁊ ideo per ſe loquendo magis appetitur
delectatio q̄ fugiat̃ triſticia. ſed motus ſenſitiue partis ē
ab exteriori. quaſi a rebus ad animam. vnde magis ſenti
tur quod ē magis contrarium. ⁊ ſic etiam per accidens in
q̄tum ſenſus requirit̃ ad delectationem ⁊ triſticiam ma-
gis fugit̃ triſticia q̄ delectatio appetat̃. Ad. iij. dð. ꝙ
fortis non laudat̃ ex eo ꝙ ſm̃ rõnem non vincit̃ a dolore
vel triſticia quacunq̄. ſed ex ea que conſiſtit in periculis
mortis. que quidem triſticia magis fugit̃ q̄ appetat̃ dele
ctatio ciboꝝ vel venereoꝝ. circa quam ē temꝑantia. ſic vi-
ta magis amat̃ q̄ cibus vel coitus. ſed temperatus mag' lau
datur ex hoc ꝙ non ꝓſequit̃ delectationes tactus q̄ ex hoc
ꝙ non fugit triſticias contrarias. vt pꝫ in. iij. ethi.

## Ad ſeptimum ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ dolor exterior ſit maior q̄ dolor cordis interior.
Dolor. n. cordis exterior cauſat̃ ex cã repugnãte bone con-
ſiſtentie corporis in quo ē vita. dolor aũt interior cauſat̃ ex
aliq̊ imaginatõne mali. cum ergo vita magis ametur q̄
imaginatum bonum. videt̃ ſm̃ ꝓdicta ꝙ dolor exterior ſit
maior q̄ dolor interior. Pre. Res magis mouet q̄ rei
ſimilitudo. ſed dolor exterior ꝓuenit ex reali coniunctõne
alicuius contrarij. dolor autem interior ex ſimilitudine cõ
trarij apprehenſa. ergo maior ē dolor exterior q̄ dolor inte-
rior. Pre. Cauſa ex effectu cognoſcit̃. ſed dolor exterior
habet fortiores effectus. facilius. n. homo morit̃ ꝓpter do-
lores exteriores q̄ ꝓpter dolorem interiorem. ergo exterior
dolor ē maior ⁊ magis fugit̃ q̄ dolor interior. Sed cõ
tra ē quod dr̃ Eccꝫ. xxv. Omnis plaga triſticia cordis. ⁊
omnis malicia nequicia mulieris. ergo ſicut nequicia mu
lieris alias nequicias ſupat. vt ibi intendit̃. ita triſticia cor
dis omnem plagam exteriorem excedit. Rñ. dð. ꝙ do-
lor exterior ⁊ interior in vno conueniunt. ⁊ in duobus dif
ferũt. Conueniunt quidem in hoc ꝙ vterq̄ ē motus ap
petitiue virtutis. vt ſupra dictũ ē. ſed differunt ſm̃ illa duo
que ad triſticiam ⁊ delectationem requirunt̃. ſm̃ cauſam
que ē bonum vel malum coniunctum. ⁊ ſm̃ apprehenſio
nem. Cauſe. n. doloris exterioris ē malum coniunctum
quod repugnat corpori. cauſa autem interioris doloris eſt
malum coniunctum quod repugnat appetitui. dolor etiã
exterior ſequit̃ apprehenſionem ſenſus. ⁊ ſpecialiter tact'.
dolor autem interior ſequit̃ apprehenſionem interiorē vl'
imaginatõnis. ſ. vel etiam rõnis. Si ergo compat̃ cauſa
interioris doloris ad cauſam exterioris. vna ꝑ ſe ꝑtinet ad
appetitum cuius ē vterq̄ dolor. alia vero ꝑ aliud. Nam
dolor interior ē ex hoc ꝙ aliquid repugnat ipſi appetitui.
exterior autem dolor ex eo ꝙ repugnat appetitui. quia re-
pugnat corpori. ſꝫ autem quod ē ꝑ ſe ē prius eo quod ē per
aliud. vñ ex pte iſta dolor interior p̄eminet dolori exterio
ri. Similiter etiam ex parte apprehenſionis. nam apprehē
ſio rõnis ⁊ imaginationis ē altior q̄ apprehenſio ſenſus
tactus. vñ ſimplr̃ ⁊ ꝑ ſe loquendo dolor interior potior ē
q̄ dolor exterior. Cuius ſignum ē ꝙ etiam dolores exte-
riores aliquis voluntarie ſuſcipit. vt euitet interiorem. ⁊
inq̄tum non repugnat dolor exterior interiori appetitui
ſit quodãmodo delectabilis ⁊ iocundus interiori gaudio
q̄ñq̄ tamen dolor exterior ē cum interiori dolore. ⁊ tunc
dolor auget̃. non ſolum. n. interior ē maior q̄ exterior. ſꝫ
etiam vniuerſalior. Quicquid. n. ē repugnans corpori põt
eſſe repugnans interiori appetitui. ⁊ quicquid apprehen-
dit̃ ſenſu. poteſt apprehendi imaginatõne ⁊ rõne. ſed non
conuertit̃. Et ideo ſignanter in auctoritate adducta dr̃. om
nis plaga triſticia cordis ē. quia etiam dolores exteriorũ
plagarum ſub interiori cordis triſticia apprehenduntur.

Ad. i. ergo dð. ꝙ dolor interior poteſt etiam eſſe de his
que contrariant̃ vite. ⁊ ſic comparatio doloris interioris ad
exteriorem non ē accipienda ſm̃ diuerſa mala que ſunt
cauſa doloris. ſed ſm̃ diuerſam comparationem huius cau
ſe doloris ad appetitum. Ad. ij. dð. ꝙ triſticia interior
non ꝓcedit ex ſimilitudine rei apprehenſa ſicut ex cã. non. n.
homo triſtat̃ interius de ipſa ſimilitudine apprehenſa. ſed
de re cuius ē ſimilitudo. que quidem res tanto perfectius
apprehendit̃ ꝑ aliquam ſimilitudinem. quanto ſimilitu-
do ē magis immaterialis ⁊ abſtracta. ⁊ ideo dolor interi-
or ꝑ ſe loquendo ē maior tanq̄ de maiori malo exiſtens.
ꝓpter hoc ꝙ interiori apprehenſione magis cognoſcit̃ ma-
lum. Ad. iij. dð. ꝙ immutationes corporales magis cau
ſant̃ ex dolore exteriori. tũ q2 cã doloris exterioris ē corrũ-
pens coniunctũ corporaliter qd' exigit apprehenſio tactus.
tũ etiã q2 ſenſus exterior ē magis corporal' q̄ ſenſus interi
or. ſicut ⁊ appetitus ſenſitiuus q̄ intellectiuus. ⁊ ꝓpter hoc
vt ſup̄ dictũ ē. ex motu appetit' ſenſiti mag' corp' immuta
tur. ⁊ ſimilr̃ ex dolore exteriori magis q̄ ex dolore interiori.

## Ad octauũ ſic proceditur

Videt̃ q̄ Damaſ. inconuenienter quattuor triſticie ſpeci
es aſſignet. que ſunt accidia. achios vel anxietas ſm Gre
go. nicenum. miſericordia ⁊ inuidia. Triſticia. n. delecta-
tioni opponit̃. ſed delectationis non aſſignant̃ alique ſpe-
cies. g̃ nec triſticie ſpecies debent aſſignari. ¶ Pre. Peni
tentia eſt quedam ſpecies triſticie. ſilr̃ etiam nemeſis ⁊ ze-
lus. vt dicit philoſophus in. ij. rheto. que quidem ſub his
ſpeciebus non compr̄hendunt̃. ergo inſufficiens eſt eius p̄
dicta diuiſio. ¶ Pre. Omnis diuiſio debet eſſe p oppoſi
ta. ſed p̄dicta non habent oppoſitionem ad inuicem. Naz
ſm Greg. Accidia eſt triſticia vocem amputans. anxietas
vero ē triſticia aggrauans. inuidia non eſt triſticia in alie
nis bonis. miſericordia autem ē triſticia in alienis malis
contingit autem aliquem triſtari de alienis malis. ⁊ d̄ ali
enis bonis. ⁊ ſimul cum hoc interius aggrauari. ⁊ exteri⁹
vocem amittere. ergo p̄dicta diuiſio non ē conueniens ¶
Sed contra eſt auctoritas vtriuſq3. ſ. Grego. nice. ⁊ Da-
maſ. ¶ Rñ. dd̄. q̄ ad rōnem ſpeciei ptinet q̄ ſe habeat ex
additione ad genus. ſed generi poteſt aliquid addi dupl̄r
Uno mō quod p ſe ad ipm ptinet ⁊ virtute conuenit̃ in
ipo. ſicut rōnale addit̃ animali. ⁊ talis additio facit veras
ſpecies alicuius generis. vt p pħm p3 in. vij. ⁊. viij. meta-
phi. Aliquid vero addit̃ generi quaſi aliquid extraneum
a rōne ipſius. ſicut ſi album animali addat̃. vel aliquid hu
iuſmodi. ⁊ talis additio nō facit veras ſpecies generis. ſm
q̄ communiter loquimur de genere ⁊ ſpeciebus. Inter-
dum tamen d̄r aliquid eſſe ſpecies alicuius generis ꝓpter
hoc q̄ habet aliquid extraneum ad quod applicat̃ generis
rō. ſicut carbo ⁊ flamma dicunt̃ eſſe ſpecies ignis ꝓpt̃ ap-
plicationem nature ignis ad materiam alienam. ⁊ ſimili
mō loquendi dicunt̃ aſtrologia ⁊ pſpectiua ſpecies mathe
matice. inq̄ȝtum principia mathematica applicant̃ ad ma
teriam naturalem. ⁊ hoc mō loquendi aſſignant̃ hic ſpeci
es triſticie p applicationem rōnis triſticie ad aliquid extra
neum. quod quidem extraneum accipi poteſt vel ex parte
cauſe obiecti. vel ex parte effectus. ꝓprium. n. obiectum tri
ſticie ē ꝓprium malum. vñ extraneum obiectu3 triſticie ac
cipi poteſt vel ſm alterum tm̃. quia. ſ. ē malum. ſed nō ꝓ-
prium. ⁊ ſic ē miſericordia. que eſt triſticia de alieno malo
inquantum tamen eſtimat̃ vt ꝓprium. vel quantum ad v-
trumq3. quia neq3 eſt de ꝓprio neq3 de malo. ſed de bono a
lieno. inquantum tamen bonum alienum eſtimat̃ vt pro
prium malum. ⁊ ſic eſt inuidia. ꝓprius autem effectus tri
ſticie conſiſtit in quadam fuga appetitus. vñ extraneum
circa effectum triſticie poteſt accipi q̄ȝtum ad alterum tm̃.
quia. ſ. tollit̃ fuga. ⁊ ſic eſt anxietas. que ſic aggrauat ani-
mum. vt non appareat aliquod refugium. vñ alio nomine
d̄r anguſtia. Si vero intm̃ ꝓcedat talis aggrauatio vt etiā
exteriora membra immobilitet ab ope. quod ptinet ad ac
cidiam. ſic erit extraneum q̄ȝtum ad vtrumq3. quia nec ē
fuga nec ē in appetitu. Ideo autem ſpecialiter accidia d̄r
vocem amputare. quia vox inter omnes exteriores motus
magis exprimit interiorem conceptum ⁊ affectum. non ſo
lum in hominibus. ſed etiam in alijs animalibus. vt d̄r in
i. poli. ¶ Ad. i. ergo dd̄. q̄ delectatio cauſat̃ ex bono quod
vno mō d̄r. ⁊ ideo delectationis non aſſignant̃ tot ſpecies
ſicut triſticie. que cauſant̃ ex malo. quod multifariam cō-
tingit. vt dicit Diony. iiij. c. de di. no. ¶ Ad. ij. dd̄. q̄ pe-
nitentia ē de malo ꝓprio quod ē p ſe obiectum triſticie. vñ
non ptinet ad has ſpecies. zelus vero ⁊ nemeſis ſub inui-
dia continent̃. vt infra patebit. ¶ Ad. iij. dd̄. q̄ diuiſio iſta
non ſumit̃ ſm oppoſitiones ſpecierum. ſed ſm diuerſitatē
extraneorum ad que trahit̃ rō triſticie. vt dictum eſt.

¶ Queſtio. XXXVI.

# Deinde ↄſiderādum

eſt de cauſis triſticie. Et circa hoc queruntur
quattuor. Primo vtrum cauſa doloris ſit bo
num amiſſum vel magis malum coniunctum. Secūdo
vtrum concupiſcentia ſit cauſa doloris. Tertio vtrum ap
petitus vnitatis ſit cauſa doloris. Quarto vtru3 poteſtas
cui reſiſti non pōt ſit cauſa doloris.

## Ad primum ſic ꝓceditur.

Videt̃ q̄ bonum amiſſum ſit magis cauſa doloris q̄ȝ ma
lum coniunctum. Dicit. n. Aug⁹. in li. lxxxiij. q. Dulciſſi-
mum dolorem eſſe de amiſſione bonoꝝ temꝑalium. eadē
ergo rōne quilibet dolor ex amiſſione alicuius boni contin
git. ¶ Pre. ſupra dictum ē. q̄ dolor qui delectationi con-
trariat̃ eſt de eodem de quo eſt delectatio. ſed delectatio eſt
de bono. ſicut ſupra dictum ē. ergo dolor ē principaliter d̄
amiſſione. ¶ Pre. ſm Aug. xiiij. de ci. dei. Amor ē cau-
ſa triſticie ſicut ⁊ aliarum affectionum anime. ſed obiectū
amoris ē bonum. ergo dolor vel triſticia magis reſpicit bo
num amiſſum q̄ȝ malum coniunctum. ¶ Sed contra eſt
q̄ Damaſ. dicit in. ij. li. q̄ expectatum malum timorem
conſtituit. pñs vero triſticiam. ¶ Rñ. dd̄. q̄ ſi hoc modo
ſe haberent priuatiōes in apprehenſione anime ſicut ſe ha
bent in ipſis rebus. iſta queſtio nullius momenti eſſe vi-
deret̃. malum. n. vt in. i. li. habitum ē. eſt priuatio boni. ꝓ-
uatio autem in rerum natura nihil ē aliud q̄ȝ carentia op
poſiti habitus. ſm hoc ergo idem eſſet triſtari de bono a-
miſſo ⁊ de malo habito. ſed triſticia eſt motus appetit⁹ ap-
ꝓhenſionem ſequentis. in apprehenſione autem ipſa pri-
uatio habet rōnem cuiuſdam entis. vnde d̄r ens rōnis. ⁊
ſic malum cum ſit priuatio. ſe habet p modum contrarij.
Et ideo q̄ȝtum ad motum appetitiuum differt vtrum re-
ſpiciat principalius malum coniunctum. vel bonum a-
miſſum. Et quia motus appetitus animalis hoc modo ſe
habet in opibus anime ſicut motus naturalis in reb⁹ na-
turalibus. ex conſideratōne naturalium motuum veritas
accipi pōt. Si. n. accipiamus in motibus naturalibus ac
ceſſum ⁊ receſſum. acceſſus p ſe reſpicit id quod eſt conue
niens nature. receſſus autem per ſe reſpicit id quod ē con-
trarium. ſicut graue per ſe recedit a loco ſuperiori. accedit
autem naturaliter ad locum inferiorem. Sed ſi accipia-
mus cauſam vtriuſq3 motus. ſ. grauitatem. ipſa grauitas
per prius inclinat ad locū deorſum q̄ȝ retrahat a loco ſur-
ſum a quo recedit vt deorſum tendat. Sic igit̃ cum triſti
cia in motibus appetitiuis ſe habeat per modum fuge vel
receſſus. delectatio autem per modum ꝓſecutionis vel ac
ceſſus. ſicut delectatio per prius reſpicit bonum adeptum
quaſi ꝓprium obiectum. ita triſticia reſpicit malum con-
iunctum. ſed cauſa delectationis ⁊ triſticie. ſ. amor p pri⁹
reſpicit bonum q̄ȝ malum. Sic ergo eo mō quo obiectum
ē cauſa paſſionis. magis ꝓprie ē cauſa triſticie vel doloris
malum coniunctum q̄ȝ bonum amiſſum. ¶ Ad. i. ergo dd̄
q̄ ipſa amiſſio boni apprehendit̃ ſub rōne mali. ſic̄ ⁊ amiſ-
ſio mali apprehendit̃ ſub rōne boni. ⁊ ideo Aug. dicit dolo
rē ꝓuenire ex amiſſione tꝑaliū bonoꝝ. ¶ Ad. ij. dd̄. q̄ de-
lectatio ⁊ dolor ei contrarius reſpiciūt idē. ſed ſub cōtraria
rōe. nam ſi delectatio ē de pñtia alicuius. triſticia ē de abſē
tia eiuſdem. In vno aūt contrarioꝝ includit̃ priuatio al-
terius. vt p3 in. x. metaphi. ⁊ inde ē q̄ triſticia q̄ ē de con-

trario. eſt quodãmõ de eodē ſub ꝯria rõne. ¶ Ad. iij. dõ
ꝙ qñ ex vna cauſa ꝓueniunt multi motus. nõ oportet ꝙ
oēs principalius reſpiciant illud quod principalius reſpi
cit eam. ſed primus tñ. vnuſquiſqꝫ aũt alioꝝ principaliuſ
reſpicit illud quod eſt ei conueniens ſecundum ꝓpriam ra
tionem.

## Ad ſecundũ ſic procedit

Videt ꝙ ꝯcupiã nõ ſit cã doloris ſeu triſticie. Triſticia ẽ
ꝑ ſe reſpicit malũ vt dictũ ē. ꝯcupiã aũt ē motus quidam
appetitus in bonũ. motus aũt qui ē in vnũ ꝯriũ nõ eſt cã
motus qui reſpicit aliud ꝯriũ. g͂ ꝯcupiã nõ eſt cã doloris
¶ Pre. Dolor ſm Damaſ. ē de pñti. ꝯcupiã aũt ē de fu
turo. g͂ ꝯcupiã nõ eſt cã doloris. ¶ Pre. Id qd̃ ꝑ ſe ē de
lectabile ñ eſt cã doloris. ſꝫ ꝯcupiã ē ſm ſeipam delectabil
vt pħs dic in. i. rħeto. g͂ ꝯcupiã nõ ē cã doloris ſeu triſticie
¶ Sed ꝯ eſt qd̃ Aug. dic in Ench. Subintrãtibus igno
rãtia agendaꝝ reꝝ ꝯcupiã noxiaꝝ. comites ſubinferunt
error ꝛ dolor. ſed ignorãtia eſt cã erroris. g͂ ꝯcupiã eſt cã
doloris. ¶ Rñ. dõ. ꝙ triſticia ē motus qdã appetitiuus
aïalis. motus autem appetitiuus habet ſicut dictum eſt ſi
militudinem appetitus naturalis. cuius duplex cã aſſig
nari põt. vna ꝑ modum finis. alia ſicut vñ eſt principiuꝫ
motus. ſicut deſcenſionis corꝑis grauis cauſa. ſicut finis ē
locus deorſum. principium autem motus eſt inclinatio
naturalis. que eſt ex grauitate. Cauſa autem motus appe
titiui ꝑ modum finis eſt eius obiectum. ſic ſup̄ dictum ē
ꝙ cauſa doloris ſeu triſticie eſt malum coniunctum. cauſa
autem ſicut vñ ē principium talis motus eſt interior in
clinatio appetitus. qui quidem ꝑ prius inclinat ad bonũ.
ꝛ ex conſequenti ad repudiandum malum contrarium.
ꝛ ideo hmõi motus appetitiui primum principiũ ē amor
qui eſt prima inclinatio appetitus ad bonum conſequen
dum. Secundum autem ꝑncipium eſt odium. quod eſt
inclinatio prima appetitus ad malum fugiendum. ſed qꝛ
concupiſcentia vel cupiditas eſt primus effectus amoris
quo maxime delectamur. vt ſupra dictum eſt. ideo frequē
ter Aug⁹. cupiditatem vel concupiſcentiam ꝑ amore po
nit. vt ſupra dictum eſt. ꝛ hoc mõ concupiſcentia dicit eē
vniuerſalem cauſam doloris. ſed ipa concupiſcentia ſm
ꝓpriam rõnem conſiderata eſt interdũ cauſa doloris. om
ne. n. quod impedit motum ne ꝑueniat ad terminum eſt
contrarium motui. illud autem quod eſt contrarium mo
tui appetitus eſt contriſtans. ꝛ ſic per conſequens concu
piſcentia fit cauſa triſticie. inqꝫtum de retardatõne boni
concupiti vel totali ablatione triſtamur. vniuerſalis au
tem cauſa doloris eſſe non põt. quia magis dolemus de
ſubtractione bonoꝝ pñtium in quibus iam delectamur.
qꝫ futuroꝝ que concupiſcimus. ¶ Ad. i. ergo dõ. ꝙ incli
natio appetitus ad bonum conſequendum eſt cauſa incli
nationis appetitus ad malum fugiendum. ſicut dictum ē
ꝛ ex hoc contingit ꝙ motus appetitiui qui reſpiciunt bo
num. ponunt cauſa motuum appetitus qui reſpiciũt ma
lum. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ illud quod concupiſcit ꝛ ſi realit ſit
futuꝝ. ē tñ qdãmõ pñs inqꝫtũ ſperat. Vel põt dici ꝙ licet
bonũ ꝯcupitũ ſit futuꝝ. tñ impedimẽtũ pñtialiter apponi
tur ꝙ dolorē cauſat. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ ꝯcupiã ē delectabilis
qꝫdiu manet ſpes adipiſcẽdi qd̃ ꝯcupiſcit. ſꝫ ſubtracta ſpe
ꝑ impedimẽtũ appoſitũ ꝯcupiã dolorē cauſat.

## Ad tertium ſic procedit

Videt ꝙ appetitus vnitatis nõ ſit cã doloris. Dic. n. pħs
in. x. ethi. ꝙ hec opinio q̃ poſuit repletõez eſſe cãꝫ delecta
tionis. ꝛ inciſionē cãꝫ triſticie. videt eē facta ex delectatõni
bus ꝛ triſticijs q̃ ſunt circa cibũ. ſed nõ oīs delectatio vel
triſticia ē hmõi. g͂ appetitus vnitatis nõ eſt cã vlis dolo
ris. cũ repletio ad vnitatē ꝑtineat. inciſio ꝓ multitudi
nē inducat. ¶ Pre. Quelibet ſepatio vnitati opponit. ſi
g͂ dolor cauſaret ex appetitu vnitatis. nulla ſepatio eēt de
lectabilis. quod pꝫ eſſe falſum in ſepatõe omnium ſuper
fluoꝝ. ¶ Pre. Eadem rõne appetimus coniunctionem bo
ni ꝛ remotionem mali. ſed ſicut coniunctio ꝑtinet ad vni
tatem cum ſit vnio quedam. ita ſepatio eſt contrariũ vni
tati. ergo appetitus vnitatis non magis debet poni cã do
loris qꝫ appetitus ſepationis. ¶ Sed contra eſt quod
Aug⁹. dicit in. iij. de li. arbi. ꝙ ex dolore quem beſtie ſenti
unt ſatis apparet in regendis amandiſqꝫ ſuis corporibus
qꝫ ſint anime appetentes vnitates. quid. n. eſt aliud dolor
niſi quidam ſenſus diuiſionis vel corruptionis impatiēs
¶ Rñ. dõ. ꝙ eo modo quo concupiſcentia vel cupidi
tas boni eſt cauſa doloris. etiam appetitus vnitatis vel a
mor cauſa doloris ponendus eſt. bonum. n. vniuſcuiuſqꝫ
rei in quadam vnitate conſiſtit. ꝓut. ſ. vnaqueqꝫ res ha
bet in ſe vnita illa ex quibus conſiſtit eius ꝑfectio. vnde ꝛ
platonici poſuerunt vnum eſſe primum ſicut ꝛ bonũ. vñ
naturaliter vnũqdqꝫ appetit vnitatem ſicut ꝛ bonitatem
ꝛ ꝓpter hoc ſicut amor vel appetitus boni eſt cã doloris. ita
etiã amor vel appetitus vnitatis. ¶ Ad. i. g͂ dõ. ꝙ nõ oīs
vnitio ꝑficit rõnem boni. ſed ſolum illa a qua dependet eē
ꝑfectum rei. ꝛ ꝓpter hoc etiam non cuiuſlibet appetitus v
nitatis eſt cauſa doloris vel triſticie. vt quidam opinabãt
tur. quoꝝ opinionem ibi pħs excludit ꝑ hoc ꝙ quedã re
pletiones non ſunt delectabiles. ſicut repleti cibis non de
lectant in ciborum ſumptõne. talis. n. repletio ſiue vnio
magis repugnaret ad ꝑfectionem eſſe qꝫ ipm conſtitueret
vnde dolor non cauſat ex appetitu cuiuſlibet vnitatis. ſed
eius in qua conſiſtit ꝑfectio nature. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ ſepa
tio põt eſſe delectabilis. vel inqꝫtum remouet illud quod
eſt contrarium ꝑfectioni rei. vel inqꝫtum ſeparatio habet
aliquam vnionem adiunctam. puta ſenſibilis ad ſenſum
¶ Ad. iij. dõ. ꝙ ſepatio nociuoꝝ ꝛ corrumpentium ap
petit inqꝫtum tollunt debitam vnitatem. vñ appetitus hu
iuſmodi ſepatõnis non eſt prima cauſa doloris. ſed ma
gis appetitus vnitatis.

## Ad quartum ſic procedit

Videt ꝙ ptãs maior nõ dꝫ poni cã doloris. qd̃. n. ē in ptã
te agentis nondum eſt pñs ſed futuꝝ. dolor aũt ē de malo
pñti. ergo ptãs maior non eſt cã doloris. ¶ Pre. Nocu
mentum illatum eſt cã doloris. ſed nocumentum põt in
ferri etiam a ptãte minore. ergo ptãs maior non debet po
ni cauſa doloris. ¶ Pre. Cauſe appetitiuoꝝ motuũ ſunt
interiores inclinatõnes aïe. ptãs autem maior eſt aliquid
exterius. ergo non debet poni cauſa doloris. ¶ Sed cõtra
eſt quod Aug. dicit in li. de natura boni. In animo dolo
rem facit voluntas reſiſtens poteſtati maiori. in corꝑe do
lorem facit ſenſus reſiſtens corꝑi potentiori. ¶ Rñ. dõ.
ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. malum coniunctum eſt cã dolo
ris vel triſticie ꝑ modum obiecti. Id ergo quod eſt cauſa
coniunctõis mali dꝫ poni cã doloris vel triſticie. manife
ſtũ eſt aũt hoc eſſe ꝯ inclinatõeꝫ appetitus. vt malũ pñtia
liter inhereat. qd̃ aũt ē ꝯ inclinatõeꝫ alic⁹ nunqꝫ adueit ei
niſi ꝑ actõeꝫ alic⁹ fortioris. ꝛ iõ ptãs maior ponit eē cã do
loris ab Aug⁹. Eꝫ ſciẽdũ ē ꝙ ſi ptãs fortior intm̃ inualeſ

ſcat ꝙ mutet ꝯriã inclinatõnem in inclinatõnem ꝓpriam
iam non erit aliqua repugnantia vel violentia ſicut quan
do agens fortius corrũpendo corpus graue aufert ei incli-
natõeȝ qua tendit deorſum. ⁊ ſic fieri ſurſum non ẽet vio
lentum. ſed naturale. Sic igit̃ ſi aliqua poteſtas maior in
tm̃ inualeſcat ꝙ auferat inclinationem voluntatis vel ap
petitus ſenſitiui. ex ea non ſequit̃ dolor vel triſticia. ſꝫ tunc
ſolum ſequit̃ qñ remanet inclinatio appetitus in contra-
rium. ⁊ inde eſt ꝙ Aug⁹. dicit ꝙ voluntas reſiſtens poteſta
ti fortiori cauſat dolorem. ſi. n. non reſiſteret ſed cederet
conſentiendo. non ſequeret̃ dolor ſed delectatio. ¶ Ad. i.
ergo dõ. ꝙ maior poteſtas dolorem cauſat. non ſm ꝙ eſt
agens in potentia. ſed ſm ꝙ eſt agens actu. dum. ſ. fac cõ-
iunctionem mali corruptiui. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ nihil ꝓhibet
aliquam poteſtatem que non eſt maior ſimpliciter eẽ ma
iorem quantum ad aliquid. ⁊ ſm hoc aliquod nocumen-
tum inferre poſſunt. Si autem nullo modo maior eſſet.
nullo modo poſſet nocere. vnde non poſſet cauſam dolo-
ris inferre. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ exteriora agentia poſſunt eſſe
cauſa motuum appetitiuoꝝ. inquantum cauſant preſen-
tiam obiecti. ⁊ hoc modo poteſtas maior ponitur cauſa do
loris.

## Queſtio. XXXVII.

Deinde ꝯſiderãdum eſt de effectibus doloris vel triſticie. Et circa
hoc queruntur quattuor. Primo. vtrum do-
lor auferat facultatem addiſcendi. Secundo. vtrum aggra
uatio animi ſit effectus triſticie vel doloris. Tertio vtruȝ
triſticia vel dolor debilitet omnem operatõnem. Quarto
vtrum triſticia noceat corpori magis ꝙ̃ alie paſſiones ani
me.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ dolor non auferat facultatem addiſcendi. Di-
citur. n. Iſa. xxvi. Cum feceris iudicia tua in terra. iuſti-
ciam diſcent omnes habitatores orbis. Et infra. In tri-
bulatione murmuris doctrina tua eis. ſed ex iudicijs dei ⁊
tribulatione ſequitur dolor ſeu triſticia in cordibus homi
num. ergo dolor vel triſticia non tollit. ſed magis auget
facultatem addiſcendi. ¶ Pre. Iſa. xxviij. dicitur. Queȝ
docebit ſcientiam ⁊ quem intelligere faciet auditum? Ab
lactatos a lacte. auulſos ab vberibus. id eſt. a delectationi
bus. ſed dolor ⁊ triſticia maxime tollunt delectatões. im
pedit enim triſticiam omnem delectatõnem. vt dicitur in
vij. ethico. Et Eccl'. xi. dicitur. ꝙ malicia hore obliuionem
facit luxurie maxime. ergo dolor non tollit ſed magis pre
bet facultatem addiſcendi. ¶ Pre. Triſticia interior pre-
eminet dolori exteriori. vt ſupra dictum eſt. ſed ſimul cuȝ
triſticia poteſt homo addiſcere. ergo multo magis ſimul
cum dolore corporali. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹. dicit
in. i. ſoliloquiorum. Quamꝙ̃ acerrimo dolore dentium
his diebus torquerer. non quidem ſinebar animo volue-
re. niſi ea que iam forte addiſceram. addiſcendo autem pe
nitus impediebar ad quod mihi tota intentõe animi op⁹
erat. ¶ Rñ. dõ. ꝙ quia omnes potentie anime in vna eſ-
ſentia anime radicantur. neceſſe eſt ꝙ quando intentio a
nime vehementer trahitur ad operatõnem vnius potentie
retrahatur ab operatõne alterius. vnius enim anime non
poteſt eſſe niſi vna intentio. ⁊ ꝓpter hoc ſi aliquid ad ſe tra
hat totam intentõnem aĩe vel magnam ꝑtem ipſius. nõ cõ
patitur ſecum aliq̃d aliud quod magnam attentõnem re
quirat. manifeſtum eſt autem ꝙ dolor ſenſibil' maxĩe tra
hit ad ſe intentõnem aĩe. q2 naturaliter vnumquodꝙ̃ to-
ta intentõne tendit ad repellendum contrarium. ſicut etiã
in rebus naturalibus apparet. Silr etiam manifeſtum ẽ
ꝙ ad addiſcendum aliquid de nouo requiritur ſtudium.
⁊ conatus cum magna intentõne. vt pꝫ per illud quod dr
Prouerbio. ij. Si queſieris ſapientiam quaſi pecuniam
⁊ ſicut theſauros effoderis eam. tunc intelliges diſcipli-
nam. Et ideo ſi ſit dolor intenſus. impeditur homo ne tũc
aliquid addiſcere poteſt. ⁊ tantum poteſt intendi ꝙ nec e-
tiam inſtante dolore poteſt homo aliquid conſiderare etiã
quod prius ſciuit. in hoc tamen attendit̃ diuerſitas ſm di
uerſitatem amoris quam homo habet ad addiſcendum vl'
conſiderandum. quia quanto maior fuerit. magis retinet
intentõnem animi. ne omnino feratur ad dolorem. ¶ Ad
i. ergo dõ. ꝙ triſticia moderata que excludit euagatõnem
animi. poteſt conferre ad diſciplinam ſuſcipiendam. ⁊ ꝑ-
cipue eorum per que homo ſperat ſe poſſe a triſticia libera-
ri. ⁊ hoc mõ in tribulatõne murmuris homines doctrinam
dei magis recipiunt. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ tã delectatio ꝙ̃ dolor
inꝙ̃tum ad ſe trahunt aĩe intentõnem. impediũt ꝯſidera
tionẽ rõis. vñ in. vij. ethi. dr. ꝙ impoſſibile eſt in ipa dele-
ctatõne venereorum aliquid intelligere. ſed tamen magis
trahit ad ſe intentõnem anime ꝙ̃ delectatio. ſicut etiam
videmus in rebus naturalibus. ꝙ actio corporis natura-
lis magis intenditur in contrarium. ſicut aqua calefacta
magis patitur a frigido vt fortius congeletur. Si ergo do
lor ſeu triſticia fuerit moderata per accidens poteſt confer
re ad addiſcendum inꝙ̃tum aufert ſuperab'ndantiaȝ de-
lectationum. ſed per ſe impedit. ⁊ ſi intendatur totaliter
aufert. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ dolor exterior accidit ex leſione
corporali. ⁊ ita magis habet tranſmutatõnem corporalem
adiunctam ꝙ̃ dolor interior. qui tamen eſt maior ſecun-
dum illud quod eſt formale in dolore quod eſt ex ꝑte ani-
me. ⁊ ideo dolor corporalis magis impedit contemplatio
nem que requirit omnimodam quietem ꝙ̃ dolor interi-
or. ⁊ tamen etiam dolor interior ſi multum intendat̃. ita
trahit intentõnem vt nõ poſſit homo de nouo aliquid ad
diſcere. vnde ⁊ Gregorius ꝓpter triſticiam intermiſit eze
chielis expoſitõnem.

## Ad ſcdm ſic proceditur.

Videtur ꝙ aggrauatio non ſit effectus triſticie. Dic. n.
apoſtolus. ij. ad Corinthi. vij. Ecce hocipſum contriſtari
vos ſecundum deum quantam in vobis operatur ſollicitu
dinem defenſionem indignatõnem ⁊c. ſed ſollicitudo ⁊ i
dignatio ad quandam erectõnem aĩ ꝑtinet que ad aggra
uatõnem opponitur. non ergo aggrauatio eſt effectus tri
ſticie. ¶ Pre. Triſticia delectatõi opponitur. ſed effectus
delectatõnis eſt dilatatio. cui non opponitur aggrauatio.
ſed conſtrictio. ergo effectus triſticie non debet poni aggra
uatio. ¶ Pre. Ad triſticiã ꝑtinet abſorbere. vt pꝫ ꝑ illud
quod apl's dic. ij. ad Corinth. ij. Ne forte abundãtiori tri
ſticia abſorbeat̃ qui ẽ eiuſmodi. ſꝫ qđ aggrauat̃ nõ abſor
bet̃. quinimo ſub aliꝙ̃ ponderoſo deprimit̃. qđ aũt abſorbe
tur infra abſorbens includit̃. ergo aggrauatio non dꝫ poni
effectus triſticie. ¶ Sed contra eſt ꝙ Gregor. nyceenus ⁊
Damaſ. ponunt triſticiam aggrauantẽ. ¶ Rñ. dõ. ꝙ affe
ctus paſſionum aĩe qñꝙ̃ metaphorice noiant̃ ſm ſilitudi
nẽ ſenſibiliũ corpoꝝ. eo ꝙ mot⁹ appetit' aĩal' ſunt ſiles icli
natõib⁹ appetit⁹ natural'. ⁊ ꝑ hũc modũ feruor attribuit̃ a-
mori. dilatatio dlectatõi. ⁊ aggrauatio triſticie. Dicit̃. n.
homo aggrauari ex eo. ꝙ aliꝙ̃ pondere ĩpedit̃ a ꝓprio motu

manifeſtū ē aūt ex p̄dictis ꝙ triſticia contingit ex aliquo malo p̄nti. qḋ quidem ex hoc ip̄o ꝙ repugnat motui volūtatis aggrauat aīm in q̄ntū impedit ip̄m ne fruat̄ eo quod vult. Et ſi quidem nō ſit tāta vis mali ↄtriſtātis vt auferat ſpē euadēdi. lꝫ animus aggrauet̄ q̄ntū ad hoc ꝙ in p̄nti nō potit̄ eo qḋ vult. remanet tn̄ motus ad repellendum nocituum contriſtans. Si vero ſupercreſcat vis mali intn̄ vt ſpem euaſionis excludat. tūc ſimplr̄ impedit̄ etiā interior motꝰ animi anguſtiati. vt neqꝫ hac neqꝫ illa diuertere valeat. ⁊ q̄nqꝫ etiā impedit̄ exterior motus corp̄is. ita ꝙ remaneat homo ſtupidus in ſeip̄o. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ illa erectio animi ꝓuenit ex triſticia que ē ſm̄ deum ꝓpter ſpē adiunctam de remiſſione peccati. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ q̄ntū ad motum appetitiuum ptinet. vt ad idē refert̄ conſtrictio ⁊ aggrauatio. ex hoc. n. ꝙ aggrauat̄ animus. vt ad exteriora libere ꝓgredi non poſſit. ad ſeip̄m retrahit̄ quaſi in ſeip̄o conſtrictus. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ triſticia abſorbere hominem dr̄. q̄n ſic totaliter vis contriſtantis mali afficit animam. vt omnem ſpem euaſionis excludat. ⁊ ſic etiam eodē modo aggrauat ⁊ abſorbet. quedam. n. ſe conſequunt̄ in his que metaphorice dicunt̄. que ſibi repugnare vident̄ ſi ſm̄ ꝓprietatem accipiant̄.

## Ad tertiuꝫ ſic proceditur.

Videt̄ ꝙ triſticia nō impediat oēꝫ opatōeꝫ. Solicitudo. n. ex triſticia cauſat̄. vt pꝫ p̄ auctoritatē ap̄li inductā. ſed ſolicitudo adiuuat ad bn̄ opandum. Vn̄ ap̄ls dic. ij. ad Thymoth. ij. Sollicite cura teip̄m exhibere opari um inconfuſibilem. ergo triſticia non impedit opationem. ſed magis adiuuat ad bn̄ opandum. ¶ Pre. Triſticia cauſat ī multis concupiſcentiam. vt dr̄ in. vij. ethi. ſed concupiſcentia facit ad intenſionem opationis. ergo ⁊ triſticia. ¶ Pre. ſicut quedam opationes ꝓprie ſunt gaudentium. ita etiam quedam opationes his qui contriſtant̄. ſicut lugere. ſed vnumquodqꝫ augef̄ ex ſibi conuenienti. ergo aliq̄ oparōnes non impediunt̄ ſed melioranf̄ ꝓpter triſticiā. ¶ Sꝫ contra eſt quod ph̄s dicit in. x. ethic. ꝙ delectatio perficit opationem. ⁊ econuerſo triſticiam impedit. ¶ Rn̄. dō. ꝙ ſicut iam dictum ē. triſticia q̄nqꝫ non ita aggrauat vel abſorbet animum vt omnem motum interiorem ⁊ exteriorem excludat. ſed aliqui motus q̄nqꝫ ex ip̄a triſticia cauſantur. Sic ergo opatio ad triſticiam duplr̄ pōt comparari. Vno mō ſicut ad id de quo ē triſticia. ⁊ ſic triſticia quamlibet opationem impedit. nunq̄. n. illud quod cum triſticia facimus. ita bene facimus ſicut illud quod facimus cū delectatione vel ſine triſticia. Cuius rō eſt. quia volūtas ē cauſa opationis humane. vnde q̄n opatio eſt de qua aliquis contriſtat̄. neceſſe ē ꝙ actio debilitet̄. Alio mō comparat̄ opatio ad triſticiam. ſicut ad principium ⁊ ad cauſam. ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ opatio talis ex triſticia augeat̄. ſicut q̄nto aliquis magis triſtat̄ de re aliqua. tanto magis conat̄ ad expellendum triſticiam. dummodo remaneat ſpes expellendi. alioquin nullus motus vel opatio ex triſticia cauſaret̄. Et p̄ hoc pꝫ reſponſio ad obiecta.

## Ad quartum ſic procedit

Videt̄ ꝙ triſticia nō inferat maxie corpi nocumētū. Triſticia. n. hꝫ eē ſp̄ūale in aīa. ſꝫ ea q̄ hn̄t tm̄ eē ſp̄ūale nō cauſant trāſmutatōeꝫ corpalē. ſicut pꝫ de intēſionibꝫ colorꝫ que ſunt in aere. a q̄bus nullū corpus colorat̄. ḡ triſticia nō facit aliqḋ corpale nocumentū. ¶ Pre. Si fac aliqḋ corpale nocumentū. hoc nō ē niſi in q̄ntū hꝫ corpalē trāſmutationem adiunctā. ſꝫ corpal̄ trāſmutatio inuenit̄ in omibꝫ aīe paſſionibꝫ. vt ſup̄ dictū eſt. ḡ nō magis triſticia q̄ꝫ alie aīe paſſiones corpi nocet. ¶ Pre. ph̄s dic in. vij. ethi. ꝙ ire ⁊ ↄcupiſc̄ q̄buſdā inſanias faciūt. qḋ videt̄ eē maximū nocumentū cū rō ſit excellētiſſimū corꝫ q̄ ſunt in hoīe. deſperatio etiā videt̄ eē magis nociua q̄ꝫ triſticia cū ſit cā triſticie. ḡ triſticia nō magis nocet corpi q̄ꝫ alie aīe paſſiones. ¶ Sed contra ē qḋ dr̄ Prouerb. xvij. Animus gaudens etatē floridā fac. ſp̄us triſtis exiccat oſſa. Et Prouer. xv. Sic tinea veſtimēto ⁊ vermis ligno. ita triſticia viri nocꝫ cordi. Et Eccꝫ. xxxviij. A triſticia feſtinat mors. ¶ Rn̄. dō ꝙ triſticia inter oēs aīe paſſiones magis corpi nocet. Cuius rō ē. q2 triſticia repugnat humane vite q̄ntū ad ſpeciē motus ſui. ⁊ nō ſolū q̄ntū ad mēſurā ſeu q̄ntitatē. ſic alie aīe paſſiones. Cōſiſtit. n. hūana vita in q̄dā motōe q̄ a corde ī cetera mēbra diffundit̄. q̄ quidē motio ↄuenit nature hūane ſm̄ aliquā determinatā mēſurā. ¶ Si ḡ iſta motio ꝓcedat vltra menſurā debitā. repugnabit hūane vite ſm̄ q̄ntitatis menſurā. nō aūt ſm̄ ſilitudinē ſp̄ei. Si autē impediat̄ ꝓceſſus hmōi motōis repugnabit vite ſm̄ ſuaꝫ ſpēꝫ. Eſt aūt attendendū in oībus aīe paſſionibus ꝙ trāſmutatio corpalis q̄ ē in eis material̄. ē ↄformis ⁊ ꝓportionata motui appetitus qui ē formal̄. ſic in oībus materia ꝓportionat̄ forme. Ille ḡ aīe paſſiones q̄ importāt motū appetitus ad ꝓſequendum aliquid. nō repugnant vitali motioni ſm̄ ſpeciem. ſed p̄nt repugnare ſm̄ q̄ntitatem. vt amor. gaudium. deſiderium. ⁊ hmōi. ⁊ ideo iſta ſm̄ ſpeciē ſuam iuuant naturam corpis. ſed ꝓpter exceſſum p̄nt nocere. paſſiones autem que important motum appetitꝰ cuꝫ fuga vel retractatōne quadam. repugnant vitali motōni non ſolum ſm̄ q̄ntitatem. ſed etiam ſm̄ ſpeciem motus. ⁊ ideo ſimpliciter nocent. ſicut timor ⁊ deſperatio. ⁊ pre omnibus triſticia que aggrauat animum ex malo p̄nti. cuius eſt fortior impreſſio q̄ꝫ futuri. ¶ Ad. i. ergo dō. ꝙ quia anima naturaliter mouet corpus. ſpiritualis motus anime naturaliter eſt cauſa tranſmutationis corpalis. nec ē ſimile de ſpiritualibus intentionibus. que non habent naturaliter ordinem mouendi alia corpora que non ſunt nata moueri ab anima. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ alie paſſiones habent tranſmutationem corpalem conformem ſm̄ ſuam ſpeciē motioni vitali. ſed triſticia contrariam. vt dictum eſt. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ ex leuiori cauſa impedit̄ vſus rōnis q̄ꝫ corrūpatur vita. cum videamus multas egritudines vſum rōnis tollere que nondum adiuuant vitam. ⁊ cum timor ⁊ ira maxime nocumentum corpale afferunt ex ꝑmixtione triſticie ꝓpter abſētiam eius quod cupit̄. Ip̄a etiam triſticia q̄nqꝫ rōnem aufert. ſicut pꝫ in his qui ꝓpter dolores in melancoliam vel in maniā incidūt.

¶ Queſtio. XXXVIII.

## Deinde conſiderādū

eſt de remedijs doloris ſeu triſticie. Et circa hoc queruntur quinqꝫ. Primo vtrum dolor vel triſticia mitigetur per quamlibet delectationem. Secundo. vtrum mitigetur per fletum. Tertio. vtrum per compaſſionem amicorum. Quarto. vtrum per contemplationem veritatis. Quinto. vtrum per ſomnum ⁊ balnea.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ n̄ q̄libꝫ delectatō mitiget quelibꝫ dolorē ſeu triſticiā. n̄. n. delcatō. triſticiā mitigat niſi ſc̄ꝫ q̄ntū ei ↄriat̄. medici

ne.n. ſunt p̄ ꝯ̄ria. vt dꝛ i ij. eth. ſ3 nō q̄libet delectatio ꝯ̄riaꝰ
cuilibet triſticie. vt ſup̄ dictū ē. g̃ nō q̄libet delectatio mi-
tigat quālibet triſticiā. ¶ Pre. Illud qḋ cauſat triſticiā
nō mitigat triſticiā. ſ3 aliq̄ delectatiōes cauſant triſticiam
qꝛ vt dꝛ in. ix. ethi. Malus triſtaꝰ q̄ñ delectatus ē. non g̃
oīs delectatio mitigat triſticiā. ¶ Pre. Augꝰ. dicꝰ in. iiij.
ꝯfeſ. ꝙ ip̄e fugit de patria in qua ꝯuerſari ſolitus erat cū
amico ſuo iam mortuo. minus eum querebant oculi eius
vbi eum videre ſolebant. ex quo accipi pōt ꝙ illa in qui-
bus nobis amici mortui vel abſentes communicauerunt
efficiunꝰ nobis de eorum morte vel abſentia dolentibus
oneroſa. ſed maxime communicauerunt nobis in delecta-
tionibus. ergo ip̄e delectationes efficiunꝰ nobis dolentibꝰ
oneroſe. non ergo quelibet delectatio mitigat quālibet tri-
ſticiam. ¶ Sed contra ē quod phs dicit in. viij. ethi. ꝙ ex
pellit delectatio triſticiam. ⁊ que contraria. ⁊ que contin-
gens ſi ſit fortis. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ ſicut ex p̄dictis p3. Dele-
ctatio eſt quedam quies appetitus in bono cōuenienti. tri
ſticia autem ē ex eo quod repugnat appetitui. vnde ſicut ſe
habet delectatio ad triſticiam in motibus appetitiuis. ſic ſe
habet in corporibus quies ad fatigationem que accidit ex
aliqua tranſmutatione innaturali. nam ⁊ ip̄a triſticia fati
gationem quandam ſeu egritudinem appetitiue virtutis
importat. Sicut igiꝰ quelibet quies corporis remediū af-
fert contra quamlibet fatigatōnem ex quacunq̄ cauſa in-
naturali ꝓuenientem. ita quelibet delectatio remedium
affert ad mitigandum quālibet triſticiam ex quocunq̄ p̄
cedat. ¶ Ad. i. ergo dd̄. ꝙ licet non omnis delectatio con
trarieꝰ omni triſticie ſecundum ſpeciem. contrariaꝰ tamē
ſecundum genus. vt ſupra dictum eſt. ⁊ ideo ex parte di-
ſpoſitionis ſubiecti quelibet triſticia p̄ quamlibet delecta
tionem mitigari poteſt. ¶ Ad. ij. dd̄. ꝙ delectationes ma
lorum non cauſant triſticiam in preſenti ſed in futuro.
inq̄ꝝtum ſ3 mali penitent de malis de quibus leticiam ha
buerunt. ⁊ huic triſticie ſubueniꝰ p̄ contrarias delectatio
nes. ¶ Ad. iij. dd̄. ꝙ quando ſunt due cauſe ad cōtrarios
motus inclinantes. vtraq̄ alteram impedit. ⁊ tamen illa
finaliter vincit que fortior eſt ⁊ diuturnior. In eo autem
qui triſtatur de his in quibus ſimul cum amico mortuo
vel abſente delectari conſueuit. due cauſe in contrariū in-
ducentes inueniunꝰ. Nam mors vel abſentia amici reco
gitata inclinat ad dolorem. bonum autem preſens incliāt
ad delectatōnem vnde vtrū q̄ per alterum minuiꝰ. ſ3 ta-
men quia fortius mouet ſenſus preſentis q̄ꝫ memoria p̄-
teriti. ⁊ amor ſuiip̄ius q̄ꝫ amor alterius diuturnius mo-
uet. inde eſt ꝙ finaliter delectatio triſticiam expellit. Un
de poſt pauca ſubdit ibidem Aug. ꝙ priſtinis generibus
delectationū cedebat dolor eius.

## Ad ſcdm ſic procedítur.

Videꝰ ꝙ fletus non mitiget triſticiam. Nullus. n. effectꝰ
diminuit ſuam cauſam. ſed fletus vel gemitus eſt effectus
triſticie. ergo nō minuit triſticiam. ¶ Pre. Sicut fletus
vel gemitus ē effectus triſticie. ita riſus ē effectus leticie.
ſed riſus nō minuit leticiā. g̃ fletus nō mitigat triſticiam.
¶ Pre. In fletu rep̄ſētaꝰ nobis malum cōtriſtans. ſ3 ima
ginatio rei ꝯtriſtantis auget triſticiam. ſicut imaginatio
rei delectātis auget leticiā. g̃ videꝰ ꝙ fletus nō mitiget tri
ſticiā. ¶ S3 ꝯtra ē qḋ Aug. dicꝰ in. iiij. ꝯfeſ. ꝙ q̄ñ dolebat
de morte amici in ſol̄ gemitibꝰ ⁊ lachrymis erat ei aliq̄ꝝtu
la requies. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ lachryme ⁊ gemitus naturaliꝰ mi
tigāt triſticiā. ⁊ hoc duplici rōe. Primo q̄dem. qꝛ oē noci
uum interius clauſum magis affligit. qꝛ magis multipli
caꝰ intentio aīe circa ip̄m. ſed q̄ñ ad exteriora diffundiꝰ.
tūc aīe intentio ad exteriora q̄dammō diſgregaꝰ. ⁊ ſic in-
terior dolor minuiꝰ. ⁊ ꝓpter hoc q̄ñ homīes q̄ ſunt in triſti
cijs. exterius ſuā triſticiā manifeſtāt. vel fletu aut gemitu
vel etiā vbo mitigaꝰ triſticia. Scdo qꝛ ſp̄ operatio ꝯueniēs
hoī ſm̄ diſpoſitionem in qua ē ſibi ē delectabil̄. fletus au
tem ⁊ gemitus ſunt q̄dam operatōes ꝯuenientes triſtato vl̄
dolenti. ⁊ ideo efficiunꝰ ei delectabiles. Cū igiꝰ oīs delecta
tio aliq̄liter mitiget triſticiā vel dolorē vt dictū ē. ſequiꝰ ꝙ
p̄ planctū ⁊ gemitū triſticia mitigeꝰ. ¶ Ad. i. g̃ dd̄. ꝙ ip̄a
habitudo cauſe ad effectū ꝯtrariaꝰ habitudini ꝯtriſtātis
ad ꝯtriſtatū. nā oīs effectus ē ꝯueniēs ſue cauſe. ⁊ p̄ ꝯ̄ñs
ē ei delectabil̄. ꝯtriſtās aūt ꝯtrariaꝰ ꝯtriſtato. ⁊ ideo effec-
tus triſticie h3 contrariā habitudinē ad ꝯtriſtatū q̄ꝫ cōtri-
ſtans ad ip̄m. ⁊ ꝓpter hoc mitigaꝰ triſticia p̄ effectū triſti-
cie rōe ꝯtrarietatis p̄dicte. ¶ Ad. ij. dd̄. ꝙ hītudo effectus
ad cāꝫ ē ſilis habitudini delectātis ad delectatū. qꝛ vtrobi
q̄ꝫ ꝯueniētia inueniꝰ. oē aūt ſile auget ſuū ſile. ⁊ ideo per
riſum ⁊ alios effectus leticie augeꝰ leticia. niſi forte p̄ acci
dens ꝓpter exceſſum. ¶ Ad. iij. dd̄. ꝙ imaginatio rei ꝯtri-
ſtātis q̄ꝝtum ē de ſe nata ē augere triſticiā. ſ3 ex hoc ip̄o ꝙ
hō imaginaꝰ ꝙ faciꝰ illud qḋ ꝯuenit ſibi ſm̄ talē ſtatū. ꝯſur
git inde q̄dā delectatio. ⁊ eadē rōe ſi alicui ſubrepat riſus
in ſtatu in q̄ videꝰ ſibi eē lugēdū. ex hoc ip̄o dolet tāq̄ꝫ faci
at id qḋ nō conuenit. vt Tullius dicit in. iij. de tuſcula-
nis queſtionibus.

## Ad tertium ſic p̄cedítur.

Videꝰ ꝙ dolor amici compatiētis nō mitiget triſticiā. Cō
trarioꝝ. n. ꝯtrarij ſunt effectus. ſ3 ſicut Augu. dicꝰ. viij. ꝯfeſ.
Q̄ñ cū multis gaudeꝰ in ſingul̄ vberius ē gaudiū. qꝛ fer-
uere faciūt ſe ⁊ inflāmanꝰ ex alterutro. g̃ ip̄a pari rōne q̄ñ
multi ſil̄ triſtanꝰ. videꝰ ꝙ ſit maior triſticia. ¶ Pre. Hoc
req̄rit amicitia vt amoris vicē q̄s rependat. vt Augꝰ. dicꝰ
iiij. ꝯfeſ. ſ3 amicus ꝯdolēs dolet de dolore amici dolētis. g̃
ip̄e dolor amici ꝯdolētis ē cā amico p̄us dolenti de ꝓprio
malo alterius doloris ⁊ ſic duplicato dolore videꝰ triſti-
cia creſcere. ¶ Pre. Omne malū amici ē ꝯtriſtās ſicut ⁊ ma
lum ꝓpriū. nam amicus eſt alter ip̄e. ſed dolor ē quoddā
malū. g̃ dolor amici ꝯdolētis auget triſticiā amico cui ꝯdo
leꝰ. ¶ S3 ꝯ̄ ē qḋ phs dicꝰ in. ix. ethi. ꝙ in triſticijs amicꝰ
ꝯdolens ꝯſolaꝰ. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ naturaliter amicꝰ ꝯdolens
in triſticijs ē ꝯſolatiuus. Cuius duplicē rōnē tāgit phs
in. ix. ethi. Quaꝝ prima eſt. qꝛ cū ad triſticiam p̄tineat ag
grauare. h3 rōnem cuiuſdam oneris a qua aliquis aggra-
uatus alleuiari conatur. cum ergo aliquis videt d̄ ſua tri
ſticia alios contriſtatos. fit ei quaſi quedam imaginatio
ꝙ illud onus alij cum ip̄o ferant quaſi conantes ad ip̄m
ab onere alleuiandum. ⁊ ideo leuius fert triſticie onus. ſi
cut etiam in portandis oneribus corporalibus contingit.
Secunda ratio ⁊ melior eſt. quia per hoc ꝙ amici contri-
ſtantur ei. percipit ſe ab eis amari. quod eſt delectabile. vt
ſupra dictum eſt. Unde cum omnis delectatio mitiget
triſticiam. ſicut ſupra dictum eſt. ſequitur ꝙ amicus con
dolens triſticiam mitiget. ¶ Ad primum ergo dicen-
dum. ꝙ in vtroq̄ amicitia manifeſtatur ſcilicet ⁊ ꝙ con-
gaudet gaudenti. ⁊ ꝙ condolet dolenti. ⁊ ideo vtrumq̄ ra
tione cauſe redditur delectabile. ¶ Ad ſecundum di-
cendum. ꝙ ip̄e dolor amici ſecundum ſe contriſtaret. ſed
conſideratio cauſe eius que eſt amor magis delectat. Et p̄
hoc p3 reſponſio ad tertium.

## Ad quartum ſic procedit

Videt̃ ꝙ ↄtemplatio veritatis nõ mitiget dolorẽ. dr̃. n. Eccleſiaſtes. ij. Qui addit ſciã addit ⁊ dolorẽ. ſȝ ſciã ad contemplatõẽ veritatis ꝑtinet. nõ g̃ ↄtemplatio veritatis mitigat dolorẽ. ¶ Pr̃e. Contemplatio veritatis ad intellectũ ſpeculatiuũ ꝑtinet. ſȝ intellectus ſpeculatiuus nõ mouet, vt dr̃ in. iij. de aĩa. cũ igit̃ gaudium ⁊ dolor ſint q̃dam motus aĩ. videt̃ ꝙ contemplatio veritatis nihil faciat ad mitigatõẽ doloris. ¶ Pr̃e. Remediũ egritudis apponẽdum ẽ vbi eſt egritudo. ſed contemplatio veritatis eſt ĩ intellectu. nõ ergo mitigat dolorem corꝑalem q̃ eſt in ſenſu. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹. dic̃ in primo ſoliloquioꝝ. Videbat̃ mihi ſi ſe ille mentibus noſtris veritatis fulgor aperiret. aut nõ me ſenſuꝝ fuiſſe illũ dolorẽ. aut certe ꝓ nihilo toleraturꝝ. ¶ R̃ñ. dõ. ſicut ſup̃ dictũ eſt. in contemplatõe veritatis maxĩa delectatio conſiſtit. omnis autem delectatio dolorem mitigat. vt ſupra dictum ẽ. ⁊ ideo contemplatio veritatis mitigat triſticiam vel dolorem. ⁊ tanto magis q̃to ꝑfectius aliquis eſt amator ſapĩe. ⁊ ideo homines ex contemplatõne diuina ⁊ future beatitudĩs ĩ tribulatõibus gaudent. ſm̃ illud Jaco. i. Omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in temptatões varias incideritis. Et quod eſt amplius etiam inter corꝑis cruciatus. hmõi gaudium inuenit̃. ſicut Tyburtius martyr cum nudatis plantis ſup̃ ardentes prunas incederet dixit. Videtur mihi ꝙ ſuper roſeos flores incedam in noĩe Jeſu xp̃i ¶ Ad. i. ergo dõ. ꝙ qui addit ſciam addit dolorem. vel ꝓpter difficultatem ⁊ defectum inueniende veritatis. vel ꝓpter hoc ꝙ per ſciam homo cognoſcit multa que voluntati contrariant̃. ⁊ ſic ex parte reꝝ cognitaꝝ ſciã dolorem cauſat. ex parte autem contemplatõis veritatis delectatõem. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ intellectus ſpeculatiuus non mouet aĩm ex parte rei ſpeculate. mouet tamen animum ex parte ipi⁹ contemplatõnis que eſt quoddam bonum hominis. ⁊ naturaliter delectabil̃. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ in viribus anime fit redundantia ab inferiori ad ſuperius. ⁊ ſecundum hoc delectatio contemplatõnis que eſt in ſuperiori parte redũdat ad mitigandum etiam dolorem q̃ eſt in ſenſu.

## Ad quintũ ſic proceditur

Videt̃ ꝙ ſomnus ⁊ balneum non mitigẽt triſticiam. Triſticia. n. in anima conſiſtit. ſed ſomnus ⁊ balneum ad corp⁹ pertinent. non ergo aliquid faciunt ad mitigatõnem triſticie. ¶ Pr̃e. Idem effectus non videt̃ cauſari ex cõtrariis cauſis. ſed hmõi cum ſint corꝑalia repugnant cõtemplationi veritatis. que eſt cauſa mitigatõnis triſticie. vt dictum eſt. non ergo ꝑ huiuſmodi triſticia mitigat̃. ¶ Pr̃e. Triſticia ⁊ dolor ſecundum ꝙ pertinent ad corpus. in q̃dam tranſmutatõne cordis conſiſtunt. ſed hmõi remedia magis vident̃ pertinere ad exteriores ſenſus ⁊ membra q̃ȝ ad interiorem cordis diſpoſitõnem. non ergo per hmõi triſticia mitigat̃. ¶ Sed contra eſt quod Aug⁹. dic̃. ix. cõfeſ. Audieram balnei nomen inde dictum ꝙ anxietatẽ pellat ex animo. Et infra. Dormiui ⁊ euigilaui. ⁊ non ꝑua ex parte mitigatum inueni dolorem meum. Et inducit qđ in hymno Ambroſij dr̃. ꝙ quies artus ſolutos reddit laboris vſui. menteſq̃ feſſas alleuat. luctuſq̃ ſoluit anxios. ¶ R̃ñ. dõ. ꝙ ſicut dictum ẽ. Triſticia ſm̃ ſuã ſpẽȝ repugnat vitali motõi corꝑis. ⁊ ideo illa que reformãt naturã corꝑalem ĩ debitũ ſtatũ vital̃ motõis. repugnãt triſticie ⁊ ipſaȝ mitigãt. Per hoc etiã ꝙ hmõi remedijs reducit̃ natura ad debitũ ſtatũ. cauſat̃ ex his delectatio. hoc. n. eſt qđ delectatõeȝ fac̃. vt ſup̃ dictum ẽ. vnde cum oĩs delectatio triſticiã mitiget. ꝑ hmõi remedia corporalia triſticia mitigat̃. ¶ Ad. i. g̃ dõ. ꝙ ipſa debita corꝑis diſpoſitio inq̃ȝtum ſentit̃. delectatõeȝ cauſat. ⁊ ꝑ conſequens triſticiam mitigat. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ delectatõnum vna aliam impedit. vt ſup̃ dictum ẽ. ⁊ tñ oĩs delectatio triſticiam mitigat. vñ nõ ẽ inconueniẽs ꝙ ex cauſis ſe inuicẽ impediẽtibus triſticia mitiget̃. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ oĩs bona diſpoſitio corꝑis redundat quodammõ ad cor ſic̃ ad principium ⁊ finem corporalium motõnum. vt dr̃ in li. de cauſa motus animalium.

¶ Queſtio XXXIX.

## Deinde conſiderãdũ

eſt de bonitate ⁊ malicia doloris vel triſticie. Et circa hoc querunt̃ q̃ttuor. Primo vtrum oĩs triſticia ſit malum. Scđo vtrꝫ poſſit eẽ bonũ honeſtũ. Tertio vtrꝫ poſſit eẽ bonũ vtile. Quarto vtrꝫ dolor corꝑis ſit ſummum malum.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ oĩs triſticia ſit mala. Dic̃. n. Gregor. nice. Oĩs triſticia malũ ẽ ſuiip̃ius natura. ſȝ qđ naturaliter ẽ malũ ſp̃ ⁊ vbiq̃ ẽ malũ. ergo oĩs triſticia ẽ mala. ¶ Pr̃e. Illđ qđ oẽs fugiũt etiã ꝟtuoſi ẽ malũ. ſȝ triſticiã oẽs fugiunt etiam ꝟtuoſi. q2 vt dr̃ in. vij. ethi. Et ſi prudens non intendat delectari. tamen intendit non triſtari. ergo triſticia eſt malum. ¶ Pr̃e. Sic̃ malum corꝑale eſt obiectum ⁊ cauſa doloris corꝑalis. ita malum ſp̃ũale eſt obiectum ⁊ cauſa triſticie ſp̃ũalis. ſed omnis dolor corporalis eſt malum corporis. ergo omnis triſticia ſp̃ũalis eſt malum anime. ¶ Sed contra. Triſticia de malo contrariat̃ delectationi de malo. ſed delectatio de malo eſt mala. vnde in deteſtatõnem quorundam dr̃ Prouer. ij. ꝙ letant̃ cum male fecerint. ergo triſticia de malo eſt bona. ¶ R̃ñ. dõ. ꝙ aliquid eſſe bonum vel malum poteſt dici dupliciter. Vno mõ ſimplr̃ ⁊ ſm̃ ſe. ⁊ ſic oĩs triſticia ẽ q̃dda malũ. hoc. n. ipſm quod eſt appetitũ hoĩs anxiari d̃ malo p̃ñti rõẽȝ mali hȝ. impedit̃. n. ꝑ hoc q̃es appetitus in bono. Alio mõ dr̃ aliq̃d bonũ vel malũ ex ſuppoſitõne alterius. ſic̃ verecũdia dr̃ eẽ bonũ ex ſuppoſitõe alic⁹ turpis ↄmiſſi. vt dr̃ in. iiij. ethi. Sic igit̃ ſuppoſito aliquo contriſtabili vel doloroſo ad bonitatẽ ꝑtinet ꝙ aliquis de malo p̃ñti triſtet̃ vel doleat. ꝙ enim non triſtaret̃ vel non doleret. non poſſet eſſe niſi q2 vel non ſentiret. vel q2 non reputaret ſibi repugnans. ⁊ vtrunq̃ iſtoꝝ ẽ malum manifeſte. ⁊ ideo ad bonitatem ꝑtinet vt ſuppoſita p̃ñtia mali ſequat̃ triſticia vel dolor. ⁊ hoc eſt quod Aug⁹. dic̃. viij. ſuper Geñ. ad lr̃am. Adhuc eſt bonum quod dolet amiſſum bonum. nam niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura. nullius boni amiſſi dolor eſſet in pena. ſed quia ſermones morales ſunt in ſingularibus quorum ſunt operatõnes. illud quod eſt ex ſuppoſitõne bonum debet bonum iudicari. ſicut quod eſt ex ſuppoſitione voluntarium iudicat̃ voluntarium. vt dr̃ in. iij. eth. vt ſupra habitum eſt. ¶ Ad. i. ergo dõ. ꝙ Gregor. nycenus loquit̃ de triſticia ex parte mali triſtantis. non autẽ ex parte ſentientis ⁊ repudiantis malum. Et ex hac etiã parte omnes fugiunt triſticiam inquantum fugiunt malum. ſed ſenſum ⁊ refutatõnem mali non fugiunt. Et ſic dicendum etiam eſt de dolore corporali. nam ſenſus ⁊ recuſatio mali corꝑal̃ atteſtat̃ nature bone. Vñ p̃ȝ reſponſio ad ſecundum ⁊ ad tertium.

## Ad ſecundũ ſic proceditur

Videtur q triſticia nõ habeat rõnem boni honeſti. Quod. n. ad inferos deducit contrariatur honeſto. ſed ſicut dicit Aug. xij. ſuper Geñ. ad litteram. Jacob hoc timuiſſe videtur. ne nimia triſticia ſic perturbaretur. vt non ad requiem beatorum iret ſed ad inferos peccatorum. ergo triſticia non habet rõnẽ boni honeſti. ¶ Preterea. Bonum honeſtum habet rõnem laudabilis et meritorij. ſed triſticia diminuit rõnem laudis et meriti. Dicit. n. apl's. ij. ad Corinth. ix. Vnuſquiſq3 prout deſtinauit in corde ſuo non ex triſticia aut ex neceſſitate ergo triſticia non eſt bonum honeſtum. ¶ Preterea. Sicut Auguſ. dicit xiiij. de ci. dei. Triſticia eſt de his que nobis nolentibus accidunt. ſed non velle ea que preſentialiter fiunt eſt habere voluntatem repugnantem ordinatõni diuine. cuius prouidentie ſubiacent omña que aguntur. ergo cũ conformitas humane voluntatis ad diuinam pertineat ad rectitudinem voluntatis. vt ſupra dictum eſt. videtur q triſticia contrarietur rectitudini voluntatis. et ſic non habet rõnem honeſti. ¶ Sed contra. Omne quod meretur premium vite eterne habet rõnem honeſti. ſed triſticia eſt huiõi. vt p3 per id quod dicit Matth. v. Beati qui lugent quoniam ipſi conſolabuntur. ergo triſticia eſt bonum honeſtũ. ¶ Rñ. dd. q ſecundum illam rõnem qua triſticia eſt bonum poteſt eẽ bonum honeſtum. Dictum eſt. n. q triſticia eſt bonum ſcḋm cognitionem et recuſatõnem mali. que quidem duo in dolore corporali atteſtantur bonitate nature. ex qua prouenit q ſenſus ſentit. et natura refugit leſiuum quod cauſat dolorem. In interiori vero triſticia cognitio mali quandoq3 quidem eſt per rectum iudicium rõis. et recuſatio mali eſt per voluntatem bene diſpoſitam deteſtantem malum omne autem bonum honeſtum ex his duobus procedit. ſ. ex rectitudine rõnis et voluntatis. vnde manifeſtum eſt q triſticia poteſt habere rõnem boni honeſti. ¶ Ad. i. ergo dicendum. q omnes paſſiones anime regulari debent ſecundum regulam rõnis. que eſt radix boni honeſti. quam tranſcendit immoderata triſticia. de qua loquitur Aug. et ideo recedit a rõne honeſti. ¶ Ad. ij. dd. q ſicut triſticia de malo procedit ex voluntate et rõne recta que deteſtatur malum. ita triſticia de bono procedit ex rõne et voluntate peruerſa q̃ deteſtatur bonum. et ideo talis triſticia impedit laudem vel meritum boni honeſti. ſicut cum quis facit cu3 triſticia elemoſynam. ¶ Ad. iij. dd. q aliqua preſentialiter eueniũt que non fiunt deo volente ſed deo permittente. ſicut peccata. vnde voluntas repugnans peccato exiſtenti vel in ſe vel in alio. non diſcordat a voluntate dei. mala vero penalia preſentialiter contingunt etiam deo volente. non tamen exigitur ad rectitudinem voluntatis q ea ſcḋm ſe homo velit. ſed ſolum q non contrarietur ordini diuine iuſticie. vt ſupra dictum eſt.

## Ad tertiu3 ſic proceditur.

Videtur q triſticia nõ poſſit eẽ bonum vtile. dicit. n. Eccl. xxx. Multos occidit triſticia. et non eſt vtilitas in illa. ¶ Preterea. Electio eſt de eo quod ẽ vtile ad finẽ aliquem. ſed triſticia non eſt eligibilis. quinimo idem ſine triſticia q̃ cum triſticia eſt magis eligendum. vt dicit in. iij. topi. ergo triſticia nõ eſt bonum vtile. ¶ Preterea. Omnis res eſt propter ſuam operationem. vt dicit in. ij. de celo. ſed triſticia impedit operatõnem vt dicit in. x. ethi. ergo triſticia non habet rõnem boni vtilis. ¶ Sed contra. Sapiens non querit niſi vtilia. ſed ſicut dicit Eccleſiaſtes. vij. Cor ſapientum vbi triſticia. et cor ſtultorum vbi leticia. ergo triſticia eſt vtilis. ¶ Rñ. dd. q ex malo preſenti inſurgit duplex appetitiuus motus. Vnus quidem eſt appetitus quo contrariatur malo preſenti. et ex iſta parte triſticia non habet vtilitatem. quia id quod eſt preſens non poteſt non eẽ preſens. Secundus motus conſurgit in appetitu ad fugiendum et repellendum malum contriſtans. et quantum ad hoc triſticia habet vtilitatem ſi ſit de aliquo quod eſt fugiendum. Eſt. n. aliquid fugiendum dupliciter. Vno modo propter ſeipſum ex contrarietate quam h3 ad bonum. ſicut peccatum. et ideo triſticia de peccato vtilis eſt ad hoc q homo fugiat peccatum. ſicut apl's dicit. ij. ad Corinth. vij. Gaudeo non quia contriſtati eſtis ſed quia contriſtati eſtis ad penitentiam. Alio modo eſt aliquid fugiendum. non quia ſit ſcḋm ſe malum. ſed quia eſt occaſio mali. dum vel homo nimis inheret ei per amorem. vel etiam ex hoc q precipitatur in aliquod malum. ſicut p3 in bonis temporalibus. et ſcḋm hoc triſticia de bonis temporalibus põt eẽ vtilis. ſicut dicit Eccleſiaſtes. vij. Melius ẽ ire ad domũ luctus q̃ ad domũ conuiuij. in illa. n. finis cũctorum ammonetur hominum. Ideo autẽ triſticia in omni fugiẽdo ẽ vtilis. quia geminatur fugiendi cauſa, nã ipſum malũ ſcḋm ſe fugiendũ ẽ. ipſa3 autẽ triſticia ſcḋm ſe oẽs fugiũt. ſicut etiã bonũ oẽs appetũt et delectatõe3 de bono. Sicut ergo delectatio de bono facit vt bonum auidius queratur. ita triſticia de malo facit vt malum vehementius fugiatur. ¶ Ad. i. ergo dd. q auctoritas illa intelligitur de immoderata triſticia que animum abſorbet. huiõi autem triſticia immobilitat animum. et impedit fugam mali. vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad. ij. dd. q ſicut quodlibet eligibile fit minus eligibile propter triſticiam. ita quodlibet fugiendu3 redditur magis fugiendum propter triſticiam. et quantum ad hoc triſticia eſt vtilis. ¶ Ad. iij. dd. q triſticia de operatione aliqua impedit operationem. ſed triſticia de ceſſatõe operationis facit auidius operari.

## Ad quartum ſic proceditur

Videtur q triſticia ſit ſummum malum. Opinio. n. opponitur peſſimum. vt dicit in. viij. ethi. ſed quedam delectatio eſt optimum. que ſ. pertinet ad felicitatem. ergo aliqua triſticia eſt ſummum malum. ¶ Preterea. Beatitudo eſt ſummũ bonu3 hoĩs. quia eſt vltimus hoĩs finis. ſed beatitudo conſiſtit in hoc q homo habeat quicquid velit. et nihil mali velit. vt ſupra dictum eſt. ergo ſummum bonum hoĩs eſt impletio voluntatis ipſius. ſed triſticia conſiſtit in hoc q accidit aliquid contra voluntatem. vt p3 per Aug. xiiij. de ci. dei. ergo triſticia eſt ſummum malum hominis. ¶ Preterea. Aug. ſic argumentatur in. i. ſoliloquiorum. Ex duabus partibus compoſiti ſumus. ex anima. ſ. et corpore. quarum pars deterior eſt corpus. ſummum autem bonum eſt melioris partis optimum. ſummum autem malum peſſimum deterioris. eſt autem optimum in animo ſapientia. in corpore peſſimum dolor. ſummum igitur bonum hoĩs eſt ſapere ſummum malum dolere. ¶ Sed contra. Culpa eſt magis malum q̃ pena. vt in primo habitum eſt. ſed triſticia ſeu dolor pertinet ad penam peccati. ſicut frui rebus mutabilibus eſt malum culpe. Dicit enim Auguſt. in lib. de vera religio. Quis eſt dolor qui dicitur animi. niſi carere mutabilibus rebus. quibus fruebatur aut frui ſe poſſe ſperauerat. et hoc eſt totum quod dicitur malum. id eſt. peccatum et pena peccati. ergo triſticia ſeu dolor non eſt ſummũ malum hominis. ¶ Rñ. dd. q impoſſibile eſt aliquam triſticiam ſeu dolorem eſſe ſummum hoĩs malum. Omnis. n. triſticia ſeu dolor aut ẽ de hoc quod ẽ vere malũ. aut ẽ de aliquo apparenti malo quod ẽ vere bonum. dolor autem ſeu

triſticia que eſt vere de malo non poteſt eē ſummū malū. eſt.n.aliq̄d coꝛpeius.ſ.vel non iudicare eſſe malū illud qḋ vere ē malū.vel etiam nō refutare illud.triſticia autē vel dolor qui eſt de apparenti malo quod eſt vere bonum.non pōt eē ſummum malum.quia peius eſſet omnino alienari a vero bono. vñ poſſibile eſt ꝙ aliqua triſticia vel dolor ſit ſummum hominis malum. Ad.i.ergo dō.ꝙ duo bona ſunt communia ⁊ delectationi ⁊ triſticie.ſ. iudicium verum de bono ⁊ malo.⁊ ordo debitus voluntatis approbātis bonum ⁊ recuſantis malum. Et ſic pꝫ ꝙ in dolore vel triſticia eſt aliquod bonum.ꝑ cuius priuationem pōt fieri deterius.ſed non in omni delectatione eſt aliquod malum.ꝑ cuius remotionem poſſit fieri melius.vñ delectatio aliqua pōt eſſe ſummum hominis bonū.eo mō quo ſupra dictum eſt.triſticia autem non pōt eſſe ſummū hominis malum. Ad.ij.dō.ꝙ hoc ipm quod eſt voluntatem repugnare malo.eſt quoddam bonum. ⁊ ꝓpter hoc triſticia vel dolor non pōt eē ſummum malum.quia habet aliquam ꝑmixtionem boni. Ad.iij.dō.ꝙ peius ē quod nocet meliori q̄ꝫ quod nocet peiori. malum autem dr̄.quia nocet.vt dicit Aug⁹.in Ench. vñ maius malum eſt quod ē malum anime q̄ꝫ quod eſt malum corporis.vñ non eſt efficax rō quam Aug.inducit non ex ſenſu ſuo.ſed ex ſenſu alterius.

Queſtio.XL

Conſequēter ↄſiderādum eſt de paſſionibus iraſcibilis. Et primo de ſpe ⁊ deſperatione. Scḋo de timore ⁊ audacia. Tertio de ira. Circa primum queruntur octo. Primo vtrum ſpes ſit idem quod deſiderium vel cupiditas. Secundo vtrum ſpes ſit in vi apprehenſiua vel in vi appetitiua. Tertio vtrum ſpes ſit in brutis animalibus. Quarto vtrum ſpei contrariet deſperatio. Quinto vtrum cauſa ſpei ſit experientia. Sexto vtrum in iuuenibus ⁊ ebrioſis ſpes abundet. Septimo de ordine ſpei ad amorē. Octauo vtrum ſpes conferat ad operationem.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt ꝙ ſpes ſit idem quod deſiderium ſiue cupiditas. Spes.n.ponit vna quattuor principalium paſſionū. ſed Aug.enūerans q̄ttuor principales paſſiones. ponit cupiditatē loco ſpei.vt pꝫ in.xiiij.de ci. dei.g̃ ſpes ē idē qḋ cupiditas ſiue deſideriū. Pre. Paſſiones differūt ſm obiecta.ſed idem eſt obiectū ſpei ⁊ cupiditatis ſiue deſiderij.ſ. bonum futurū.ergo ſpes ē idē qḋ cupiditas ſiue deſideriū. Si dicat ꝙ ſpes addit ſup̄ deſiderium poſſibilitatem adipiſcendi bonum futurū. Contra.id qḋ ꝑ accñs ſe hꝫ ad obiectū nō variat ſpēꝫ paſſionis. ſed poſſibibile ſe hꝫ ꝑ accñs ad bonū futurū.qḋ ē obiectum cupiditatis vel deſiderij ⁊ ſpei ergo ſpes nō eſt paſſio ſpē differens a deſiderio vel cupiditate. Sed contra. diuerſarū potentiarum ſunt diuerſe paſſiones ſpē differentes.ſꝫ ſpes eſt in iraſcibili.deſiderium autem ⁊ cupiditas in concupiſcibili.ergo ſpes differt ſpecie a deſiderio ⁊ cupiditate. Rñ. dō.ꝙ ſpēs paſſionis ex obiecto conſiderat. Circa obiectum autē ſpei quattuor conditiones attendunt. Primo q̄dē ꝙ ſit bonū.nō.n.ꝓprie loquēdo ē ſpes niſi de bono.⁊ ꝑ hoc differt ſpes a timore qui ē de malo. Scḋo vt ſit futurū.nō.n. ſpes eſt de pñti iam habito.⁊ ꝑ hoc differt ſpes a gaudio quod ē de bono pñti. Tertio requirit ꝙ ſit aliq̄d arduū cū difficultate adipiſcibile.nō.n.aliq̄s dr̄ aliq̄d ſperare minimū qḋ ſtatim eſt in ſua poteſtate vt habeat. ⁊ ꝑ hoc differt ſpes a deſiderio vel cupiditate.q̄ eſt de bono futuro abſolute.vñ ꝑtinet ad ↄcupiſcibilē.ſpes aūt ad iraſcibilē. Quarto ꝙ illud arduū ſit poſſibile adipiſci.nō.n.aliq̄s ſpat id qḋ oīo adipiſci nō pōt.⁊ ſm hoc differt ſpes a deſperatōe Sic g̃ pꝫ ꝙ ſpes differt a deſiderio.ſic differūt paſſiones iraſcibilis a paſſionib⁹ ↄcupiſcibil.⁊ ꝓpter hoc ſpes p̄ſupponit deſideriū ſic ⁊ oēs paſſiones iraſcibilis p̄ſupponūt paſſiones ↄcupiſcil.vt ſup̄ dictū ē. Ad.i.g̃ dō.ꝙ Aug. ponit cupiditatē loco ſpei ꝓpter hoc ꝙ vtraq̄ reſpicit bonū futurū. Et q2 bonū qḋ nō eſt arduū q̄ſi nihil reputat.vt ſic cupiditas maxime videat tēdere in bonū arduū.in qḋ etiā tēdit ſpes. Ad.ij.dō.ꝙ obiectū ſpei nō eſt bonū futurū abſolute.ſed cū arduitate ⁊ difficultate adipiſcēdi.vt dictum ē. Ad.iij.dō.ꝙ obiectū ſpei nō ſolū addit poſſibilitatē ſup̄ obiectū deſiderij.ſꝫ etiā arduitatē.q̄ ad aliā potētiā facit ſpem ꝑtinere.ſ.ad iraſcibilē q̄ reſpicit arduum vt in primo dictū eſt.poſſibile aūt ⁊ impoſſibile nō oīo ꝑaccidens ſe hñt ad obiectū appetitiue virtutis. Nā appetitus ē principiū motōis.nihil aūt mouet ad aliq̄d niſi ſub rōne poſſibilis.nullus.n.mouet ad id qḋ eſtimat impoſſibile adipiſci.⁊ ꝓpter hoc ſpes differt a deſperatōe ſm differentiam poſſibilis ⁊ impoſſibilis.

## Ad ſcḋm ſic proceditur.

Videt ꝙ ſpes ꝑtineat ad vim cognitiuā. Spes.n.videt eē expectatio q̄dam. Dic.n.apl's Ro.viij. Si aūt qḋ nō videmus ſperamus.ꝑ patiāꝫ expectamus.ſed expectatio videt ad vim cognitiuam ꝑtinere.cuius eſt expectare. ergo ſpes ad cognitiuam ꝑtinet. Pre. Idem eſt vt videtur ſpes quod fiducia. vñ ⁊ ſperantes confidentes vocamus.quaſi ꝓ eodem vtentes eo quod eſt confidere ⁊ ſperare.ſed fiducia ſicut ⁊ fides videt ad vim cognitiuam ꝑtinere.ergo ⁊ ſpes. Pre. Certitudo eſt ꝓprietas cognitiue virtutis.ſed certitudo attribuit ſpei.ergo ſpes ad vim cognitiuam ꝑtinet. Sed contra. Spes eſt de bono.ſicut dictum ē.bonum autem inq̄ꝫtum hmōi non eſt obiectum cognitiue ſed appetitiue virtutis.ergo ſpes non ꝑtinet ad cognitiuam.ſed ad appetitiuam virtutē. Rñ.dō. ꝙ cum ſpes importet extenſionem quādam appetitus in quoddam bonum.manifeſte ꝑtinet ad appetitiuam virtutem.motus.n.ad res ꝑtinet ꝓprie ad appetitum.actio vero virtutis cognitiue ꝑficit non ſm motum cognoſcentis ad res.ſed potius ꝙ res cognite ſunt in cognoſcente. Sꝫ quia vis cognitiua mouet appetitiuam repñtando ei ſuū obiectum.ſm diuerſas rōnes obiecti apprehenſi ſubſequūtur diuerſi motus in vi appetitiua. Alius.n.motus ſequitur in appetitu ex apprehenſione boni.⁊ alius ex apprehenſione mali.⁊ ſimiliter alius motus ex apprehenſione preſentis ⁊ futuri abſoluti ⁊ ardui poſſibilis ⁊ impoſſibilis. ⁊ ſecundum hoc ſpes eſt motus appetitiue virtutis conſequens apprehenſionem boni futuri ardui poſſibilis adipiſci.ſ.extenſio appetitus in hmōi obiectum. Ad primū ergo dicendum.ꝙ quia ſpes reſpicit ad bonum poſſibile inſurgit dupliciter homini motus ſpei.ſicut dupliciter ē ei aliquid poſſibile.ſ.ſecundum ꝓpriam virtutem.⁊ ſecundum virtutem alterius. Quod ergo aliquis ſperat ꝑ propriam virtutem adipiſci. non dicitur expectare ſed ſperare tm̄.ſed proprie dicitur expectare quod ſperat ex auxilio virtutis aliene.vt dicatur expectare quaſi ex alio ſpectare. inq̄ꝫtū.ſ.vis apprehenſiua ꝓcedēs nō ſolū reſpicit ad bonū qḋ īēdit adipiſci.ſꝫ etiā ad illḋ cuiꝰ virtute adipiſci ſpat. ſm illud.Eccl.li. Reſpiciens eram ad adiutorium hominū.

Motus q̄ ſpei q̄n̄q; dr̄ expectatio ꝓpter inſpectōez virtutꝭ cognitiue p̄cedentē. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ illud qd̄ hō deſiderat ⁊ eſtiat ſe poſſe adipiſci credit ſe adepturū. ⁊ ex tali fide in cognitiua p̄cedēte. motus ſequēs in appetitu fiducia nominatꝰ. denoiatꝰ .n. motꝰ appetitiuꝰ a cognitōe p̄cedēte. ſicꝫ effectꝰ ex cā magis nota. magis .n. cognoſcit vis apprehēſiua ſuū actū q̄ꝫ actū appetitiue. ¶ Ad .iij. dd̄. ꝙ certitudo attribuitꝰ motui. nō ſolū appetitus ſenſitiui. ſꝫ etiā appetitꝰ naturalꝭ. ſic dr̄ ꝙ lapis certitudinalitꝰ tēdit deorſum. ⁊ hoc ꝓpter infallibilitatē quā hꝫ ex certitudine cognitōis. q̄ p̄cedit motū appetitus ſenſitiui vel etiā naturalis.

## Ad tertium ſic p̄ceditur.

Videtꝰ ꝙ in brutis aīalibus nō ſit ſpes. Spes .n. ē de futuro bono. vt Damaſ. dic. ſꝫ cognoſcere futura nō ptinet ad aīalia bruta. q̄ hn̄t ſolū cognitōez ſenſitiuā. q̄ nō ē futurorum. ergo ſpes nō ē in brutis aīalibus. ¶ Pre. Obiectuꝫ ſpei ē bonū poſſibile adipiſci. ſꝫ poſſibile ⁊ impoſſibile ſūt quedam differentie veri ⁊ falſi. que ſolum ſunt in mente. vt phs dicit in .vi. metaphi. ergo ſpes non ē in brutis aīalibus in quibus non eſt mens. ¶ Pre. Augꝰ. dicit ſuper Geñ. ad lr̄am. ꝙ animalia mouentꝰ viſis. ſed ſpes non eſt de eo quod videtꝰ. nam quod videt quis. quid ſperat? vt dr̄ Ro. viij. ergo ſpes non eſt in brutis aīalibus. ¶ Sed contra. Spes ē paſſio iraſcibilis. ſed in brutis animalibꝫ eſt iraſcibilis. ergo ⁊ ſpes. ¶ Rn̄. dd̄. ꝙ interiores paſſiones animalium ex exterioribus motibus deprehendi pn̄t ex quibus apparet ꝙ in animalibus brutis eſt ſpes. Si .n. canis videat leporem. aut accipiter auem nimis diſtantē non mouetꝰ ad ipſam. quaſi non ſperans ſe eā poſſe adipiſci. ſi autem ſit in ꝓpinquo. mouetꝰ quaſi ſub ſpe adipiſcendi. Ut .n. ſupra dictum eſt. Appetitus ſenſitiuus brutorū animalium. ⁊ etiam appetitus naturalis rerum inſenſibilium. ſequuntꝰ apprehenſionem alicuius intellectus. ſicut ⁊ appetitus nature intellectiue qui dr̄ voluntas. ſed in hoc ē differentia ꝙ volūtas mouetꝰ ex apprehenſione intellectꝰ coniuncti. ſed motus appetitus naturalis ſequitꝰ apprehēſionem intellectus ſeparati qui naturam inſtituit. Et ſimiliter appetitus ſenſitiuus brutorꝫ animalium. que etiam q̄dam inſtinctu naturali agunt. vnde in operibus brutorū animalium ⁊ aliarum rerum naturalium apparet ſimilis p̄ceſſus ſicut ⁊ in artis opibus. ⁊ ꝑ hunc modum in animalibus brutis eſt ſpes ⁊ delectatio. ¶ Ad .i. ergo dd̄. ꝙ quamuis bruta animalia non cognoſcant futurum. tamē ex inſtinctu naturali mouetꝰ animal ad aliquid in futurū. ac ſi futurum p̄uideret. hmōi .n. inſtinctus eſt eis inditꝰ ab intellectu diuino p̄uidente futura. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ obiectum ſpei non eſt poſſibile ꝓut eſt quedam differētia veri. ſic .n. conſequitꝰ habitudinem p̄dicati ad ſubiectum. ſꝫ obiectum ſpei eſt poſſibile quod dr̄ ſm̄ aliquam potentiā. ſic .n. diſtinguitꝰ poſſibile in .v. metaphi. ſ. in duo poſſibilia p̄dicta. ¶ Ad .iij. dd̄. ꝙ licet id quod eſt futurum non cadat ſub viſu. tamen ex his que vidit animal in p̄nti. mouetꝰ eius appetitus in aliquod futurum. vel ꝓſequendum vel vitandum.

## Ad quartum ſic procedit

Videtꝰ ꝙ deſperatio nō ſit contraria ſpei. Uni .n. vnum eſt contrarium. vt dr̄ in .x. metaphi. ſed ſpei contrariatꝰ timor. nō ḡ ꝯtriatꝰ ei deſperatio. ¶ Pre. Contraria videntꝰ cē circa idem. ſꝫ ſpes ⁊ deſperatio nō ſunt circa idem. nā ſpes reſpicit bonū. deſperatio aūt ē ꝓpter aliqd̄ malum impeditiuū adeptōis boni. ḡ ſpes nō ꝯtriatꝰ deſperatiōi. ¶ Pre. motui nō ꝯtriatꝰ motus. quies vero opponitꝰ motui vt priuatio. ſꝫ deſperatio magis videtꝰ importare immobilitatē q̄ꝫ motum. ergo non ꝯtriatꝰ ſpei. que importat motum extēſionis in bonū ſperatū. ¶ Sed ꝯ ē q̄d deſperatio noiatꝰ ꝑ ꝯriū ſpei. ¶ Rn̄. dd̄. ꝙ ſic ſup̄ dictū ē. in mutatōibꝫ inuenitꝰ duplex ꝯrietas. Una ſm̄ acceſſum ad ꝯrios terminos ⁊ talꝭ ꝯrietas ſola inuenitꝰ in paſſionibꝫ concupiſcibilis. ſicut amor ⁊ odiū contrariantꝰ. Alio mō ꝑ acceſſum ⁊ per receſſum reſpectu eiuſdem termini. ⁊ talis contrarietas ī uenitꝰ in paſſionibus iraſcibilis. ſicut ſup̄ dictum ē. Obiectum aūt ſpei quod ē bonum arduum hꝫ quidem rōnē attractiui. ꝓut conſideratꝰ cum poſſibilitate adipiſcendi. ⁊ ſic tendit in ipſm ſpes que importat quendam acceſſum. ſed ſm̄ ꝙ conſideratꝰ cum poſſibilitate obtinendi. hꝫ rōnē repulſiui. q2 vt dr̄ in .iij. ethi. cum ventū fuerit ad aliquid impoſſibile. tūc hoīes diſcedūt. ⁊ ſic reſpicit hoc obiectū deſperatio. vn̄ importat motū cuiuſdā receſſus. ⁊ ꝓpter hoc ꝯtriatꝰ ſpei ſic receſſus acceſſui. ¶ Ad .i. ḡ dd̄. ꝙ timor contrariatꝰ ſpei ſm̄ ꝯrietatē obiectoꝝ. ſ. boni ⁊ mali. hec .n. contrarietas inuenitꝰ in paſſionibus iraſcibilis ſm̄ ꝙ deriuātur a paſſionibꝫ concupiſcibilis. ſed deſperatio ꝯtriatꝰ ei ſolum ſm̄ ꝯrietatē acceſſus ⁊ receſſus. ¶ Ad .ij. dd̄. ꝙ deſperatio non reſpicit malum ſub rōe mali. ſed ꝑ accn̄s q̄ñq; reſpicit malum. inq̄ꝫtum facit impoſſibilitatem adipiſcendi. pōt aūt eē deſperatio ex ſolo ſuperexceſſu boni. ¶ Ad .iij. dd̄. ꝙ deſperatio non importat ſolam priuationem ſpei. ſꝫ importat quendam receſſum a re deſiderata. ꝓpter eſtimatam impoſſibilitatem adipiſcendi. vn̄ deſperatio p̄ſupponit deſiderium ſicut ⁊ ſpes. de eo .n. quod ſub deſiderio noſtro nō cadit. neq; ſpem. neq; deſperationem habemus. ⁊ ꝓpter hoc etiam vtrunq; eoꝝ eſt de bono qd̄ ſub deſiderio cadit.

## Ad quintum ſic procedit

Videtꝰ ꝙ expientia nō ſit cā ſpei. Expientia .n. ad vi cognitiuā ptinet. vn̄ phs dicit in .ij. ethi. ꝙ virtus intellectualꝭ indiget expimento ⁊ tpe. ſpes aūt nō eſt in vi cognitiua. ſed in appetitiua vt dictum ē. ergo expientia nō eſt cā ſpei. ¶ Pre. Phs dicit in .ij. rhet°. ꝙ ſenes ſunt difficilis ſpei ꝓpter experientiam. ex quo videtꝰ ꝙ experientia ſit cā defectus ſpei. ſed non eſt idem cauſa oppoſitorum. ergo experientia non eſt cauſa ſpei. ¶ Pre. Philoſophus dicit in .ij. de celo. ꝙ de omnibus enunciare aliquid ⁊ nihil pretermittere. quandoq; eſt ſignum ſtulticie. ſed ꝙ homo temptet omnia. ad magnitudinem ſpei pertinere videtur. ſtulticia autem prouenit ex inexperientia. ergo inexperientia videtur eſſe magis cauſa ſpei q̄ꝫ experientia. ¶ Sed contra eſt quod philoſophus dicit in .iij. ethic. ꝙ aliqui ſunt bone ſpei propter multotiens ⁊ multos viciſſe quod ad experientiam pertinet. ergo experientia eſt cauſa ſpei. ¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. ſpei obiectum eſt bonum futurum arduum poſſibile adipiſci. poteſt ergo aliquid eſſe cauſa ſpei. vel quia facit homini aliquid eſſe poſſibile. vel quia facit eum exiſtimare aliquid eſſe poſſibile. ¶ Primo modo eſt cauſa ſpei omne illud quod auget poteſtatem hominis. ſicut diuitie ⁊ fortitudo. ⁊ inter cetera etiam experientia. Nam per experientiam homo acquirit facultatem aliquid de facili faciendi. ⁊ ex hoc ſequitꝰ ſpes. vnde Vegetius dicit in li. de re militari. Nemo facere metuit quod ſe bene didiciſſe confidit. Alio modo eſt cauſa ſpei omne illud quod facit alicui

eꝛiſtimatõez ꝙ aliq̃d ſit ſibi poſſibile. ⁊ hoc mõ ⁊ doctrina ⁊ pſuaſio q̃libet põt eẽ cã ſpei. ⁊ ſic etiã experientia ẽ cã ſpei. inq̃ƺtũ .ſ. p experientiã fit homĩ eꝛiſtimatio ꝙ aliq̃d ſit ſibi poſſibile q̃d impoſſibile añ experiẽtiã reputabat. ſƺ p hunc modũ experiẽtia põt eẽ cã defectus ſpei. q̃ꝛ ſicꝰ p experientiã fit hoĩ eꝛiſtimatio ꝙ aliq̃d ſibi ſit poſſibile q̃d reputabat impoſſibile. ita ecõuerſo p experientiã fit hoĩ eꝛiſtimatio ꝙ aliq̃d nõ ſit ſibi poſſibile q̃d poſſibile eꝛiſtimabat. Sic ḡ experientia eſt cã ſpei duobus modis. cã aũt defectꝰ ſpei vno mõ. ⁊ ꝓpter hoc magis dicere poſſumꝰ eã eẽ cãz ſpei.

¶ Ad .i. ḡ dõ. ꝙ experiẽtia in opabilibus nõ ſolũ cauſat ſciaz. ſƺ etiã cauſat quendã habitũ ꝓpter ꝯſuetudinẽ q̃ facit opationẽ faciliorẽ. ſƺ ⁊ ipã virtus intellectualꝭ facit ad poteſtatẽ facile opandi. demõſtrat etiã aliq̃d eẽ poſſibile. ⁊ ſic cauſat ſpem. ¶ Ad .ij. dõ. ꝙ in ſenibus ẽ defectus ſpei ꝓpter experientiã. inq̃ƺtum experientia facit eꝛiſtimationem impoſſibilis. Vñ ibidẽ ſubdit. ꝙ eis multa eueniũt in deterius. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ ſtulticia ⁊ inexperientia pñt eſſe cã ſpei p accñs. remouendo .ſ. ſciam ꝓpter quã vere eꝛiſtimat aliq̃d eẽ nõ poſſibile. vñ ea rõe inexperientia eſt cã ſpei q̃ experientia eſt cã defectus ſpei.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videt ꝙ iuuẽtus ⁊ ebrietas nõ ſint cã ſpei. Spes .n. importat quandã certitudinẽ ⁊ firmitatẽ. Vñ ad Hebr. vi. Spes compat anchore. ſƺ iuuenes ⁊ ebrij deficiũt a firmitate. hñt .n. aĩum de facili mutabilẽ. ḡ iuuẽtus ⁊ ebrietas nõ eſt cã ſpei. ¶ Pre. ea q̃ augẽt ptãtẽ maxie ſunt cã ſpei. vt ſup dictũ ẽ. ſƺ iuuẽtus ⁊ ebrietas quandã infirmitatẽ hñt adiunctã. ḡ nõ ſunt cã ſpei. ¶ Pre. Experiẽtia eſt cã ſpei. vt dictũ eſt. ſƺ iuuenibus experiẽtia deficit. ḡ iuuẽtus nõ eſt cã ſpei. ¶ Sed ꝯ ẽ q̃d phs dicit in .iij. eth. ꝙ inebriati ſunt bñ ſperãtes. ⁊ in .ij. rheto. dr. ꝙ iuuenes ſunt bõe ſpei. ¶ Rñ. dõ. ꝙ iuuẽtus eſt cã ſpei ꝓpter tria. vt phs dicit in .ij. rheto. ⁊ hec tria pñt accipi ſm tres ꝯditõnes boni. q̃d eſt obiectum ſpei. quod ẽ futurum ⁊ arduũ ⁊ poſſibile. vt dictum ẽ. Iuuenes .n. multũ hñt de futuro ⁊ paꝝ de pterito. ⁊ ideo q̃ꝛ mẽoria ẽ pteriti. ſpes aũt futuri. parum hñt de mẽoria. ſƺ multum viuũt in ſpe. Iuuenes etiã ꝓpter caliditatem nature hñt multos ſpũs. ⁊ ita in eis cor ampliat. ex amplitudine aũt cordis ẽ ꝙ aliquis ad ardua tẽdat. ⁊ ideo iuuenes ſunt aĩoſi ⁊ bone ſpei. Silr etiam illi qui nõ ſunt paſſi repulſam. nec experti impedimenta i ſuis conatibus. de facili reputant aliquid ſibi poſſibile. vñ ⁊ iuuenes ꝓpter experiẽtiam impedimentoꝝ ⁊ defectuũ de facili reputant aliquid ſibi poſſibile. ⁊ ideo ſunt bone ſpei. Duo etiam iſtoꝝ ſunt in ebrijs .ſ. caliditas. ⁊ multiplicatio ſpirituum ꝓpter vinum. Et iterum conſideratio periculoꝝ vel defectuum. Et ꝓpter eandem rõnem etiam omnes ſtulti ⁊ deliberatõne non vtentes. omnia temptant ⁊ ſunt bone ſpei. ¶ Ad .i. ḡ dõ. ꝙ in iuuenibus ⁊ in ebrijs lƺ nõ ſit firmitas ſm rei veritatem. ẽ tamen in eis ſm eoꝛuz eſtimatõnem. reputant .n. ſe firmiter aſſecuturos illud q̃d ſperant. ¶ Et ſilr dõ. ad .ij. ꝙ iuuenes ⁊ ebrij hñt q̃dem infirmitatem ſm rei veritatem. ſed ſm eoꝝ eꝛiſtimatõnez hñt ptãtem. q̃ꝛ ſuos defectus nõ cognoſcũt. ¶ Ad .iij. dõ ꝙ nõ ſolum experientia ſed etiã inexperiẽtia ẽ q̃dãmõ cã ſpei. vt dictum eſt.

## Ad ſeptimum ſic procedit

Videt ꝙ ſpes nõ ſit cauſa amoꝛis. q̃ꝛ ſm Aug. xiiij. de ci. dei. Prima affectionum anime ẽ amoꝛ. ſed ſpes eſt q̃dam affectio anime. amoꝛ ergo pcedit ſpem. nõ ergo ſpes cauſat amoꝛem. ¶ Pre. Deſideriũ pcedit ſpem. ſed deſideriuz cauſat ex amoꝛe vt dictum ẽ. ergo etiam ſpes ſequit amoꝛem. nõ ergo cauſat ipm. ¶ Pre. Spes cauſat delectatõez vt ſup dictum ẽ. ſed delectatio nõ ẽ niſi de bono amato. ergo amoꝛ pcedit ſpem. ¶ Sed contra ẽ q̃d dr Matth. i. ſup illud. Abraam genuit yſaac. yſaac aũt genuit iacob. dicit glo. i. fides ſpem. ſpes charitatem. charitas aũt ẽ amoꝛ. ergo amoꝛ cauſat a ſpe. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſpes duo reſpicere põt. Reſpicit .n. ſicut obiectum bonum ſperatum. ſed q̃ꝛ bonuz ſperatum ẽ arduum poſſibile. aliq̃ñ autem fit aliquod arduum poſſibile nobis. nõ per nos ſed per alios. ideo ſpes etiam reſpicit illud per quod fit nobis aliquid poſſibile. Inq̃ƺtum igit ſpes reſpicit bonum ſperatũ. ſpes ex amoꝛe cauſat. non .n. ẽ ſpes niſi de bono deſiderato ⁊ amato. Inq̃ƺtum vero ſpes reſpicit illum per quem fit aliquid nobis poſſibile. ſic amoꝛ cauſat ex ſpe. ⁊ nõ ecõuerſo. Ex hoc .n. ꝙ per aliquem ſperamus nobis poſſe ꝓuenire bona. mouemur in ipm ſicut in bonum noſtrum. ⁊ ſic incipimꝰ ipm amare. ex hoc autem ꝙ amamus aliquem. nõ ſperamus de eo niſi p accidens. inq̃ƺtum .ſ. credimus nos reamari ab ipo. vñ amari ab aliquo facit nos ſperare de eo. ſed amoꝛ eius cauſat ex ſpe quam de eo habemus. Et p hoc pƺ reſponſio ad obiecta.

## Ad octauũ ſic proceditur

Videt ꝙ ſpes nõ adiuuet opationem ſed magis impediat. Ad ſpem .n. ſecuritas ptinet. ſed ſecuritas parit negligentiam que impedit opationem. ergo ſpes impedit opationem. ¶ Pre. Triſticia impedit opationem. vt ſup dictum eſt. ſed ſpes q̃nq̃ƺ cauſat triſticiam. Dicit .n. Prouer. xiij. Spes que differt affligit animam. ergo ſpes impedit opationem. ¶ Pre. Deſperatio contrariat ſpei. vt dictũ ẽ. ſƺ deſperatio maxie i rebꝫ bellicis adiuuat opatõez. Dicit .n. ij. Regum. ij. ꝙ periculoſa res eſt deſperatio. ḡ ſpes facit contrarium effectum. impediendo .ſ. opationem. ¶ Sed contra eſt quod dr .i. ad Corinth. ix. ꝙ qui arat debet orare in ſpe fructus pcipiendi. ⁊ eadem ratio eſt in omnibus alijs. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſpes p ſe habet ꝙ adiuuet opationem intendendo ipam. ⁊ hoc ex duobus. Primo quidem ex rõne ſui obiecti. quod eſt bonum arduum poſſibile. eꝛiſtimatio .n. ardui excitat attentionem. eꝛiſtimatio vero poſſibilis nõ retardat conatum. vñ ſequit ꝙ homo intente operet ꝓpter ſpem. Secundo vero ex rõne ſui effectus. Spes .n. vt ſupra dictum eſt cauſat delectationem. que adiuuat opationem. vt ſupra dictum eſt. vnde ſpes operationem adiuuat. ¶ Ad .i. ergo dõ. ꝙ ſpes reſpicit bonum conſequendum. ſecuritas aũt reſpicit malũ vitãdũ. vnde ſecuritas magis videt opponi timoꝛi q̃ƺ ad ſpem pertinere. ⁊ tamen ſecuritas non cauſat negligentiam niſi inq̃ƺtum diminuit eꝛiſtimationem ardui. in quo etiam diminuit rõ ſpei. Illa .n. in quibus homo nullum impedimentum timet. quaſi iam non reputant ardua. ¶ Ad .ij. dõ. ꝙ ſpes p ſe cauſat delectationem. ſed p accidens eſt vt cauſet triſticiam. vt ſupra dictum eſt. ¶ Ad .iij. dõ. ꝙ deſperatio in bello fit periculoſa propter aliquam ſpem adiunctam. Illi enim qui deſperant de fuga debilitantur in fugiendo. ſed ſperant mortem ſuam vindicare. ⁊ ideo ex hac ſpe acrius pugnant. vnde piculoſi hoſtibus fiunt.

¶ Queſtio. XLI.

Conſequẽter ꝯſiderã dum eſt. primo de timore ⁊ ſecundo de audacia. Circa timorem conſideranda ſunt quattuor. Primo de ipſo timore. Secundo de obiecto eiꝰ. Tertio de cã ipſius. Quarto de effectu. Circa primum queruntur quattuor. Primo. vtrum timor ſit paſſio aĩe. Secundo vtrum ſit ſpecialis paſſio. Tertio vtrum ſit aliquis timor naturalis. Quarto de ſpẽbus timoris

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ timor nõ ſit paſſio anime. Dicit. n. Damaſc. in li. iij. ꝙ timor eſt ꝟtus ſm ſiſtolem. i. contractõnem eſſentie deſideratiua. ſed nulla ꝟtus eſt paſſio. vt ꝓbatur in. ij. ethi. ergo timor nõ eſt paſſio ¶ Pre. Omnis paſſio ẽ effectus ex pñtia agentis ꝓueniens. ſed timor non ẽ de aliq̃ pñti ſed de futuro. vt Damaſ. dicit in. ij. li. ergo timor nõ eſt paſſio. ¶ Pre. Omnis paſſio anime eſt motus appetitus ſenſitiui qui ſequit̃ apprehenſionem ſenſus. ſenſus autem nõ eſt apprehenſiuus futuri ſed pñtis. cum ergo timor ſit de malo futuro. videt̃ ꝙ nõ ſit paſſio aĩe. ¶ Sed contra eſt quod Augꝰ. in. xiiij. de ci. dei. enumerat timorẽ inter alias anime paſſiones. ¶ Rñ. dd. ꝙ inter ceteros anime motus poſt triſticiam timor magis rõnem obtinet paſſionis. Ut. n. ſup̃ dictum eſt. ad rõnem paſſionis primo quidem ꝑtinet ꝙ ſit motus paſſiue ꝟtutis. ad quam ſcʒ comparet̃ ſuum obiectum ꝑ modum actiui mouẽtis. eo ꝙ paſſio eſt effectus agentis. ⁊ ꝑ hunc modum etiã ſentire ⁊ intelligere dicunt̃ pati. Secundo magis ꝓprie dr̃ paſſio motus appetitiue ꝟtutis habentis organum corpale. qui fit cum aliqua tranſmutatõne corꝑali. Et adhuc ꝓpriiſſime illi motus paſſiones dicunt̃ qui important aliquod nocumẽtum. Manifeſtum eſt autem ꝙ timor cum ſit de malo ad appetitiuam potentiam ꝑtinet. que ꝑ ſe reſpicit bonum ⁊ malum. ꝑtinet autem ad appetitum ſenſitiuum. fit. n. cum quadam tranſmutatõne. ſ. cum contractione. vt Damaſ. dicit. ⁊ importat etiam habitudinẽ ad malum. ſm ꝙ malum habet quodammõ victoriam ſup aliquod bonum. vñ veriſſime ſibi competit rõ paſſionis. tñ poſt triſticiam que eſt de pñti malo. nã timor ẽ de malo futuro. qđ nõ ita mouet ſicut pñs. ¶ Ad. i. ergo dd. ꝙ ꝟtus noĩat quoddam principium actionis. ⁊ ideo inq̃tum interiores motus appetitiue ꝟtutis ſunt principia exteriorum actuum dicunt̃ ꝟtutes. phs autem negat paſſionẽ eſſe ꝟtutem que eſt habitus. ¶ Ad. ij. dd. ꝙ ſic paſſio corporis naturalis ꝓuenit ex corꝑali pñtia agentis. ita paſſio anime ꝓuenit ex animali pñtia agentis abſq; pñtia corporali vel reali. inq̃tum. ſ. malum quod eſt futurum realit̃ eſt pñs ſm apprehenſionem aĩe. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ ſenſus ñ apprehendit futurũ. ſed ex eo quod apprehendit pñs aĩal naturali inſtinctu mouet̃ ad ſperandũ futurũ bonũ. vel timendum futurum malum.

## Ad ſcđum ſic proceditur.

Videt̃ ꝙ timor nõ ſit ſpecialis paſſio. Dic̃. n. Augꝰ. in li. lxxxiij. q. ꝙ quem nõ examinat metus. neq; cupiditas eũ vaſtat. nec egritudo. i. triſticia eũ macerat. nec ventilat geſtiens ⁊ vana leticia. ex quo videt̃ ꝙ remoto timore omnes alie paſſiones remouent̃. non ergo paſſio eſt ſpecialis ſed generalis. ¶ Pre. phs dicit in. vi. ethi. ꝙ ita ſe habet ĩ appetitu ꝓſecutio ⁊ fuga. ſicut in intellectu affirmatio ⁊ negatio. ſed negatio non eſt aliquid ſpeciale in intellectu ſicut nec affirmatio. ſed aliquid commune ad multa. ergo nec fuga in appetitu. ſed nihil eſt aliud timor q̃ʒ fuga quedam mali. ergo timor nõ eſt paſſio ſpecialis. ¶ Pre. Si timor eſt paſſio ſpecialis. ꝑcipue in iraſcibili eſſet. eſt autẽ timor etiam in concupiſcibili. Dicit. n philoſophus in. ij rhetor. ꝙ timor eſt triſticia quedam. Et Damaſ. dicit. ꝙ timor eſt ꝟtus deſideratiua. triſticia autem ⁊ deſiderium ſunt in concupiſcibili. vt ſupra dictum eſt. non eſt ġ paſſio ſpecialis. cum ꝑtineat ad diuerſas potentias. ¶ Sed contra eſt ꝙ condiuidit̃ alijs paſſionibus anime. vt pʒ ꝑ Damaſ. in. ij. li. ¶ Rñ. dd. ꝙ paſſiones anime recipiunt ſpeciem ex obiectis. vnde ſpecialis paſſio eſt que habet ſpeciale obiectum. ſicut ⁊ ſpes. Sicut. n. obiectum ſpei eſt bonum futurum arduum poſſibile adipiſci. ita obiectum timoris eſt malum futurum difficile. cui reſiſti non poteſt. vnde timor eſt ſpecialis paſſio anime. ¶ Ad. i. ergo dd. ꝙ omnes paſſiones anime deriuant̃ ex vno principio ſcʒ ex amore. in quo habent ad inuicem connexionem. ⁊ rõne huius connexionis remoto timore remouent̃ alie paſſiones anime. non ideo quia ſit paſſio generalis. ¶ Ad. ij. dd ꝙ non omnis fuga appetitus eſt timor. ſed fuga ab aliquo ſpeciali obiecto. vt dictum eſt. ⁊ ideo licet fuga ſit quoddã generale. tamen timor eſt paſſio ſpecialis. ¶ Ad. iij. dd. ꝙ timor nullo mõ eſt in concupiſcibili. non. n. reſpicit malũ abſolute. ſed cum quadam difficultate vel arduitate. vt ei reſiſti vix poſſit. Sed quia paſſiones iraſcibilis deriuant̃ a paſſionibus concupiſcibilis. ⁊ ad eas terminant̃. vt ſup̃ dictum eſt. ideo timori attribuunt̃ ea que ſunt concupiſcibilis. dr̃. n. timor eſſe triſticia inquantum obiectum timoris eſt contriſtans ſi pñs fuerit. vnde ⁊ philoſophus dic̃ ibidem. ꝙ timor ꝓcedit ex fantaſia futuri mali corruptiui vel contriſtatiui. Similiter ⁊ deſiderium attribuit̃ a Damaſ. timori. quia ſicut ſpes cauſat̃ vel orit̃ a deſiderio boni. ita timor eſt ex fuga mali. fuga autem mali orit̃ ex deſiderio boni. vt ex ſupra dictis pʒ.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videt̃ ꝙ timor aliquis ſit naturalis. Dicit. n. Damaſc. in. iij. li. ꝙ eſt quidam timor naturalis nolente anima diuidi a corpe. ¶ Pre. Timor ex amore oritur. vt dictum eſt. ſed eſt aliquis amor naturalis. vt Diony. dicit. iiij. c. de di. no. ergo etiam eſt aliquis timor naturalis. ¶ Pre. Timor opponitur ſpei. vt ſupra dictum eſt. ſed eſt aliqua ſpes nature. vt pʒ ꝑ id quod dr̃ Roma. iiij. de Abraam. ꝙ contra ſpem nature in ſpem gratie credidit. ergo etiam eſt aliquis timor nature. ¶ Sed contra. ea que ſunt naturalia cõmuniter inueniunt̃ in rebus animatis ⁊ inanimatis. ſed timor non inuenit̃ in rebus inanimatiſ. ergo timor non eſt naturalis. ¶ Rñ. dd. ꝙ aliquis motus dr̃ naturalis. quia ad ipſm inclinat natura. ſed hoc contingit dupl̃r. Uno mõ ꝙ totum ꝑficit̃ a natura abſq; aliqua opatõne apprehenſiue ꝟtutis. ſicut moueri ſurſum eſt motus naturalis ignis. ⁊ augeri ẽ motus naturalis aĩalium ⁊ plantarum. Alio mõ dr̃ motus naturalis ad quem natura inclinat. licet nõ ꝑficiat̃ niſi ꝑ apprehenſionem. q2 ſicut ſup̃ dictum eſt. motus cognitiue ⁊ appetitiue ꝟtutis reducuntur in naturã ſicut in principiũ primũ. Et ꝑ hunc modũ etiã ipſi actus apprehenſiue ꝟtutis. vt intelligere. ſentire. ⁊ mẽorari. ⁊ etiã motus appetitus aĩalis q̃nq; dicunt̃ naturales. ⁊ ꝑ hũc modũ põt dici timor naturalis. ⁊ diſtinguit̃ a timore nõ naturali ſm diuerſitatẽ obiecti. Eſt. n. vt phs dic̃ in. ij. rheto. timor de malo corruptiuo. qđ natura

reſugit ꝓpter naturale deſiderium eſſendi. ⁊ talis timor
dr̄ eſſe naturalis. Et iterum de malo contriſtatiuo. qḋ nō
repugnat nature. ſed deſiderio appetitus. ⁊ talis timor nō
eſt naturalis. ſicut etiam ſupra amor. concupiſcentia. ⁊ de
lectatio diſtincta ſunt ꝑ naturale ⁊ nō naturale. Sed ẜm
primam acceptionem naturalis ſciēdum eſt ꝙ quedā de
paſſionibus anime qñq3 dicunt̃ naturales. vt amor. deſi/
derium. ⁊ ſpes. alie vero naturales dici nō poſſunt. ⁊ hoc iō
quia amor ⁊ odium deſiderium ⁊ fuga importāt inclina
tionem quandam ad pſequēdum bonum ⁊ fugiendum
malum. que quidem inclinatio ptinet etiam ad appetitū
naturalem. ⁊ ideo amor: eſt quidem naturalis. ⁊ deſideri/
um vel ſpes pōt quodāmō dici etiam in rebus naturalibꝰ
cognitione carentibus. ſed alie paſſiones anime importāt
quoſdam motus. ad quos nullo mō ſufficit inclinatio na
turalis. vel quia de rōne harum paſſionum eſt ſenſus ſeu
cognitio ſicut dictum eſt. ꝙ appꝛehenſio requiritur ad rō/
nem delectationis ⁊ doloris. vñ qui carent cognitione nō
poſſunt dici delectari vl' dolere. aut quia hmōi motus ſunt
contra rōnem inclinatōnis naturalis. puta ꝙ deſperatio
refugit bonum ꝓpter aliquam difficultatem. ⁊ timor refu/
git impugnationem mali contrarij ad quod eſt inclinatō
naturalis. ⁊ ideo hmōi paſſiones nullo mō attribuunt̃ re
bus inanīatis. Et ꝑ hoc pꝫ rñſio ad obiecta.

## Ad quartum ſic procedit

Videt̃ ꝙ inconuenienter Damaſ. aſſignet ſex ſpecies ti/
moris. ſ. ſegniciem. erubeſcentiam. verecundiam. admira/
tionem. ſtuporem. agoniam. Ut. n. phs dicit in. ij. rhetor.
timor eſt de malo contriſtatiuo. ergo ſpecies timoris debēt
reſpondere ſpeciebus triſticie. ſunt autem quattuor ſpeci/
es triſticie. vt ſupra dictum eſt. ergo ſolum debent eſſe qua
tuor ſpecies timoris eis correſpondentes. ¶ Pre. Illud
quod in actu noſtro conſiſtit. noſtre poteſtati ſubijcit̃. ſed
timor eſt de malo quod excedit poteſtatē noſtram. vt di/
ctum eſt. nō ergo ſegnicies ⁊ erubeſcentia ⁊ verecūdia que
reſpiciunt opationem noſtram debent poni ſpecies timo/
ris. ¶ Pre. Timor eſt de futuro. vt dictum eſt. ſed verecū
dia eſt de turpi actu iam commiſſo. vt Gregor. nicenus
dicit. ergo verecundia non eſt ſpecies timoris. ¶ Pre. Ti
mor non eſt niſi de malo. ſed admiratio ⁊ ſtupor non ſunt
niſi de magno ⁊ inſolito. ſiue bono ſiue malo. ergo admi/
ratio ⁊ ſtupor non ſunt ſpecies timoris. ¶ Pre. phi ex ad
miratione ſunt moti ad inquirendum veritatem. vt dr̄ in
principio metaphi. timor autem non mouet ad inquiren
dum. ſed magis ad fugiendum. ergo admiratio nō eſt ſpe
cies timoris. ¶ Sed in contrariū ſufficiat auctoritas Da
maſ. ⁊ Grego. niceni. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ ſicut dictum ē. Timor
de futuro malo quod excedit poteſtatem timentis. vt. ſ. ei
reſiſti non poſſit. ſicut autem bonum hominis ita ⁊ malū
poteſt conſiderari. vel in opatione ipſius. vel in exterioribꝰ
rebus. In opatione autem ipſius hominis poteſt duplex
malum timeri. Primo quidem labor grauans naturam
⁊ ſic cauſat̃ ſegnicies. cum. ſ. aliquis refugit operari ꝓpter
timorem excedentis laboris. Secundo turpitudo ledens
opinionem. ⁊ ſic ſi turpitudo timeat̃ in actu cōmittendo
eſt erubeſcentia. ſi autem ſit de turpi iam facto. eſt verecū
dia. malum autem quod in exterioribus rebus conſiſtit
tripl'r poteſt excedere hominis facultatem ad reſiſtendū.
Primo quidem rōne ſue magnitudinis. cum aliquis ſcꝫ
conſiderat aliquod magnum malum. cuius exitum con/
ſiderare ſufficit. ⁊ ſic ē admiratio. Secundo rōe diſſuetu/
dinis. q2. ſ. aliquod malum inconſuetum. noſtre ꝯſidera/
tioni offert̃. ⁊ ſic eſt magnum noſtra reputatōne. ⁊ hoc mō
eſt ſtupor qui cauſat̃ ex inſolita imaginatione. Tertio mō
rōe improuiſionis. q2. ſ. ꝓuidere non pōt ſicut futura iſto
tunia timent̃. ⁊ talis timor dr̄ agonia. ¶ Ad. i. ergo dd̄. ꝙ
ille ſpecies triſticie que ſupra poſite ſunt. non accipiuntur
ẜm diuerſitatem obiecti. ſed ẜm effectus. ⁊ ẜm quaſdam
ſpeciales rōnes. ⁊ ideo non oportet ꝙ ille ſpecies triſticie
non reſpondeant iſtis ſpeciebus timoris que accipiuntur
ẜm diuiſionem ꝓpriam obiecti ipſius timoris. ¶ Ad. ij
dd̄. ꝙ operatio ẜm ꝙ iam fit ſubdit̃ poteſtati operantis.
ſed aliquid circa opationem conſiderari poteſt facultatem
operantis excedens. ꝓpter quod aliquis refugit actionē.
⁊ ẜm hoc ſegnicies. erubeſcentia ⁊ verecundia ponunt̃ ſpe
cies timoris. ¶ Ad. iij. dd̄. ꝙ de actu ꝑterito poteſt timeri
conuicium vel obpꝛobrium futurū. ⁊ ẜm hoc verecundia ē
ſpecies timoris. ¶ Ad. iiij. dd̄. ꝙ non quelibet admiratio
⁊ ſtupor ſunt ſpecies timoris. ſed admiratio que eſt de ma
gno malo. ⁊ ſtupor qui eſt de malo inſolito. Vel poteſt di/
ci ꝙ ſicut ſegnicies refugit laborem exterioris opationis.
ita admiratio ⁊ ſtupor refugiunt difficultatem conſide/
ratōnis rei magne ⁊ inſolite. ſiue ſit bona ſiue mala. vt hoc
mō ſe habeat admiratio ⁊ ſtupor ad actum intellectus. ſi/
cut ſegnicies ad exteriorem actum. ¶ Ad. v. dd̄. ꝙ admi/
rans refugit in pñti dare iudicium de eo quod miratur ti
mens defectum. ſed in futurum inquirit. ſtupens autem
timet ⁊ in pñti iudicare ⁊ in futuro inquirere. vñ admi/
ratio ē principiū philoſophandi. ſed ſtupor ē phice ꝯſide/
ratōis impedimentū.

¶ Queſtio. XLII.

Deinde ꝯſiderādum
eſt de obiecto timoris. Et circa hoc queruntur
ſex. Primo. vtrum bonum ſit obiectum timo
ris vel malum. Secundo. vtrum malum nature ſit obie/
ctum timoris. Tertio. vtꝝ timor ſit de malo culpe. Quar
to. vtrum ipſe timor timeri poſſit. Quinto. vtrum repen/
tina magis timeant̃. Sexto. vtꝝ ea contra que nō ē reme
dium magis timeant̃.

## Ad primum ſic proceditur

Videt̃ ꝙ bonū ſit obiectū timoris. Dicit. n. Aug. in li. lxx
iij. q. ꝙ nihil timemus niſi ne id qḋ amamus. aut adeptū
amittamus. aut nō adipiſcamur ſperatū. ſꝫ id qḋ amamꝰ
ē bonū. ḡ timor reſpicit bonum ſicut ꝓpꝛium obiectum. ¶
Pre. phs dicit i. ij. rhetor. ꝙ ptās ⁊ ſup alium ipſum eē ē terribi
le. ſed hmōi ē quoddam bonum. ergo bonum eſt obiectum
timoris. ¶ Pre. Ideo nihil malum eē poteſt. ſed man/
dat̃ nobis vt deum timeamus. ẜm illud pſ. Timete deū
omnes ſancti eius. ergo ⁊ timor ē de bono. ¶ Sed contra
ē quod Damaſ. dicit in. ij. li. ꝙ timor ē de malo futuro ¶
Rñ. dd̄. ꝙ timor ē quidā motus appetitiue virtutis. ad vir/
tutem aūt appetitiuā ptinet pſecutio ⁊ fuga. vt dr̄ in. vi.
ethi. Eſt aūt pſecutio boni. fuga aūt mali. vñ qcūq3 motꝰ
appetitiue virtutis importat pſecutōe3. hꝫ aliqḋ bonum ꝓ
obiecto. qcunq3 aūt importat fugā. hꝫ malū ꝓ obiecto. vñ
cū timor fugā quandā importet. primo ⁊ ꝑ ſe reſpicit ma
lū ſicꝰ ꝓpꝛiū obiectū. pōt aūt reſpicere etiā bonū ẜm ꝙ ha/
bet habitudinē ad malū. qḋ quidem pōt eē duplr̄. Uno q/
dem mō inq̄ntū ꝑ malū priuat̃ bonū. ex hoc aūt ipſo ē ali/
qḋ malū ꝙ ē priuatiuū boni. vñ cū fugiat̃ malū q2 malū
ē. ſequit̃ vt fugiat̃. q2 priuat bonū qḋ qs amādo pſequit̃.
⁊ ẜm hoc dicit Aug. ꝙ nulla ē cā timēdi niſi ne amittat̃ bonū

amatum. Alio mõ compaꝛ̃ bonum ad malum vt cã ipſius inq̃ꜩtum .ſ. aliquod bonum ſua virtute põt inducere aliqđ nocumentum in bono amato. ⁊ ideo ſicut ſpes vt ſupꝛa dictum eſt. ad duo reſpicit .ſ. ad bonum in quod tendit. ⁊ ad id ꝑ quod ſperat ſe bonum concupitum adipiſci. Ita etiaꝫ timoꝛ ad duo reſpicit .ſ. ad malum quod refugit. ⁊ ad illđ bonum quod ſua virtute poteſt infligere malum. ⁊ ꝑ hunc modum deus timeꝛ̃ ab homine. inq̃ꜩtum põt infligere penam. vel ſpũalem vel coꝛꝑalem. ꝑ hunc etiam modum timeꝛ̃ poteſtas alicuius hominis. maxime quãdo eſt leſiua. vel quando eſt iniuſta. quia ſic in ꝓmptu habet nocumentum inferre. Ita etiam timeꝛ̃ ſuꝑ alium eſſe .i. inniti alicui .ſ. in eius poteſtate ſit conſtitutum nobis nocumentum inferre. ſicut ille qui eſt conſcius criminis. timeꝛ̃ ne crimẽ reuelet. ¶ Et ꝑ hoc pꝫ rñſio ad obiecta.

## Ad ſcđum ſic proceditur.

ꝟtus.ſed ſolum in anima.ſed iraſcibilis ⁊ concupiſcibil̄
non obediunt ad nutum rōni.ſed habent ꝓprios motus ſu
os quibus interdum rōni repugnāt.vñ in eodem li.phs
dicit ꝙ rō regit iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem principatu
politico.quo.ſ.regunt̄ liberi qui habent in aliquibus ꝓpri
am voluntatem.⁊ ꝓpter hoc etiam oportet in iraſcibili ⁊ cō
cupiſcibili eſſe aliquas ꝟtutes quibus bene diſponantur
ad actum. ¶ Ad.iiij. dđ.ꝙ in electione duo ſunt.ſ.inten/
tio finis que ꝑtinet ad ꝟtutem moralem. ⁊ preacceptio
eius quod eſt ad finem.quod ꝑtinet ad prudentiam. vt
dr̄ in.vi.ethi. ꝙ autem habeat rectam intentionem finis
circa paſſiones anime. hoc contingit ex bona diſpoſitione
iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis. ⁊ ideo ꝟtutes morales cir/
ca paſſiones ſunt in iraſcibili ⁊ concupiſcibili.ſed prudē/
tia eſt in ratione.

## Ad quintū ſic proceditur.

Videt̄ ꝙ in viribus ſenſitiuis apprehēſiuis interius poſ
ſit eſſe aliqua ꝟtus. Appetitus.n.ſenſitiuus pōt eſſe ſub/
iectum virtutis inq̄tum obedit rōni.ſed virtutes ſenſiti/
ue apprehenſiue interius rōi obediunt.ad imperium.n.rō
nis opat̄ ⁊ imaginatiua ⁊ cogitatiua ⁊ memoratiua.ergo
in his viribus pōt eſſe virtus. ¶ Pre. Sic appetitus rō/
nalis qui eſt voluntas in ſuo actu pōt impediri vel etiam
adiuuari ꝑ appetitum ſenſitiuum.ita etiam intellectus vl̄
rō pōt impediri vel etiam iuuari ꝑ vires ꝓdictas.ſic ḡ in
viribus ſenſitiuis appetitiuis pōt eſſe virtus.ita etiā in
apprehenſiuis. ¶ Pre. Prudentia eſt quedā virtus.cu/
ius ꝑtē ponit Tullius mēoriā in ſua rheto.ḡ etiā in vi me
moratiua pōt eē aliq̄ virtus.⁊ eadē rōe in aliis interiori/
bus apphēſiuis virib. ¶ Sʒ ꝯ ē ꝙ oēs virtutes vl̄ ſūt
itellectuales vel morales.vt dr̄ i.ij.ethi.morales āt ꝟtutes
oēs ſunt in pte appetitiua.itellectuales āt in intellectu vel
rōe.ſic pʒ i.vi.ethi.nulla ḡ ꝟtus ē in virib ſenſitiis app/
hēſiuis iterius. ¶ Rñ.dđ.ꝙ in virib ſenſitiis apphenſi/
uis interius ponunt̄ aliq̄ hītus.qđ pʒ ex hoc ꝓcipue quod
phs dicit in li.de mēoria.ꝙ in mēorādo vnū poſt aliđ opat̄
ꝯſuetudo q̄ ē q̄ſi q̄dā natura.nihil āt ē aliud hītus ꝯſuetu
dinal̄ q̄ hītudo acq̄ſita ꝑ ꝯſuetudinē.q̄ ē in modū vel in
motū nature.vñ de ꝟtute dic̄ Tullius in ſua rhetor.ꝙ eſt
hītus in modū nature rōi cōſentaneus.in hōie tñ id qđ ex
cōſuetudine acq̄rit̄.i mēoria ⁊ in aliis virib ſenſitiis app/
hēſiuis ñ ē hītus ꝑ ſe.ſʒ aliq̄d ānexū hītib intellectiue ꝑ
tis.vt ſup̄ dictū ē.ſʒ tñ ſi q̄ ſunt hītus i talib virib.ꝟtu
tes dici nō pñt.ꝟtus.n.ē hītus pfectus.q̄ nō cōtigit niſi
bonū opari.vñ oʒ ꝙ ꝟtus ſit in illa potētia q̄ ē cōſumma
tiua boni opis.cognitio āt veri nō cōſummat̄ in virib ſen
ſitiis apphēſiuis.ſʒ hmōi vires ſunt q̄ſi ꝓparatorie ad cogni
tionē intellectiuā.⁊ iō in hmōi virib nō ſunt ꝟtutes q̄b
cognoſcit̄ verū.ſʒ magis in intellectu vel rōe. ¶ Ad.i.ḡ dđ
ꝙ appetitus ſenſitiuus ſe hʒ ad voluntatē.q̄ ē appetitus rō
nis.ſic motus ab eo.⁊ iō opus appetitiue ꝟtutis conſum
mat̄ in appetitu ſenſitiuo.⁊ ꝓpt̄ hoc appetitus ſenſitiuus
ē ſubiectū ꝟtutis.ꝟtutes āt ſenſitiue apphēſiue magis ſe
hñt vt mouentes reſpectu intellectus. eo ꝙ fantaſmata ſe
hñt ad aīaʒ intellectiuā ſic colores ad viſum.vt dr̄ in.iij.đ
aīa.⁊ iō opus cognitōnis i itellectu terminat̄.⁊ ꝓpter hoc
ꝟtutes cognoſcitiue ſunt in ipſo itellectu vel rōe. Et ꝑ hoc
pʒ ſolo ad ij. ¶ Ad.iij.dđ.ꝙ mēoria nō ponit̄ ps prudē
tie ſic ſpēs ē ps generis.q̄ſi ipſa mēoria ſit q̄dā ꝟtus ꝑ ſe.ſʒ
q2 vnū eoꝝ q̄ req̄runt̄ ad prudentiā eſt bonitas memorie.
vt ſic quodammodo ſe habeat per modum partis inte/
gralis.

## Ad ſextuʒ ſic proceditur

Videt̄ ꝙ volūtas nō ſit ſubiectū alicuius ꝟtutꝭ. Ad id.n.
qđ cōuenit potētie ex ipſa rōe potētie nō req̄rit̄ aliq̄s ha/
bitus.ſʒ de ipſa rōe volūtatis.cū ſit in rōe ſm̄ phm̄ in.iij.đ
aīa.ē ꝙ tēdat in id qđ ē bonū ſm̄ rōeʒ.ad qđ ordinat̄ oīs
ꝟtus.q2 vnūq̄dq̄ naturaliter appetit ꝓpriū bonū. virtus
enī eſt hītus ꝑ modū nature cōſentaneus rōi.vt Tullius
dic̄ in ſua rheto.ḡ volūtas nō ē ſubiectū ꝟtutis. ¶ Pre.
oīs ꝟtus aut ē itellectual̄ aut moral̄.vt dr̄ in.i.⁊.ij.ethi.
ſʒ ꝟtus intellectual̄ ē ſic̄ in ſubiecto in intellectu ⁊ rōne.
nō aūt in volūtate.ꝟtus aūt moral̄ ē ſic̄ in ſubiecto in ira/
ſcibili ⁊ cōcupiſcibili.q̄ ſunt rōnales ꝑ ꝑticipatōeʒ.ergo
nulla ꝟtus ē in volūtate ſic̄ in ſubiecto. ¶ Pre. Omnes
actus hūani ad q̄s ꝟtutes ordinant̄ ſunt volūtarij. ſi igit̄
reſpectu aliq̄ꝝ hūanoꝝ actuū ſit aliq̄ ꝟtus in voluntate.
pari rōe reſpectu oīm actuū hūanoꝝ erit ꝟtus in volunta/
te.aut ḡ in nulla alia potentia erit aliq̄ ꝟtus.aut ad eun/
dem actū ordinabunt̄ due ꝟtutes.qđ videt̄ inconueniēs
voluntas ergo non pōt eſſe ſubiectum virtutis. ¶ Sʒ cō
tra eſt ꝙ maior pfectio requirit̄ in mouēte q̄ in moto.ſed
voluntas mouet iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem.multo er
go magis dʒ eſſe ꝟtus in voluntate q̄ in iraſcibili ⁊ concu
piſcibili. ¶ Rñ.dđ.ꝙ cum per habitum perficiat̄ poten/
tia ad agendum.ibi indiget potentia habitu perficiēte ad
bene agēdum.qui quidem habitus eſt virtus.ubi ad hoc
non ſufficit ꝓpria ratio potentie.omnis autem potentie ꝓ
pria ratio attendit̄ in ordine ad obiectum.vnde cum ſicut
dictum eſt.obiectum voluntatis ſit bonum rationis volū
tati ꝓportionatum.quantum ad hoc non indiget volūtas
virtute perficiente.ſed ſi quod bonum immineat homini
volendum quod excedat proportionem volentis.ſiue quā
tum ad totam ſpeciem humanam.ſicut bonum diuinum
quod tranſcendit limites humane nature. ſiue quantum
ad indiuiduum.ſicut bonum proximi.ibi voluntas indi/
get virtute.⁊ ideo huiuſmodi virtutes que ordinant affe
ctum hominis in deum velin proximum.ſunt in voluntate
ſicut in ſubiecto.vt charitas.iuſticia.⁊ huiuſmodi.

¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ rō illa habet locū ꝺ virtute q̄ ordinat ad bonū ꝓpriū ipſius volentis. ſicut tꝑantia ⁊ fortitudo. q̄ ſunt circa paſſiones hūanas. ⁊ alia hmōi. vt ex ꝯ ictis pꝫ ¶ Ad .ij. dō. ꝙ rōnale per participationem nō ſolum eſt iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis. ſed oīno. i. vniuerſaliter appetitiuū. vt dicit̄ in .i. ethi. ſub appetitiuo aūt comphendit̄ voluntas. ⁊ ideo ſiqua virtus eſt in voluntate. erit moral' niſi ſit theologica. vt infra patebit. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ quedā virtutes ordinantur ad bonū paſſionis moderate. quod eſt propriū huius vel illius hoīs. ⁊ in talibus non eſt neceſſarium ꝙ ſit aliqua virtus in voluntate. cū ad hoc ſufficiat natura potentie. vt dictū eſt. ſed hoc ſolū neceſſariuꝫ eſt in illis virtutibus que ordinant̄ ad aliquod bonum extrinſecum.

¶ Queſtio. LVII.

# Deinde ꝯſiderandū

eſt de diſtinctione virtutū. ⁊ pmo quantum ad virtutes intellectuales. ſcdo quantū ad morales. tertio quantū ad theologicas. ¶ Circa primū q̄runtur ſex. primo vtꝝ habitus intellectuales ſpeculatiui ſint virtutes. ſcdo vtꝝ ſint tres. ſ. ſapientia. ſcientia. ⁊ intellectus. tertio vtꝝ habitus intellectualis qui eſt ars ſit virtus. quarto vtꝝ prudentia ſit virtus diſtincta ab arte quinto vtꝝ prudentia ſit virtus neceſſaria hoī. ſexto vtrū eubulia. ſyneſis. ⁊ gnomin ſint virtutes adiūcte prudētie

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ habitus intellectuales ſpeculatiui non ſint virtutes. virtus enī eſt habitus opatiuus. vt ſupra dictū eſt. Sed habitus ſpeculatiui nō ſunt opatiui. diſtinguit̄ eniꝫ ſpeculatiuum a practico. i. opatiuo. ergo habitus intellectuales ſpeculatiui nō ſunt virtutes. ¶ Pre. Virtus eſt eoꝝ per que fit hō felix ſiue beatus. eo ꝙ felicitas eſt virtutis premiū vt dicit̄ in .i. ethi. ſed habitus intellectuales non conſiderant actus humanos aut alia bona humana per que hō beatitudinē adipiſcit̄. ſed magis res naturales ⁊ diuinas. ergo hmōi habitus virtutes dici non pñt. ¶ Pre. ſcientia eſt habitus ſpeculatiuus. ſed ſcientia et virtus diſtinguūtur ſicut diuerſa genera non ſubalternatim poſita. vt patet per phm̄ in .iiij. topicoꝝ. ergo habitus ſpeculatiui non ſunt virtutes. ¶ Sed contra. ſoli habit⁹ ſpeculatiui conſiderant neceſſaria que impoſſibile eſt alit̄ ſe habere. ſed phūs ponit in .vi. ethicoꝝ. quaſdā virtutes intellectuales in pte aīe que conſiderat neceſſaria. que nō poſſunt aliter ſe habere. ergo habitus intellectuales ſpeculatiui ſunt virtutes. ¶ Rñ. dōm ꝙ cum oīs virtus dicat̄ in ordine ad bonū. ſicut ſupra dictum eſt. duplici ratione aliquis habitus dicitur virtus. vt ſupra dictum eſt. vno modo quia facit facultatē bene opandi. alio mō q2 cū facultate facit etiā vſum bonū. ⁊ hoc ſicut ſu p̄ dictū ē ꝑtinet ſolū ad illos habitus qui reſpiciūt ptē appetitiuā. eo ꝙ vis appetitiua aīe eſt que facit vti oībus potentijs ⁊ habitibꝫ. Cū igit̄ habitus intellectuales ſpeculatiui nō ꝑficiant ptē appetitiuā. nec aliquo mō ipſam reſpiciāt. ſed ſolū intellectiuā. pñt quidē dici virtutes. inquantū faciūt facultateꝫ bone opationis. q̄ eſt ꝯſideratio veri. hoc enī eſt bonū op' intellectus. non tñ dicunt̄ virtutes ſcdo mō. quaſi facientes bene vti potentia ſeu habitu. Ex hoc enī ꝙ aliquis hꝫ habitū ſciētie ſpeculatiue nō inclinat̄ ad vtendū. ſed fit potens ſpeculari verū in his quoꝝ hꝫ ſcientiā. ſed ꝙ vtatur ſcientia habita. hoc eſt mouēte voluntate. ⁊ ideo virtus q̄ ꝑficit voluntatē. vt charitas vel iuſticia. facit etiā bene vti hmōi ſpeculatiuis habitibus. ⁊ ſm hoc etiā in actibꝫ hoꝝ habituū pōt eſſe meritū. ſi ex charitate fiant. ſicut Greg. dicit in .vj. moral. ꝙ contemplatiua ē maioris meriti q̄ꝫ actiua. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ duplex eſt opus. ſ. exterius et interius. Practicū ergo vel opatiuū qđ diuiditur contra ſpeculatiuū. ſumit̄ ab opere exteriori. ad qđ non hꝫ ordinē habitus ſpeculatiuus. ſed tñ hꝫ ordinē ad interius opus intellectus. qđ ē ſpeculari verū. ⁊ ſm hoc eſt habitus opatiuus. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ virtus ē aliquoꝝ dupliciter. Vno mō ſicut obiectoꝝ. ⁊ ſic hmōi virtutes ſpeculatiue non ſunt eoꝝ per que hō fit beatus. niſi forte ſm ꝙ li per dicit cām efficientē vel obiectū complete beatitudinis. qđ eſt deus. qđ eſt ſummū ſpeculabile. Alio mō dicitur eſſe virt⁹ aliquoꝝ ſicut actuū. ⁊ hoc mō virtutes intellectuales ſūt eoꝝ ꝑ que hō fit beatus. tū quia actus haꝝ virtutū poſſunt eſſe meritorij. ſicut dictū eſt. tū etiā q2 ſunt quedā inchoatio ꝑfecte beatitudinis. que in contēplatōe veri conſiſtit ſicut ſupra dictū eſt. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ſciētia diuidit̄ ꝯ virtutem ſcdo mō dictā. q̄ ꝑtinet ad vim appetitiuam.

## Ad ſecundū ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ inconueniēter diſtinguant̄ tres virtutes intellectuales ſpeculatiue. ſ. ſapiētia. ſciētia. ⁊ intellect⁹. Species enī non dꝫ ꝯdiuidi generi. ſed ſapiētia eſt quedā ſciētia vt đr in .vi. ethi. ergo ſapientia nō dꝫ cōdiuidi ſciētie in numero virtutū intellectualiū. ¶ Pre. In diſtinctione potentiaꝝ habituū ⁊ actuū que attendunt̄ ſm obiecta. attendit̄ principalit̄ diſtinctio q̄ eſt ſm rōnem formalē obiectoꝝ. vt ex ſupra dictis pꝫ. non g̃ diuerſi habitus debent diſtingui ſm materiale obiectū. ſed ſm rōnem formalem ipſius obiecti. ſed principiū demonſtrationis eſt rō ſciēdi cōcluſiones. non ergo intellectus principioꝝ dꝫ poni habitus alius aut alia virtus a ſciētia concluſionū. ¶ Pre. Virtus intellectualis đr que eſt in ipo rōnali ꝑ eſſentiam ſed ratō etiā ſpeculatiua ſicut rōnatur ſyllogizādo demonſtratiue. ita etiā rōnat̄ ſyllogizādo dialetice. ergo ſicut ſciētia que cātur ex ſyllogiſmo demōſtratiuo ponit̄ virtus intellectualis ſpeculatiua. ita etiā ⁊ opinio. ¶ Sed contra eſt ꝙ phūs dicit in .vi. ethi. ponit has ſolū tres virtutes intellectuales ſpeculatiuas. ſ. ſapientiā. ſcientiā. ⁊ intellectū ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut ſupra dictū eſt. virtus intellectualis ſpeculatiua eſt ꝑ quā intellectus ſpeculatiuus ꝑficit̄ ad cōſiderandū verū. hoc enī eſt bonū opus eius. verū aūt ē dupliciter conſiderabile. vno mō ſicut ꝑ ſe notū. alio mō ſicut ꝑ aliud notū. qđ aūt eſt ꝑ ſe notū ſe hꝫ vt principiū. ⁊ ꝑcipit̄ ſtatim ab intellectu. ⁊ ideo habitus ꝑficiens intellectum ad hmōi veri conſideratōeꝫ vocat̄ intellectus. qui eſt habitus principioꝝ. verū aūt quod eſt ꝑ aliud notum non ſtatī ꝑcipit̄ ab intellectu. ſed ꝑ inquiſitionē rationis ⁊ ſe habet in rōne termini. qđ quidem pōt eſſe dupliciter. Vno mō vt ſit vltimū in aliquo genere. Alio modo vt ſit vltimū reſpectu totius cognitionis humane. Et q2 ea que ſunt poſterius nota quo ad nos. ſunt priora ⁊ magis nota ſm naturā. vt đr in .i. phiſi. ideo id quod eſt vltimum reſpectu totius cognitionis humane eſt id qđ eſt primum ⁊ maxime cognoſcibile ſm naturā. ⁊ circa hmōi. eſt ſapientia que conſiderat altiſſimas cauſas. vt đr in .i. metha. vñ cōuenienter iudicat ⁊ ordinat de oībus. q2 iudiciū perfectum ⁊ vniuerſale haberi non pōt niſi ꝑ reſolutionē ad primas cauſas. Ad id vero qđ eſt vltimū in hoc vel illo genere cognoſcibiliū ꝑficit intellectū ſciētia. ⁊ iō ſm diuerſa genera ſcibiliū ſunt diuerſi habitus ſciētiaꝝ. cū tñ ſapien

tia non ſit niſi vna. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ ſapientia eſt q̄dā ſciētia. inquantū bꝫ id quod ē cōe oībus ſciētijs. vt .ſ. ex principijs cōcluſiones demonſtret. ſed q꞉ bꝫ aliquid ꝓpriū ſupra alias ſciētias. inquantū .ſ. de oībus iudicat ⁊ non ſolū quantū ad concluſiones. ſed etiā quantum ad prima principia. ideo bꝫ rōnē pfectioris virtutis q̄ ſcia. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ qn̄ ratio obiecti ſub vno actu refertur ad potentiā ⁊ habitū. tunc nō diſtinguūtur habitus vel potentie penes rōnem obiecti vel obiectū materiale. ſicut ad eandē potentiā viſiuā ptinet videre colorē. ⁊ lumen qḋ eſt ratio videndi colorem ⁊ ſimul cū ipſo videt. principia vero demonſtratiōis poſſunt ſeorſuꝫ cōſiderari abſq꞉ hoc ꝙ conſiderent concluſiones. poſſūt etiā cōſiderari ſimul cuꝫ cōcluſionibꝫ. put principia in cōcluſiones deducunt. Cōſiderare ergo hoc ſcḋo mō principia ptinet ad ſciētiā que conſiderat etiā cōcluſiones. ſed ꝯſiderare principia ſcḋm ſe ipſa ptinet ad intellectū. Unū ſi quis recte conſideret. iſte tres virtutes non equo diſtinguūtur ad inuicē. ſed ordie quodā. ſicut accidit in totis potentialibus. quoꝝ vna pꝫ eſt pfectior altera. ſicut aīa rōnalis eſt pfectior q̄ ſenſibil' ⁊ ſenſibilis q̄ vegetabilis. hoc enī mō ſciētia depēdet ab intellectu ſicut a pricipaliori. ⁊ vtrūq꞉ dependet a ſapiētia ſicut a principaliſſimo. q̄ ſub ſe continet ⁊ intellectū ⁊ ſciētiā. vt de concluſionibꝫ ſciaꝝ diiudicās ⁊ de principijs earūdem. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictū eſt. habitus virtutis determinate ſe bꝫ ad bonū. nullo aūt mō ad malum. bonū aūt intellectus eſt verū. malū aūt eiꝰ ē falſum vn̄ ſoli illi habitus virtutes intellectuales dicūtur. quibꝫ ſp̄ dr̄ verū ⁊ nunq̄ falſum. opinio vero ⁊ ſuſpicio pn̄t eſſe veri ⁊ falſi. ⁊ ideo non ſunt intellectuales virtutes. vt dr̄ in .vi. ethicoꝝ.

## Ad tertium ſic procedit.

Videt ꝙ ars non ſit virtꝰ intellectualis. Dicit enī Aug. in li. de li. arbi. ꝙ virtute nullus male vtitur. ſed arte aliquis male vtit. pōt enī aliquis artifex ſcḋm ſciam artiſ ſue male opari. ergo ars nō eſt virtus. ¶ Pre. virtutis nō ē virtus. artis aūt eſt aliqua virtus. vt dicit in .vi. ethicoꝝ. ergo ars non eſt virtus. ¶ Pre. Artes liberales ſunt excellentiores q̄ artes mechanice. ſed ſicut artes mechanice ſunt practice. ita artes liberales ſunt ſpeculatiue. ergo ſi ars eſſet virtus intellectualis. deberet virtutibus ſpeculatiuis annumerari. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ phūs in .vi. ethi. ponit artē eſſe virtutē. nec tn̄ cōnumerat eā virtutibꝫ ſpeculatiuis quaꝝ ſubiectū ponit ſciētificā ptē aīe. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ars nihil aliud eſt q̄ rō recta aliquoꝝ opeꝝ faciēdoꝝ. quoꝝ tn̄ bonū non conſiſtit in eo ꝙ appetitus humanus aliquo mō ſe bꝫ. ſed in eo ꝙ ipſꝫ opus ꝙ fit in ſe bonum eſt. nō enī ptinet ad laudē artificiſ. inquantū artifex eſt. qua voluntate opus faciat. ſed quale ſit opus qḋ facit. Sic igitur ars ꝓprie loquendo habitus opatiuus ē. ⁊ tn̄ in aliquo conuenit cū habitibus ſpeculatiuis. q꞉ etiam ad ipſos habituſ ſpeculatiuos ptinet q̄liter ſe habeat res quā conſiderant. nō aūt qualiter ſe habeat appetitus humanꝰ ad illas. dūmō enī verū geometria demonſtret. nō refert qualiter ſe habeat ſcḋm appetitiuā ptē. vtꝝ ſit letus vel iratus. ſicut nec in artifice refert. vt dictū eſt. ⁊ ideo eo mōdo ars bꝫ rōnem virtutis ſicut ⁊ habitus ſpeculatiui. inquantū .ſ. nec ars nec habitus ſpeculatiuus faciūt bonū opus quantū ad vſum. qḋ eſt ꝓpriū virtutis pficientis appetitū. ſed ſolū quantū ad facultatē bene agēdi. ¶ Ad .i. ergo dicendum ꝙ cū aliquis habens artem opat malū artificiū. hoc non eſt opus artis. imo eſt contra artē. ſicut etiā cū aliqs ſciens verū mentit hoc quod dicit. nō eſt ſcḋm ſcientiā ſed contra ſcientiā. vn̄ ſicut ſciētia ſe bꝫ ad bonū ſp̄. vt dictū eſt. ita ⁊ ars. ⁊ ſcḋm hoc dicit virtus. In hoc tn̄ deficit a perfecta ratione virtutis. q꞉ non facit ipſm bonū vſum. ſed ad hoc aliquid aliud requiritur. quāuis bonus vſus ſine arte eſſe non poſſit. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ q꞉ ad hoc vt homo bene vtatur arte quā bꝫ. requirit bona voluntas que perficitur ꝑ virtutem moralē. iō phūs dicit ꝙ artis eſt virtus .ſ. moralis. inquantū ad bonū vſum eius aliqua virtus moralis requiritur. Manifeſtū ē enī ꝙ artifex ꝑ iuſticiā que facit voluntatē rectā inclinatur. vt opus fidele faciat. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ etiā in ipſis ſpeculabilibus eſt aliqḋ per modū cuiuſdā opis. puta ꝯſtructio ſyllogiſmi. aut oratōis congrue. aut opus numerandi vel menſurandi. ⁊ iō quecunq꞉ ad hmōi opa rōiſ habitus ſpeculatiui ordinant. dicūtur ꝑ quandā ſilitudinē artes .ſ. liberales. ad differētiaꝫ illarū artiū que ordinant ad opa ꝑ corpus exercita. que ſunt quodāmodo ſeruiles. inquātū corpus ſeruiliter ſubditur aīe. ⁊ homo ſcḋm aīam eſt liber. ille vero ſcientie q̄ ad nullū hmōi opus ordinātur. ſimpliciter ſcientie dicunt non aūt artes. nec oportet ſi liberales artes ſūt nobiliores ꝙ magis eis conueniat ratio artis.

## Ad quartuꝫ ſic procedit

Videt ꝙ prudentia non ſit alia virtus ab arte. Ars enim eſt rō recta aliquoꝝ opeꝝ. ſed diuerſa genera operum non faciūt vt aliquis amittat rōnem artis. ſunt enī diuerſe artes circa opera valde diuerſa. cū igit etiā prudentia ſit q̄dam ratio recta operū. videt ꝙ etiā ipſa debeat dici ars. ¶ Pre. Prudentia magis cōuenit cū arte q̄ habitꝰ ſpeculatiui. vtrūq꞉ enī coꝝ eſt circa contingens aliter ſe habere. vt dicit in .vi. ethi. ſed quidā habitus ſpeculatiui dicūtur artes. ergo multo magis prudentia debet dici ars. ¶ Pre. Ad prudentiā ptinet bene conſiliari. vt dr̄ in .vi. ethi. ſed etiā in quibuſdā artibus conſiliari contingit. vt dicitur in .iij. ethi. ſicut arte militari ⁊ gubernatiua ⁊ medicinali. ergo prudentia ab arte non diſtinguit. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ phūs diſtinguit prudentiā ab arte in .vi. ethi. ¶ Rn̄. dicendū ꝙ vbi inuenitur diuerſa ratio virtutis. ibi oportet virtutes diſtingui. Dictū eſt aūt ſupra ꝙ aliquis habitus bꝫ rōnem virtutis ex hoc ſolum ꝙ facit facultatē boni opis. aliquis aūt ex hoc ꝙ facit non ſolū facultatem boni opis. ſed etiā vſum. ars aūt facit ſolā facultatem boni operis. q꞉ non reſpicit appetitū. prudentia aūt non ſolū facit boni operis facultatē. ſed etiam vſum. reſpicit enī appetitū tanq̄ p̄ſupponēs rectitudinē appetitus cuius differētie rō eſt. q꞉ ars eſt recta ratio factibiliū. prudentia vero eſt recta rō agibiliū. Differt aūt facere ⁊ agere. q꞉ vt dicitur in .x. metha. factio eſt actus tranſiens in exteriorē materiā. ſicut edificare. ſecare. ⁊ hmōi. agere aūt eſt actus pmanēs in ipſo agente. ſicut videre. velle ⁊ hmōi. Sic igit hoc mō ſe habet prudentia ad hmōi actus humanos qui ſunt vſus potentiaꝝ ⁊ habituum. ſicut habet ars ad exteriores factiones. q꞉ vtraq꞉ eſt perfecta rō reſpectu illoꝝ ad q̄ cōpantur. perfectio aūt ⁊ rectitudo rōnis in ſpeculatiuis dependet ex principijs. ex quibꝫ rō ſyllogizat. ſicut dictū eſt. ꝙ ſcientia dependet ab intellectu qui eſt habitus principioꝝ. ⁊ p̄ſupponit ipſm. in humaniſ aūt actibꝫ ſe habent fines ſicut principia in ſpeculatiuis. vt dicit in .vi. ethi. ⁊ ideo ad prudentiā q̄ ē recta ratio agibiliū requirit ꝙ hō ſit bene diſpoſitus circa fines. quod quidē eſt ꝑ

appetitū rectū. ⁊ ideo ad prudentiam requirit̄ moralis virtus ꝑ quā fit appetitus rectus. bonū aūt artificialiū non ē bonum appetitus humani. ſed bonum ipſoꝝ operum artificialium. ⁊ ideo ars non preſupponit appetitū rectum. ⁊ inde eſt ꝙ magis laudat̄ artifex qui volens peccat q̄ꝫ qui peccat nolens. magis aūt contra prudentiā eſt ꝙ aliquis peccet volens q̄ꝫ nolens. q2 rectitudo voluntatis eſt d' rõe prudentie. non aūt de rõne artis. Sic igit̄ pꝫ ꝙ prudētia eſt virtus diſtincta ab arte. ¶ Ad .i. ergo dõm. ꝙ diuerſa genera artificialiū oīa ſunt extra hominē. ⁊ ideo nō diuerſificatur rõ virtutis. ſed prudentia eſt recta rõ ipſoꝝ actuū humanorum. vnde diuerſificat̄ rõ virtutis vt dictū eſt.

¶ Ad .ij. dõm ꝙ prudentia magis conuenit cū arte q̄ꝫ habitus ſpeculatiui quantū ad ſubiectū ⁊ materiā. vtrūq̄ꝫ .n. eſt in opinatiua parte aīe. ⁊ circa contingens aliter ſe habere. ſed ars magis conuenit cum habitibus ſpeculatiuis in rõne virtutis q̄ꝫ cum prudentia. vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad .iij. dõm. ꝙ prudentia eſt bene conſiliatiua de his que pertinent ad totā vitam hominis. ⁊ ad vltimū finem vite humane. ſed i artib⁹ aliquibus eſt conſiliū de his que pertinent ad fines ꝓprios illarum artium. vnde aliqui inquātum ſunt bene conſiliatiui in rebus bellicis vel nauticis. dicunt̄ prudentes duces vel gubernatores. non aūt prudentes ſimpliciter. ſed illi ſolū qui bene conſiliant̄ de his que conferunt ad totam vitam.

## Ad quintuꝫ ſic procedit

Videt̄ ꝙ prudentia non ſit virtus neceſſaria ad bene viuendum. Sicut eni ſe hꝫ ars ad factibilia quoꝝ eſt ratio recta. ita ſe habet prudentia ad agibilia. ſm que vita hoīs conſiderat̄. ē eni eoꝝ recta rõ prudētia. vt dicit̄ i. vi. ethi. ſed ars non eſt neceſſaria in rebus factibilibus niſi ad hoc ꝙ fiant. non aūt poſtq̄ꝫ ſunt facta. ergo nec prudentia ē neceſſaria hoī ad bene viuendum poſtq̄ꝫ eſt virtuoſus. ſꝫ forte ſolū quantū ad hoc ꝙ virtuoſus fiat. ¶ Pre. Prudētia eſt per quā recte conſiliamur. vt dicitur in. vi. ethi. ſed homo pōt ex bono conſilio agere. non ſolū ꝓprio ſed etiam alieno. ergo nō eſt neceſſariū ad bene viuendū ꝙ ipſe hō habeat prudentiā. ſed ſufficit ꝙ prudentium conſilia ſeq̄t̄. ¶ Pre. Virtus intellectualis eſt ſm quā contingit ſp dicere verum ⁊ nunq̄ꝫ falſum. ſed hoc non videtur contingere ſm prudentiam. non eni eſt humanū ꝙ in conſiliādo de agendis nūq̄ꝫ erretur cum humana agibilia ſint cōtigētia aliter ſe habere. vnde d' Sap. ix. Cogitatōes mortalium timide ſunt. ⁊ incerte ꝓuidentie noſtre. ergo videtur ꝙ prudentia non debeat poni intellectualis virtus.

¶ Sed contra eſt qd' Sap. viij. cōnumerat̄ alijs virtutibus neceſſarijs ad vitam humanā. cū dicitur de diuina ſapientia. ſobrietateꝫ ⁊ prudentiā docet iuſticiā ⁊ virtutē quibus vtilius nihil eſt in hac vita hominib⁹. ¶ Rñ dō ꝙ prudentia eſt virtus maxime neceſſaria ad vitam humanā. bene eni viuere conſiſtit in bene opari. Ad hoc aūt ꝙ aliquis bene operet̄ non ſolū requirit̄ quid faciat. ſed etiā quō faciat. vt ſupra ſm electionē rectam operet̄. non ſolum ex impetu aut paſſione. cum aūt electio ſit eorū que ſunt ad finē. rectitudo electionis duo requirit ſcilicꝫ debitum finē. ⁊ id quod conuenienter ordinat̄ in debitū finē. Ad debitum aūt finē homo conuenient̄ diſponit̄ per virtutem que perficit ptem aīe appetitiuam. cuius obiectum eſt bonum ⁊ finis. ad id aūt quod conuenienter in finem debitum ordinat̄. oportet ꝙ homo directe diſponat̄ ꝑ habitum rõnis. quia conſiliari ⁊ eligere que ſunt eoꝝ q̄ ſunt ad finem ſunt actus rõnis. ⁊ ideo neceſſe eſt in rõne eſſe aliquam virtutem intellectualem per quā ꝑficiatur rō ad hoc ꝙ conuenienter ſe habeat ad ea que ſunt ad finem. et hec virtus eſt prudentia. vnde prudentia eſt virtus neceſſaria ad bene viuendū. ¶ Ad .i. dõm. ꝙ bonū artis conſiderat̄ non in ipſo artifice. ſed magis in ipſo artificiato. cū ars ſit rō recta factibiliū. factio eni in exteriorem materiā tranſiens non eſt ꝑfectio facientis ſed facti. ſicut motus eſt actus mobilis. ars aūt circa factibilia eſt. ſed prudētie bonū attendit̄ in ipſo agenti. cuius perfectio eſt ipm agere. eſt eni prudentia recta ratio agibiliū. vt dictū eſt. ⁊ idō ad artē non requiritur ꝙ artifex bene operet̄. ſed ꝙ bonū opus faciat. requireret̄ aūt magis ꝙ ipm artificiatum bñ oparetur. ſicut ꝙ cultellus bene incideret. vel ſerra benē ſecaret. ſi ꝓprie hoꝝ eēt agere ⁊ non magis agi. q2 non habent dñium ſui actus. ⁊ ideo ars non eſt neceſſaria ad bñ viuendū ipi artifici. ſed ſolū ad faciendum ipm artificiatū bonū ⁊ ad conſeruandum ipm. prudentia aūt eſt neceſſaria hoī ad bene viuendū. non ſolū ad hoc ꝙ fiat bonus. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ dum hō bonum opatur non ſm ꝓpriam rōnem. ſed motus ex conſilio alterius. nondū eſt omnino ꝑfecta opatio ipſius quantū ad rōnem dirigentē ⁊ quantum ad appetitum mouentem. vnde ſi bonū opetur. nō tñ ſimpliciter bene. quod eſt bene viuere. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ verū intellectus practicaliter accipit̄ q̄ꝫ verum intellectus ſpeculatiui. vt dicit̄ in. vi. ethi. nā verum intellect⁹ ſpeculatiui accipit̄ ꝑ conformitatem intellectus ad rem. Et quia intellectus non poteſt infallibiliter conformari in rebus contingentibus. ſed ſolū in neceſſarijs. ideo nullus habitus ſpeculatiuus contingentiū eſt intellectualis virtus. ſed ſolum eſt circa neceſſaria. verum aūt intellectus practici accipit̄ per conformitatem ad appetitū rectū que quidem conformitas in neceſſarijs locum non habet que voluntate humana non fiunt. ſed ſolum in contingētibus que poſſunt a nobis fieri. ſiue ſint agibilia interiora. ſiue factibilia exteriora. ⁊ ideo circa ſola cōtingentia ponitur virtus intellectus practici. circa factibilia quidē ars circa agibilia vero prudentia.

## Ad ſextum ſic proceditur

Videtur ꝙ inconuenient̄er adiunguntur prudentie eubulia. ſyneſis. ⁊ gnomin. Eubulia eni eſt habitus quo bene conſiliamur. vt dicitur in. vi. ethi. ſed bene conſiliari pertinet ad prudentiā. vt in eodem libro dicitur. ergo eubulia non eſt virtus adiuncta prudentie. ſed magis eſt ipſa prudentia. ¶ Pre. ad ſuperiorem ꝑtinet de inferioribus iudicare. illa ergo virtus videtur ſuprema cuius eſt act⁹ iudicium. ſed ſyneſis eſt bene iudicatiua. ergo ſyneſis nō eſt virtus adiuncta prudentie. ſed magis ipſa eſt principalis. ¶ Pre. Sicut diuerſa ſunt ea de quibus eſt iudicandum. ita etiā diuerſa ſunt ea de quibus eſt conſiliandū ſed circa omnia conſiliabilia ponitur virtus vna. ſ. eubulia. ergo ad bene iudicandū de agendis non oportet ponere preter ſyneſim aliam virtutem. ſ. gnomin. ¶ Pre. Tullius ponit in ſua rhetorica tres alias partes prudētie ſcꝫ memoriam preteritorum. intelligentiam preſentium ⁊ prudentiam futuroꝝ. Macrobius etiam ponit ſup ſomnium Scipionis quaſdam alias partes prudentie. ſcilicꝫ cautionem. docilitatem. ⁊ alia hmōi. non videntur igitur ſole hmōi virtutes prudentie adiungi. ¶ Sed cōtra eſt auctoritas philoſophi in. vi. ethi. qui has tres virtutes ponit prudentie adiunctas. ¶ Rñ. dõm. ꝙ in omnibus

potentijs ordinatis illa eſt principalior que ad principali/
orem actum ordinatur. circa agibilia aūt humana tres
actus rationis inueniuntur. quoꝝ primus eſt conſiliari. ſe
cundus iudicare. tertius eſt precipere. primi aūt duo re/
ſpondent actibus intellectus ſpeculatiui. qui ſunt inqui/
rere ⁊ iudicare. nam conſilium inquiſitio quedam eſt. ſꝫ
tertius actus eſt ꝓprie practici intellectus inquantum eſt
operatiuus. non enī rō habet precipere ea que ꝑ hoīem fieri
non poſſunt. Manifeſtum eſt aūt ꝙ in his que per hoiem
fiunt principalis actus eſſe precipere ad quem alij ordi/
nantur. ⁊ ideo virtuti que eſt bene preceptiua. ſ. pruden
tie tanꝗ principaliori. adiungūtur tanꝗ ſecundarie. eu
bulia que eſt bene conſiliatiua. ⁊ ſyneſis ⁊ gnomin. q̄ ſūt
partes iudicatiue. de quaꝝ diſtinctione dicef. Ad. i. ḡ
dōm ꝙ prudentia eſt bene conſiliatiua. nō quaſi bene cō
ſiliari ſit imediate actus eius. ſed q꜠ hunc actum perficit
mediante virtute ſibi ſubiecta. que eſt eubulia. Ad. ij
dōm ꝙ iudicium in agendis ad aliquid vlterius ordinaf
contingit enī aliquē bene iudicare de aliquo agendo. et
tñ non recte exequi. ſed vltimum complementum eſt q̄n
ratio iam bene precipit de agendis. Ad. iij. dōm ꝙ iu
dicium de vnaquaqꝫ re fit ꝑ ꝓpria principia eius. inquiſi
tio autem nondum eſt ꝑ propria principia. q꜠ his habitiſ
non eſſet opus inquiſitionis. ſed iam res eſſet inuenta. et
ideo vna ſola virtus ordinatur ad bene conſiliandū. due
aūt virtutes ad bene iudicandū. quia diſtinctio non eſt
in cōmunibus principijs. ſed in ꝓprijs. vnde ⁊ in ſpecula/
tiuis vna eſt dialetica inquiſitiua de omnibꝫ. ſcientie aūt
demonſtratiue que ſunt iudicatiue ſunt diuerſe de diuer
ſis. Diſtinguuntur aūt ſyneſis ⁊ gnomin ſꝫm diuerſas re
gulas quibus iudicaf nam ſyneſis eſt iudicatiua de agen
dis ſꝫm cōmunem legē. gnomin aūt ſꝫm ipſam rōnem na/
turalem in his in quibus deficit lex cōmunis. ſicut plenꝰ
infra patebit. Ad. iiij. dōm ꝙ memoria. intelligentia.
⁊ prudentia. ſimiliter etiā cautio ⁊ docilitas. ⁊ alia hmōi
non ſunt virtutes diuerſe a prudentia. ſed quodāmodo
comparantur ad ipſam ſicut partes integrales. inquantum
oīa iſta requiruntur ad ꝑfectionem prudentie. ſunt etiam
⁊ quedam partes ſubiectiue ſeu ſpecies prudentie. ſicut
iconomica. regulatiua. ⁊ hmōi. ſed predicta tria ſunt q̄ſi
partes potentiales prudentie. quia ordinantur ſicut ſecū
darium ad principale. ⁊ de his infra dicetur.

Queſtio. LVIII.

# Deinde ꝯſiderandū

eſt de virtutibus moralibus. ⁊ primo de di
ſtinctione eaꝝ a virtutibus intellectualibus
ſcd̄o de diſtinctione earum ad inuicē ſꝫm ꝓpriam materiā
tertio de diſtinctione principaliū vel cardinalium ab alijſ
Circa primum queruntur quinqꝫ. primo vtꝝ omnis vir
tus ſit virtus moralis. ſecundo vtrum virtus moralis di
ſtinguatur ab intellectuali. tertio vtrum ſufficienter diui
datur virtus per intellectualem ⁊ moralem. quarto vtrū
moralis virtus poſſit eſſe ſine intellectuali. quinto vtruꝫ
ecōuerſo intellectualis virtꝰ poſſit eſſe ſine morali.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ omnis virtus ſit moralis. Virtus enim mo/
ralis dicitur a more. i. conſuetudine. ſed omnium virtu/
tum actus conſueſcere poſſumus. ergo omnis virtus eſt
moralis. Pre. Phūs dicit in. ij. ethi. ꝙ virtus mora/
lis eſt habitus electiuus imediate rōnis conſiſtens. ſed
omnis virtus videtur eſſe habitus electiuus. quia actus
cuiuſlibet virtutis poſſumus ex electione facere. oīs autē
virtus aliqualiter in medio rationis conſiſtit. vt infra pa/
tebit. ergo omnis virtus eſt moralis. Pre. Tullius
dicit in ſua rhetorica ꝙ virtus eſt habitus in modū natu
re rōni conſentaneus. ſed cum omnis virtus humana or
dinetur ad bonū hominis. oportet ꝙ ſit conſentanea rōni
cum bonū hominis ſit ſꝫm rōnem eſſe. vt Dionyſiꝰ dicit.
ergo omnis virtus eſt moralis. Sed contra eſt quod
phūs dicit in. i. ethi. dicentes de moribus non dicimus
q̄m ſapiens vel intelligens. ſed quoniam mitis vel ſobriꝰ
ſic igitur ſapientia ⁊ intellectus non ſunt morales. que ta
men ſunt virtutes. ſicut ſupra dictum eſt. non ergo om/
nis virtus eſt moralis. Rñ. dōm ꝙ ad hmōi euiden/
tiam conſiderare oportet quid ſit mos. ſic enim ſcire pote
rimus quid ſit moralis virtus. mos aūt duo ſignificat.
Quandoqꝫ enī ſignificat conſuetudinem. ſicut dicitur
Actuū. xv. Niſi circūcidamini ſꝫm morem Moyſi non po
teritis ſalui fieri. Quandoqꝫ vero ſignificat inclinationē
quandam naturalem vel quaſi naturalē ad aliqud agen/
dum. vnde ⁊ etiā brutorum aīalium dicūtur aliqui mo
res. vnde dicif in. ij. macha. xi. ꝙ leonum more irruētes
in hoſtes proſternunt eos. ⁊ ſic accipitur mos in ps̄. vbi
dicitur. Qui habitare facit vnius moris in domo Et he
quidem due ſignificationes in nullo diſtinguuntur apud
latinos quantum ad vocem. in greco aūt diſtinguuntur.
nam ethos quod apud nos morem ſignificat. qnqꝫ habet
primā longam. ⁊ ſcribif ꝑ i grecā lēam. qnqꝫ aūt hꝫ primā
correptā. ⁊ ſcribif ꝑ e. Dicitur aūt virtus moralis a more
ſꝫm ꝙ mos ſignificat quandam inclinationem naturaleꝫ
vel quaſi naturalē ad aliquid agendum. ⁊ huic ſignificati
oni moris ꝓpinqua eſt alia ſignificatio que ſignificat con
ſuetudinem. nā conſuetudo quodāmodo vertitur in na/
turam. ⁊ facit inclinationem ſimilē naturali. Manifeſtū
eſt autem ꝙ inclinatio ad actum ꝓprie cōuenit appetitiue
virtuti. cuius eſt mouere omnes potentias ad agendum
vt ex ſupra dictiſ patet. ⁊ ideo non omnis virtus dicitur
moralis. ſed ſolum illa que eſt in vi appetitiua. Ad. i.
ergo dōm. ꝙ obiectio illa procedit de more ſꝫm ꝙ ſigni/
ficat conſuetudinem. Ad. ij. dōm ꝙ omnis actus vir/
tutis poteſt ex electione agi. ſed electionem rectam agit
ſola virtus que eſt in appetitiua parte aīe. Dictum ē enī
ſupra ꝙ eligere eſt actus appetitiue partis. vñ habitꝰ ele
ctiuus qui. ſ. eſt electionis principiū. eſt ſolū ille q̄ ꝑficit
vim appetitiuā. quāuis etiā alioꝝ habitū actus ſub electō
ne cadere poſſint. Ad. iij. dōm ꝙ natura eſt principiū
motus ſicut dicif in. ij. phiſicoꝝ. mouere aūt ad agendū
ꝓprium eſt appetitiue ꝑtis. ⁊ ideo aſſimilari nature in cō
ſentiendo rōi. eſt ꝓprium virtutū que ſunt ī vi appetitiā.

## Ad ſecundū ſic procedif.

Videtur ꝙ virtus moralis ab intellectuali nō diſtingua
tur. Dicit enī Aug. in li. de ciui. dei. ꝙ virtus eſt ars recte
viuendi. ſed ars eſt virtus intellectualis. ergo virtus mo
ralis ab intellectuali non differt. Pre. plerīqꝫ in diffi/
nitione virtutū moralium ponunt ſcientiā. ſicut quidam
diffiniunt ꝙ ꝑſeuerātia eſt ſciētia vel habitus eoꝝ q̄bus
eſt īmanendū vel non īmanendū. ⁊ ſanctitas eſt ſcientia
faciens fideles ⁊ ſeruantes que ad deū iuſta. ſcientia aūt
eſt virtus intellectualis. ergo virtus moralis non debet
diſtingui ab intellectuali. Pre. Aug. dicit in. i. ſolilo꜠
oꝝ. ꝙ virtus eſt recta ⁊ ꝑfecta rō. ſed hoc ꝑtinet ad virtutē

intellectualē. vt ptȝ in. vi. ethi. ergo virtus moralis non eſt diſtincta ab intellectuali. ¶ Pre. Nihil diſtinguiť ab eo quod in eius diffinitione poniť. ſȝ virtus intellectualis poniť in diffinitione virtutis moral'. Dicit enī phūs in. ij. ethi. ꝙ virtus moralis eſt habitus electiuus exiſtēs ĩmediate determinata rōe, ꝓut ſapiens determinabit. hmōi aūt recta rō determināns mediū virtutis moralis ptinet ad virtutē intellectualē. vt diciť in. vi. ethi. ergo virtus moralis non diſtinguiť ab intellectuali. ¶ Sed contra ē quod dr̄ in. i. ethi. vbi determinať virtus ſm differētiā hāc dicimus enī harꝝ has quidem intellectuales. has do morales. ¶ Rñ. dōm ꝙ oīm humanoꝝ operum principiuȝ primū rō eſt. ⁊ quecūqȝ alia principia humanoꝝ opeꝝ inueniūtur. quāmodo rōni obediūt. diuerſimode tñ. nā quedā rōni obediunt oīno ad nutū abſqȝ oī ꝯtradictione. ſicut corꝑis mēbra ſi fuerint in ſua natura conſiſtentia. ſtatim enī ad imperiū rōnis manus aut pes moueť ad opus. vñ phūs dicit in. i. politicoꝝ. ꝙ aīa regit corpꝰ deſpotico principatu. i. ſicut dñs ſeruū. qui ius contradicendi nō habet. Poſuerūt igiť quidā ꝙ oīa principia actiua que ſunt in homine hoc mō ſe habent ad rōnem. quod quidē ſi veruȝ eſſet. ſufficeret ꝙ rō eſſet pfecta ad bene agendū. vñ cum virtus ſit habitus quo pficimur ad bñ agendū. ſequereť ꝙ in ſola ratione eſſet. ⁊ ſic nulla virtus eſſet niſi intellectualis. Et hoc fuit opinio Socratis. qui dicit oēs virtutes eſſe prudentias. vt diciť in. vi. ethi. vñ ponebat ꝙ hō ſcientia in eo exiſtente peccare non poterat. ſed quicunqȝ peccabat. peccabat ꝓpter ignorantiā. hoc aūt ꝓcedit ex ſuppoſitione falſi. pars enī appetitiua obedit rōni nō oīno ad nutū. ſed cū aliqua contradictione. vñ phūs dicit in. i. politicoꝝ. ꝙ rō imperat appetitiue principatu politico. quo. ſ. aliquis pēeſt liberis qui hñt ius in aliquo ꝯtradicēdi. vñ ⁊ Aug. dicit ſup ps. ꝙ interdū ꝑcedit intellectꝰ. ⁊ ſequitur tardus aut nullus affectus intm̄ ꝙ quīqȝ paſſionibus vel habitibus appetitiue ptis hoc agiť. vt vſus rōnis in pticulari impediatur. ⁊ ſm hoc aliquatet verū eſt qđ Socrates dixit. ꝙ ſcientia pñte nō peccať. ſi tñ hoc extendatur vſqȝ ad vſum rōnis in pticulari eligibili. Sic igiť ad hoc ꝙ homo bene agat. requiriť ꝙ non ſolū rō ſit bene diſpoſita ꝑ habitū virtutis intellectualis. ſed etiā ꝙ vis appetitiua ſit bene diſpoſita ꝑ habitum virtutis moralis. Sicut igiť appetitus diſtinguiť a rōne. ita virtus moralis diſtinguiť ab intellectuali. vnde ſicut appetitiuū eſt principiuȝ humani actus ſm hoc ꝙ pticipat aliqliter rōnem. ita habitus moral' hȝ rōnem virtutis hūane. inquātū rōi ꝯformať. ¶ Ad. i. dōm ꝙ Aug. cōiter accipit artē ꝓ qualibet recta rōne. ⁊ ſic ſub arte includiť etiā prudentia. q̄ ita eſt recta rō agibiliū. ſicut ars eſt recta rō factibiliū. ⁊ ſm hoc qđ dicit ꝙ virtus eſt ars recte viuēdi. eſſentialiter conuenit prudētie. pticipatiue aūt alijs virtutibꝫ ꝓut ſm prudentiā diſtīguūtur. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ tales diffinitōes a quibuſcūqȝ inueniāť date. ꝓceſſerūt ex opinione ſocratica. ⁊ ſūt exponēde eo mō quo de arte ꝑdictū eſt. Et ſiliť dō. eſt ad tertiū. ¶ Ad. iiij. dō. ꝙ recta rō q̄ eſt ſm prudentiā poniť in diffinitōe virtutis moralis. nō tanqȝ ps eēntie eiꝰ. ſed ſicut quiddā pticipatū in oibꝫ virtutibꝫ moralibꝫ inquantū prudentia dirigit oēs virtutes morales.

## Ad tertium ſic procedit.

Videť ꝙ virtus hūana nō ſufficiēter diuidať ꝑ virtuteȝ moralē ⁊ intellectualē. Prudētia enī videť eſſe aliqđ mediū inter virtutē moralē ⁊ intellectualē. cōnumerať eniȝ virtutibꝫ intellectualibꝫ in. vi. ethi. ⁊ etiā ab oibꝫ cōiter cōnumerať inter quattuor virtutes cardinales. q̄ ſunt morales. vt infra patebit. nō ergo ſufficienter diuidiť virtus ꝑ intellectualē ⁊ moralē ſicut ꝑ īmediata. ¶ Pre. cōtinētia ⁊ pſeuerātia ⁊ etiā patiētia nō computanť inter virtutes intellectuales. nec etiā ſunt virtutes morales. quia nō tenent mediū in paſſionibus ſed abūdāt in eis paſſiones. nō ergo ſufficiēter diuidiť virtus ꝑ intellectuales ⁊ morales. ¶ Pre. Fides ſpes ⁊ charitas quedā virtutes ſunt nō tñ ſunt virtutes intellectuales. hę enī ſolū ſunt quinqȝ ſcȝ. ſcientia. ſapiētia. intellectus. prudētia. ⁊ ars. vt dictū eſt. nec etiā ſunt virtutes morales. qꝛ nō ſunt circa paſſiones circa quas maxime eſt moralis virtus. ġ virtus nō ſufficiēter diuidiť ꝑ intellectuales ⁊ morales. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ phs dicit in. ij. ethi. duplicē eſſe virtutē. hāc quidē intellectualē. illā aūt moralē. ¶ Rñ. dō. ꝙ virtus hūana eſt quidem habitus pficiens hominē ad bene opandum. pricipiū aūt hūanoꝝ actuū in hoīe non eſt niſi duplex. ſcȝ intellectus ſiue ratio. ⁊ appetitus. hec enī ſunt duo mouētia in hoīe. vt dr̄ in. iij. de aīa. vñ oīs virtus hūana oportet ꝙ ſit pfectiua alicuius iſtoꝝ principioꝝ. Siquidē igiť ſit pfectiua intellectus ſpeculatiui vel practici ad bonum hoīs actū. erit virtus intellectual'. ſi aūt ſit pfectiua appetitiue ptis. erit virtus moralis. vñ relinquitur ꝙ oīs virtꝰ humana. vel intellectualis vel moralis. ¶ Ad. i. ergo dō ꝙ prudentia ſm eſſentiā ſuā eſt intellectualis virtus. ſed ſm materiā cōuenit cū virtutibꝫ moralibus. eſt enī recta ratio agibiliū. vt ſupra dictū eſt. ⁊ ſm hoc virtutibus moralibus cōnumeratur. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ cōtinentia ⁊ pſeuerātia nō ſunt pfectiōes appetitiue virtutis ſenſitiue. qđ ex hoc ptȝ ꝙ in continēte ⁊ pſeuerāte ſupabundāt inordinate paſſiones. qđ non eſſet niſi appetitꝰ ſenſitiuus eēt pfectus aliquo habitu cōformante ipm rationi. Eſt autē continentia ſeu pſeuerantia pfectio rōnalis ptis que ſe tenet contra paſſiones ne deducať. deficit tñ a rōne virtutis. qꝛ virtus intellectiua q̄ facit rōnem ſe bñ habere circa moralia. pſupponit appetitū rectū finis. vt recte ſe habeat circa principia. i. fines. ex quibus rōnatur. qđ continenti ⁊ pſeueranti deeſt. neqȝ etiā pōt eſſe pfecta opatio q̄ a duabus potentijs ꝓcedit niſi vtraqȝ potentia pficiať ꝑ debitū habitū. ſicut nō ſequiť pfecta actio alicuius agētis ꝑ inſtrumentū ſi inſtrumentū non ſit bñ diſpoſitū quantūcūqȝ principale agens ſit pfectū. vñ ſi appetitus ſenſitiuus quē mouet rōnalis ps non ſit pfectus. quantūcunqȝ rōnalis ps ſit pfecta. actio conſequēs non erit pfecta. vnde nec principiū actōis erit virtus. ⁊ ꝓpter hoc ꝯtinentia a delectationibus ⁊ pſeuerantia a triſticijs non ſunt virtutes. ſȝ aliquid minus virtute. vt phūs dicit. vij. ethi. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ fides. ſpes ⁊ charitas ſunt ſupra virtutes hūanas. ſunt enī virtutes hoīs ꝓut eſt factus pticeps diuine grē.

## Ad quartuȝ ſic procedit

Videť ꝙ virtꝰ moralis poſſit eſſe ſine intellectuali. Virtus enī moralis vt dicit Tullius eſt habitus in modum nature rōni conſentaneus. ſed natura ⁊ ſi conſentiat alicui ſupiori rōni mouenti. non tñ oportet ꝙ illa rō nature coniūgať in eodē. ſicut ptȝ in rebus naturalibꝫ cognitōne carentibꝫ. ergo pōt eſſe in hoīe virtus moralis in moduȝ nature inclinans ad conſentiendū rōni. quāuis illius hominis rō non ſit pfecta ꝑ virtutē intellectualē. ¶ Pre. ꝑ virtutē intellectualē hō conſequiť rōnis vſum pfectū. ſed quīqȝ contingit ꝙ aliqui in quibꝫ non multum viget vſus

rõnis ſunt virtuoſi ⁊ deo accepti. ergo videt̃ ꝙ virtus moralis poſſit eſſe ſine virtute intellectuali. ¶ Pre. Virtus moralis facit inclinationẽ ad bene operandũ. ſed etiã quidã habẽt naturalẽ inclinationẽ ad bñ operandũ etiã abſqȝ rõis iudicio. ergo virtutes morales poſſunt ẽẽ ſine intellectuali. ¶ Sed contra eſt qḋ Gre. dicit in. ij. moraliũ. ꝙ cetere virtutes niſi ea que appetũt prudenter agãt virtutes eſſe nequaqȝ poſſunt. ſed prudentia eſt virtus intellectualis. vt ſupra dictũ eſt. ergo virtutes morales nõ poſſunt eſſe ſine intellectualibꝫ. ¶ Rñ. dõm ꝙ virtus moralis põt quidẽ eſſe ſine quibuſdã intellectualibꝫ virtutibus. ſicut ſine ſapientia. ſcientia ⁊ arte. non aũt põt eſſe ſine intellectu et prudentia. Sine prudentia quidẽ eſſe nõ põt moralis virtus. qȝ moralis virtus eſt habitus electiuus. i. faciens bonã electionẽ. Ad hoc aũt ꝙ electio ſit bona duo requirunt̃. Primo vt ſit debita intentio finiſ. ⁊ hoc fit ꝑ virtutẽ moralem. que vim appetitiuã inclinat ad bonũ conueniens rõi qḋ eſt finis debitus. Secundo vt hõ recte accipiat ea que ſunt ad finẽ. ⁊ hoc non põt eſſe niſi ꝑ rõnem recte conſiliãtẽ. iudicantẽ ⁊ precipientẽ. qḋ ꝑtinet ad prudentiã ⁊ ad virtutes ſibi annexas. vt ſupra dictũ eſt. vnde virtus moralis ſine prudentia eſſe non põt. ⁊ ꝑ conſequẽs nec ſine intellectu. ꝑ intellectũ enĩ cognoſcuntur principia naturaliter nota tã in ſpeculatiuis qȝ in operatiuis. vñ ſicut recta ratio in ſpeculatiuis inquantũ procedit ex principijs naturaliter cognitis pſupponit intellectũ principiorũ. ita etiam prudentia que ẽ recta rõ agibiliũ. ¶ Ad. i. ergo dõꝫ. ꝙ inclinatio nature in rebꝫ carentibꝫ rõe eſt abſqȝ electione. ⁊ ideo talis inclinatio non requirit ex neceſſitate rõnem. ſꝫ inclinatio virtutis moralis eſt cũ electione. ⁊ ideo ad ſuã ꝑfectionẽ indiget ꝙ ſit rõ ꝑfecta ꝑ virtutẽ intellectualem ¶ Ad. ij. dõm ꝙ in virtuoſo non oportet ꝙ vigeat vſus rõnis quantũ ad oĩa. ſed ſolũ quantũ ad ea q̃ ſunt agẽda ſm virtutẽ. ⁊ ſic vſus rõnis viget in oĩbꝫ virtuoſis. vnde etiã qui vident̃ ſimplices eo ꝙ carent mundana aſtutia. poſſunt eſſe prudentes. ſm illud Matth. x. Eſtote prudẽtes ſicut ſerpentes. ⁊ ſimplices ſicut colũbe. ¶ Ad. iij. dõ ꝙ naturalis inclinatio ad bonũ virtutis eſt quedã inchoatio virtutis. non aũt eſt virtus ꝑfecta. hmõi enĩ inclinatiõ quanto eſt ꝑfectior. tanto põt eſſe periculoſior. niſi recta rõ adiũgat̃ ꝑ quã fiat recta electio eorũ que cõueniunt ad debitũ finẽ. ſicut equus currens ſi ſit cecus tanto fortius impigit ⁊ ledit̃ quãto fortius currit. ⁊ ideo ⁊ ſi virtus moralis non ſit rõ recta. vt Socrates dicebat. nõ tñ ſolũ eſt ſm rõnem rectã inquantũ inclinat in id qḋ eſt ſm rõnem rectã. vt platonici poſuerũt. ſed etiã oportet ꝙ ſit cũ rõe recta. vt Ariſtoteles dicit in. vi. ethi.

## Ad quintuꝫ ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ virtus intellectualis poſſit eſſe ſine virtute morali. Perfectio enĩ prioris non dependet a ꝑfectione poſterioris. ſed rõ eſt prior appetitu ſenſitiuo. ⁊ mouens ipſum ergo virtus intellectualis que eſt ꝑfectio rõnis non dependet a virtute morali. q̃ eſt ꝑfectio appetitiue ptis. põt ergo eſſe ſine ea. ¶ Pre. moralia ſunt materia prudentie. ſic factibilia ſunt materia artis. ſed ars põt ẽẽ ſine ꝓpria materia. ſicut faber ſine ferro. ergo ⁊ prudentia põt eſſe ſine virtutibꝫ moralibꝫ. que tñ inter oẽs intellectuales virtutes maxime moralibꝫ cõiuncta videt̃. ¶ Pre. prudentia eſt virtus bene conſiliatiua. vt dr̃ in. vi. ethi. ſed multi bñ conſiliantur quibꝫ tñ virtutes morales deſunt. ergo prudentia põt eſſe ſine virtute morali. ¶ Sed contra. velle malũ facere opponit̃ directe virtuti morali. non aũt opponit̃ alicui ꝙ ſine virtute morali eſſe põt. opponit̃ aũt prudentie ꝙ volens peccet. vt dr̃ in. vi. ethi. non ergo prudẽtia põt eſſe ſine virtute morali. ¶ Rñ. dõm ꝙ alie virtutes intellectuales ſine virtute morali eſſe poſſunt. ſed prudentia ſine virtute morali eſſe non poteſt. cuius rõ eſt. qȝ prudentia de natura eſt recta rõ agibiliũ. non aũt ſolũ in vniuerſali. ſed etiã in ꝑticulari, in quibꝫ ſunt actiões. recta aũt rõ p̃exigit principia ex quibꝫ rõ procedit. oportet autem rõnem circa ꝑticularia procedere. nõ ſolũ ex principijs vniuerſalibꝫ. ſed etiã ex principijs ꝑticularibꝫ. Circa principia quidẽ vniuerſalia agibiliũ hõ recte ſehꝫ ꝑ naturalem intellectũ principiorũ ꝑ quẽ homo cognoſcit ꝙ nullũ malum eſt agendũ. vel etiã ꝑ aliquã ſcientiã practicã. ſed hoc non ſufficit ad recte rõnandũ circa ꝑticularia. cõtingit enĩ q̃nqȝ ꝙ hmõi vniuerſale principiũ cognitũ ꝑ intellectum vel ſcientiã. corrumpit̃ in ꝑticulari per aliquã paſſionem ſicut concupiſcẽti qñ concupiſcentia vincit. videt̃ hoc eſſe bonũ quod cõcupiſcit. licet ſit contra vniuerſale iudiciuꝫ rõnis. ⁊ ideo ſicut hõ diſponit̃ ad recte ſe habendum circa principia vniuerſalia ꝑ intellectũ naturalẽ vel ꝑ habituꝫ ſciẽtie. ita ad hoc ꝙ recte ſe habeat circa principia ꝑticularia agibiliũ. que ſunt fines. oportet ꝙ ꝑficiat̃ per aliquos habitus. ſm quos fiat quodammõ hoĩ cõnaturale recte iudicare de fine. ⁊ hoc fit ꝑ virtutẽ moralẽ. virtuoſus enim recte iudicat de fine virtutis. qȝ qualis vnuſquiſqȝ eſt talis finis videt̃ ei. vt dicit̃ in. iij. ethi. ⁊ iõ ad rectã rõnem agibiliũ q̃ ẽ prudẽtia reqrit̃ ꝙ hõ habeat virtutẽ moralẽ. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ rõ ſm ꝙ eſt apprehenſiua finis p̃cedit appetitũ finis. ſed appetitus finis p̃cedit appetitũ rõnãtẽ ad eligẽdũ ea q̃ ſunt ad finem. quod pertinet ad prudentiam. ſicut etiã in ſpeculatiuis intellectus principiorũ eſt principium rõnis ſyllogizantis. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ principia artificialium non diiudicant̃ a nobis bñ vel male ſm diſpoſitionem appetitus noſtri. ſicut fines qui ſunt moralium principia. ſed ſoluꝫ per conſiderationem rõnis. ⁊ iõ ars non requirit virtutem perficientẽ appetitum ſicut requirit prudentia. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ prudentia non ſoluꝫ eſt bene conſiliatiua. ſed etiam bene iudicatiua ⁊ bene preceptiua. quod eſſe non poteſt niſi remoueat̃ impedimentum paſſionum corrũpentium iudicium ⁊ preceptum prudentie. ⁊ hoc per virtutem moralem.

¶ Queſtio. LIX.

# Deinde conſiderandũ

eſt de diſtinctione moraliũ virtutum ad inuiceꝫ. Et quia virtutes morales que ſunt circa paſſiones diſtinguuntur ſm diuerſitatem paſſionum. oportet primo conſiderare comparationem virtutis ad paſſionem. ſecundo diſtinctionẽ moralium virtutũ ſm paſſiones. Circa primũ queruntur quinqȝ. primo vtrum virtus moralis ſit paſſio. ſecundo vtrũ virtus moralis poſſit eſſe cum paſſione. tertio vtrũ poſſit eſſe cum iuſticia. quarto vtrum omnis virtus moralis ſit circa paſſiones. quinto vtrum aliqua virtus moralis poſſit eſſe ſine paſſione.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ virtus moralis ſit paſſio. Medium enim eſt eiuſdem generis cum extremis. ſed virtus moralis eſt medium inter paſſiones. ergo virtus moralis eſt paſſio. Pre. Virtus ⁊ vitium cum ſint contraria ſunt in codꝫ

genere. ſed quedam paſſiões vitia eſſe dicunt̃. vt inuidia ⁊ ira. ergo etiã quedã paſſiones ſunt virtutes. ¶ Pre. miſericordia quedam paſſio eſt. eſt enĩ triſticia de alienis malis. vt ſupra dictũ eſt. hanc aũt. Cicero locutor egregius non dubitauit appellare virtutẽ. vt Aug. dicit in. ix. d̃ ci. dei. ergo paſſio põt eſſe virtus moralis. ¶ Sed contra ẽ quod dicit̃ in. ij. ethi. ꝙ paſſiões neqꝫ virtutes ſunt neqꝫ malicie. ¶ Rñ. dõm ꝙ virtus moralis nõ poteſt eſſe paſſio. ⁊ hoc patet triplici rõne. Primo quidem quia paſſio eſt motus quidam appetitus ſenſitiui. vt ſupra dictum ẽ. virtus aũt moralis non eſt motus aliquis. ſed magis principiũ appetitiui motus habitus quidam exiſtens. Scdõ quia paſſiones ex ſeipſis non habent rationẽ boni vel mali. bonum enim vel malum hominis eſt ſm rõnem. vnde paſſiones ſm ſe conſiderate habent ſe ⁊ ad bonum. ⁊ ad malum. ſm ꝙ poſſunt conuenire rõni. vel non conuenire nihil aũt tale põt eſſe virtus. cũ virtus ſolum ad bonum ſe habeat. vt ſupra dictuꝫ eſt. Tertio quia dato ꝙ aliqua paſſio ſe habeat ad bonum ſolum vel ad malũ ſolum ſm aliquẽ modũ. tñ motus paſſionis inquantũ paſſio eſt principium habet in ipſo appetitu ⁊ terminũ in rõne. in cuiꝰ cõformitatem appetitus tendit. motus aũt virtutis eſt econuerſo principiũ habens in rõne ⁊ terminum in appetitu ſm ꝙ a rõne mouetur. vnde in diffinitione virtutis moralis dicitur in. ij. ethi. ꝙ eſt habitus electiuus imediate conſiſtens determinata rõne, put ſapiens determinabit. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ virtus ſm ſuam eſſentiã non ẽ medium inter paſſiones. ſed ſm ſuum effectum. quia. ſ. in paſſiones medium conſtituit. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ ſi vitium dicat̃ habitus ſm quẽ quis male operatur. manifeſtum eſt ꝙ nulla paſſio eſt vitiũ. ſi vero dicat̃ vitium peccatũ qḋ eſt actus vitioſus. ſic nihil ꝓhibet paſſionem eſſe vitium ⁊ econtrario concurrere ad actum virtutis ſm ꝙ paſſio vel contrariatur rõni. vel ſequitur actum rõnis. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ miſericordia dicit̃ eſſe virtus. id eſt virtutis actus ſm ꝙ motus ille animi rationi ſeruit. quando. ſcilicet. ita prebetur miſericordia vt iuſticia conſeruetur. ſiue cum indigenti tribuitur. ſiue cũ ignoſcitur penitenti. vt Aug. dicit ibidem. ſi tamen miſericordia dicatur aliquis habitus quo homo perficitur ad rõnabiliter miſerendũ. nihil prohibet miſericordiam ſic dictam eſſe virtutem. Et eadẽ eſt rõ de ſimilibus paſſionibus.

## Ad ſecundũ ſic procedit̃.

Videtur ꝙ virtus moralis cum paſſione eſſe non poſſit. Dicit enim phũs in. iiij. topicoꝝ. ꝙ mitis eſt qui non patitur. patiens autem qui patitur ⁊ non deducitur. ⁊ eadeꝫ rõ eſt de omnibus virtutibus moralibus. ergo omnis virtus moralis eſt ſine paſſione. ¶ Pre. virtus eſt quedam recta habitudo anime. ſicut ſanitas corporis. vt dicitur in vij. phiſicoꝝ. vnde virtus quedam ſanitas anime eſſe videtur. vt Tullius dicit in. iiij. de tuſculanis queſtionibus paſſiones aũt anime dicuntur morbi quidam anime. vt in eodem libro Tullius dicit. ſanitas aũt non compatitur ſecum morbum. ergo neqꝫ virtus compatitur anime paſſionem. ¶ Pre. virtus moralis requirit perfectuꝫ vſum rõnis etiam in particularibus. ſed hic etiam impeditur ꝑ paſſiones. dicit enim phũs in. vi. ethi. ꝙ delectatiões corrũpunt exiſtimationem prudentie. ⁊ Saluſtius dicit in cathelinario. ꝙ non facile verum perſpicit animus vbi illa officiunt. ſcilicet animi paſſiones. virtus ergo moralis non poteſt eſſe cum paſſione. ¶ Sed contra eſt qḋ Aug dicit in. xiiij. de ciui. dei. ſi peruerſa eſt voluntas peruerſos habebit hos motus. ſcilicet paſſionum. ſi autem recta eſt. non ſolum inculpabiles. verum etiam laudabiles erunt. ſed nullum laudabile excluditur per virtutem moralem. virtus ergo moralis non excludit paſſiones. ſed poteſt eẽ cum ipſis. ¶ Rñ. dõm ꝙ circa hoc fuit diſcordia inter ſtoycos ⁊ peripateticos. ſicut Augu. dicit in. ix. de ciui. dei ſtoyci enim poſuerunt ꝙ paſſiones anime nõ poſſunt eẽ in ſapiente ſiue virtuoſo. ꝑipatetici vero quorum ſectam Ariſtoteles inſtituit. vt Augu. dicit in. viij. de ciui. dei. poſuerunt ꝙ paſſiones ſimul cum virtute morali eẽ poſſunt. ſed ad medium reducte. Hec autem diuerſitas ſicut Aug. ibidem dicit magis erat ſm verba ꝙ̃ ſm rerum ſententias. Quia enĩ ſtoyci non diſtinguebant inter appetitũ intellectiuum qui eſt voluntas. ⁊ inter appetitũ ſenſitiuũ qui per iraſcibilem ⁊ concupiſcibilem diuiditur. non diſtinguebant in hoc paſſiones anime ab alijs affectionibꝰ humanis. ꝙ paſſiones anime ſint motus appetitus ſenſitiui. alie vero affectiones que non ſunt paſſiones anime. ſunt motus appetitus intellectiui. qui dicitur voluntas. ſicut peripatetici diſtinxerunt. ſed ſolum quantum ad hoc ꝙ paſſiones eſſe dicebant quaſcunqꝫ affectiones rõni repugnantes. que ſi ex deliberatione oriantur. in ſapiente ſeu in virtuoſo eſſe non poſſunt. ſi autem ſubito oriãtur hoc in virtuoſo poteſt accidere. eo ꝙ animi viſa que appellant fantaſias. non eſt in poteſtate noſtra vtrũ aliquando incidant animo. ⁊ cum veniunt ex terribilibꝰ rebus. neceſſe eſt vt ſapientis animum moueant. ita vt paulisꝑ vel paueſcat metu. vel triſticia contrahatur. tanqꝫ his paſſionibus preuenientibus rõnis officium. nec tamen approbant iſta qui eis conſentiunt. vt Aug. narrat. in. ix. de ci. dei ab agellio dictum. Sic igitur ſi paſſiones dicantur inordinate affectiones. non poſſunt eſſe in virtuoſo. ita ꝙ poſt deliberationem eis conſentiatur. vt ſtoyci poſuerunt Si vero paſſiones dicantur quicunqꝫ motus appetitus ſenſitiui. ſic poſſunt eſſe in virtuoſo. ſm ꝙ ſunt a rõe ordinati. vnde Ariſtoteles dicit in. ij. ethi. ꝙ non bene quidã determinant virtutes impaſſibilitates quaſdam ⁊ quietes quoniam ſimpliciter dicunt. ſed deberent dicere ꝙ ſunt quietes a paſſionibus. que ſunt vt non oportet. ⁊ quãdo non oportet. ¶ Ad. i. ergo dicendum. ꝙ philoſophus exemplum illud inducit ſicut ⁊ multa alia in libris logicalibus. non ſm opinionẽ propriam. ſed ſm opinionẽ aliorũ hec autem opĩo ſtoycorum ꝙ virtutes eſſent ſine paſſionibus anime. Quam philoſophus excludit in. ij. ethicoꝝ dicens virtutes nõ eſſe impaſſibilitates. Poteſt tamẽ dici ꝙ cum dicitur ꝙ mitis non patitur. intelligendum eſt ſm paſſionem inordinatam. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ ratõ illa ⁊ omnes ſimiles quas Tullius ad hoc inducit in libro ꝗ de tuſculanis queſtionibus. procedit de paſſionibus ſm ꝙ ſignificant inordinatas affectiones. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ paſſio preueniens iudicium rationis. ſi in animo preualeat vt ei conſentiatur. impedit conſilium ⁊ iudicium vero rationis ſequatur quaſi ex rõne imperata adiuuat ad exequendum imperium rõnis.

## Ad tertium ſic procedit̃.

Videtur ꝙ virtus cum triſticia eſſe non poſſit. Virtutes enim ſunt ſapientie effectus. ſm illud Sap. viij. Sobrietatem ⁊ iuſticiam docet. ſcilicet diuina ſapientia. prudentiam ⁊ virtutem. ſed ſapientie conuictus non habet amaritudinem. vt poſtea ſubditur. ergo nec virtutes cũ triſti

cia eſſe poſſunt. Pre. triſticia eſt impedimentum opa tionis. vt patet per phm̄ in. vij. ⁊. x. ethicoꝝ. ſed impedimentū bone operationis repugnat virtuti. ergo triſticia repugnat virtuti. Pre. triſticia eſt quedam animi egritudo. vt Tullius eam vocat in. iij. de tuſculanis queſtionibus. ſed egritudo anime contrariatur virtuti que eſt bona anime habitudo. ergo triſticia contrariatur virtuti. nec poteſt ſimul eſſe cum ea. Sed cōtra eſt ꝙ chriſtus fuit perfectus virtute. ſed in eo fuit triſticia. Dicit enī vt habetur Math. xxvi. Triſtis eſt anima mea vſqꝫ ad mortem ergo triſticia poteſt eſſe cum virtute. Rn̄. dd̄. ꝙ ſicut dicit Aug. xiiij. de ciui. dei. ſtoyci voluerunt pro tribus perturbationibus in animo ſapiētis eſſe tres eupatias. i. tres bonas paſſiones. pro cupiditate. ſ. voluptatem. pro leticia gaudium. pro metu cautionem. ꝙ triſticia vero negauerunt poſſe aliquid eſſe in animo ſapiētis duplici rōe. Primo quidem quia triſticia eſt de malo quod iam accidit. nullum aūt malum eſtimant poſſe accidere ſapiēti. crediderunt enī ꝙ ſicut ſolum hoīs bonum eſt virtus. bona aūt corpalia nulla bona hominis ſunt. ita ſolū inhoneſtuꝫ eſt hoīs malū quod in virtuoſo eē non poteſt. ſed hoc irrationabiliter dicit̄. cum enī hō ſit ex anima ⁊ corpe compoſitus. id quod confert ad vitam corpis conſeruandā aliquod bonuꝫ hominis eſt. non tn̄ maximum. quia eo pōt homo male vti. vnde ⁊ malum huic bono contrariū in ſapiente eē poteſt. ⁊ triſticiā moderatam inducere. Pre. ⁊ ſi virtuoſus ſine graui peccato eē poſſit. nullus tn̄ inuenitur qui abſqꝫ leuibus peccatis vitam ducat. ſm illud. i. Joh. i. Si dixerimus quia peccatum non habem⁹. nos ipos ſeducimus. Tertio qꝛ virtuoſus ⁊ ſi peccatuꝫ nō habeat. forte quādoqꝫ habuit. ⁊ d̄ hoc laudabiliter dolet. ſm illud. ij. ad Cor. vij. Que ſm deuꝫ eſt triſticia penitentiā in ſalutem ſtabilem operatur. Quarto quia poteſt etiam dolere laudabiliter de peccato alterius. vnde eo modo q̄ virtus moralis compatitur alias paſſiones rōne moderatas. compatitur etiā triſticiam. Secundo mouebantur ex hoc ꝙ triſticia eſt de preſenti malo. timor autē de malo futuro. ſicut delectatio de bono preſenti. deſiderium vero de bono futuro. poteſt aūt hoc ad virtutem pertinere ꝙ aliquis bono habitu fruatur. vel non habitum habere deſideret. vel etiā malum futurum caueat. ſed ꝙ malo p̄ſenti animus hominis ſubſternatur quod fit per triſticiam. omnino videtur contrarium rōni. vnde cum virtute eſſe non poteſt. Sed hoc irrationabiliter dicitur. eſt enim aliquod malum quod poteſt eſſe virtuoſo preſens. vt dictū eſt. quod quidem malum rō deteſtatur. vnde appetit⁹ ſenſitiuus in hoc ſequitur deteſtationem rōnis ꝙ de huiuſmodi malo triſtatur moderate tamen ſm rationis iudiciū hoc autem pertinet ad virtutem vt appetit⁹ ſenſitiuus rationi conformetur. vt dictum eſt vnde ad virtutem pertinet ꝙ triſtetur moderate in quibus triſtandum eſt. ſicut etiam phūs dicit in. ij. ethi. ⁊ hoc etiam vtile eſt ad fugiendum mala. ſicut enī bona propter delectationem promptius queruntur. ita mala propter triſticiam fortius fugiuntur. Sic igitur dicendum eſt ꝙ triſticia de his que cōueniunt virtuti non poteſt ſimul eſſe cum virtute. qꝛ virtus in proprijs delectatur. ſed de his que quocunqꝫ mō repugnant virtuti. virtus moderate triſtatur. Ad. i. ergo dd̄m ꝙ ex illa auctoritate habetur ꝙ de ſapientia ſapiens non triſtatur. triſtatur tamen de his que ſunt impeditiua ſapientie. ⁊ ideo in beatis in quibus nullum impedimentum ſapientie eē poteſt. triſticia locum non habet

Ad. ij. dd̄m ꝙ triſticia impedit operationem d̄ qua triſtamur. ſed adiuuat ad ea promptius exequenda per que triſticia fugitur. Ad. iij. dicendum ꝙ triſticia īmoderata eſt anime egritudo. triſticia autem moderata ad bonaꝫ habitudinem anime pertinet ſm ſtatum preſentis vite.

## Ad quartuꝫ ſic procedit

Videtur ꝙ omnis virtus moralis ſit circa paſſiones. Dicit enim phūs in. ij. ethi. ꝙ circa voluptates ⁊ triſticias eſt moralis virtus. ſed delectatio ⁊ triſticia ſunt paſſiones. vt ſupra dictuꝫ eſt. ergo oīs virt⁹ moralis eſt circa paſſiones. Pre. rationale per participationem eſt ſubiectum moralium virtutum. vt dicitur in. i. ethi. ſed huiuſmodi pars anime eſt in qua ſunt paſſiones. vt ſupra dictum eſt ergo omnis virtus moralis eſt circa paſſiones. Pre. In omni virtute morali eſt inuenire aliquam paſſionem. aut ergo omnes ſunt circa paſſiones. aut nulla. ſed alique ſunt circa paſſiones. vt fortitudo ⁊ temperantia. vt dicit̄ in. iij. ethi. ergo omnes virtutes morales ſunt circa paſſiones. Sed contra eſt ꝙ iuſticia que eſt virtus moralis non eſt circa paſſiones. vt dicitur in. v. ethicoꝝ. Rn̄. dicendum ꝙ virtus moralis perficit appetitiuam parteꝫ anime. ordinando ipſam in bonum rōnis. eſt autem rōis bonum id quod eſt ſm rationem moderatum ſeu ordinatum. vnde circa omne id quod contingit rōne ordinari et moderari. contingit eſſe virtutem moralem. ratio autem ordinat non ſolum paſſiones appetitus ſenſitiui. ſed etiaꝫ ordinat operationes appetitus intellectiui. qui eſt voluntas que non eſt ſubiectum paſſionis. vt ſupra dictum eſt. ⁊ ideo non omnis virtus moralis eſt circa paſſiones. ſed quedam circa paſſiones. quedam circa operationes. Ad. i ergo dicendum ꝙ nō omnis virtus moralis ē circa delectationes ⁊ triſticias ſicut circa propriam materiaꝫ. ſed ſicut circa aliquid conſequens ad propriuꝫ actum. omnis enim virtuoſus delectatur in actu virtutis. ⁊ triſtatur in contrario. vnde philoſophus poſt premiſſa verba ſubdit. ꝙ ſi virtutes ſunt circa actus ⁊ paſſiones. omni autē paſſioni ⁊ omni actui ſequitur delectatio ⁊ triſticia. propter hoc virtus erit circa delectationes ⁊ triſticias. ſcilicet ſicut circa aliquid conſequens. Ad. ij. dicendum ꝙ rationale per participationem non ſolum eſt appetitus ſenſitiuus qui eſt ſubiectum paſſionum. ſed etiam voluntas in qua non ſunt paſſiones. vt dictum eſt. Ad. iij. dicendum ꝙ in quibuſdam virtutibus ſunt paſſiones ſicut ꝓpria materia. in quibuſdam autēꝫ non. vnde non ē eadē rō de omnibus. vt infra oſtēdetur.

## Ad quintuꝫ ſic procedit

Videtur ꝙ virtus moralis poſſit eſſe abſqꝫ paſſione. q̄nto enim virtus moralis eſt perfectior. tanto magis ſuperat paſſiones. ergo in ſuo perfectiſſimo eſſe eſt omnino abſqꝫ paſſionibus. Pre. Tunc vnumquodqꝫ eſt perfectum quando eſt remotum a ſuo contrario. ⁊ ab his que ad contrarium inclinant. ſed paſſiones inclinant ad peccatum qd̄ virtuti contrariat̄. vnde Ro. vij. noīant̄ paſſiones peccātoꝝ. g̃ pfecta virtus eſt oīno abſqꝫ paſſione. Pre. ſm virtutē deo ꝯformam̄. vt pꝫ p Aug. in li. de moribꝫ eccle. ſed deꝰ oīa opat̄ ſine paſſiōe. g̃ virt⁹ pfectiſſima ē abſqꝫ oī paſſiōe. Sꝫ ꝯ ē ꝙ null⁹ iuſt⁹ ē q̄ nō gaudet iuſta opatōe. vt dr̄ i. i. ethi. ſꝫ gaudiū ē paſſio. ergo iuſticia nō pōt eē ſine paſſione. ⁊ multo minus alie virtutes. Rn̄. dd̄ ꝙ ſi paſſiões dicamus inordinatas affectiones ſicut ſtoyci poſuerūt. ſic

manifeſtum eſt ꝙ virtus perfecta eſt ſine paſſionibus. ſi vero paſſiones dicamus omnes motus appetitus ſenſitiui. ſic planum eſt ꝙ virtutes morales que ſunt circa paſſiones ſicut circa propriam materiam. ſine paſſionibus eſſe non poſſunt. cuius ratio eſt. q2 ſm hoc ſequeretur ꝙ virtus moralis faceret appetitum ſenſitiuũ omnino ocioſum. nõ autem ad virtutem pertinet ꝙ ea que ſunt ſubiecta rationi a proprijs actib9 vacent. ſed ꝙ exequant̃ imperium rationis proprios actus agendo. vnde ſicut virtus membra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitus ſenſitiuus ad motus proprios ordinatos. virtutes vero morales que non ſunt circa paſſiones ſed circa operationes poſſunt eſſe ſine paſſionib9. ⁊ hmõi virtus eſt iuſticia. quia per eas applicatur voluntas ad proprium actum qui non eſt paſſio. ſed tamen ad actuꝫ iuſticie ſequitur gaudium ad minus in voluntate. quod non eſt paſſio. et ſi hoc gaudium multiplicetur per iuſticie perfectionem. fiet gaudij redundantia vſqꝫ ad appetitum ſenſitiuum. ſm ꝙ vires inferiores ſequuntur motum ſuperiorem. vt ſupra dictum eſt. ⁊ ſic per redundantiam huiuſmodi ꝙ̃to magis fuerit perfectior. tanto magis paſſionem cauſat. ¶ Ad. i. ergo dicendum ꝙ virt9 paſſiones inordinatas ſuperat. moderatas autẽ producit. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ paſſiones inordinate inducũt ad peccandum. non autem ſi ſunt moderate. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ bonum in vnoquoqꝫ conſideratur ſm cõditionem ſue nature. in deo autem ⁊ angelis non eſt appetitus ſenſitiuus ſicut eſt in homine. ⁊ ideo bona operatio dei et angeli eſt omnino ſine paſſione ſicut et ſine corpore. bona autem operatio hominis eſt cum paſſiõe ſicut ⁊ cum corporis miniſterio. ¶ Queſtio. LX

# De inde conſiderãdum

eſt de diſtinctione virtutum moraliuꝫ ad inuicem. ⁊ circa hoc queruntur quinqꝫ. Primo vtrum ſit tantũ vna virtus moralis. Secundo vtrum diſtinguant̃ ꝟtutes morales que ſunt circa operationes ab his que ſunt circa paſſiones. Tertio vtrum circa operationes ſit vna tantum moralis virtus. Quarto vtrũ circa diuerſas paſſiões ſint diuerſe morales ꝟtutes. Quinto vtrum virtutes morales diſtinguantur ſm diuerſa obiecta paſſionum.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ ſit vna tantum moralis virtus. Sicut eniꝫ in actib9 moralib9 directio pertinet ad rationem que eſt ſubiectum intellectualium virtutum. ita inclinatio pertinet ad vim appetitiuam que eſt ſubiectum moraliuꝫ virtutum. ſed vna eſt intellectualis virtus dirigens in omnib9 moralib9 actib9. ſ. prudentia. ergo etiam vna tantuꝫ eſt moralis virtus inclinans in omnibus moralib9 actibus. ¶ Pre. Habitus non diſtinguunt̃ ſm materialia obiecta. ſed ſm formales rationes obiectoꝝ. formal' autem ratio boni ad qđ ordinat̃ virtus moralis eſt vnuꝫ. ſ. modus rationis. ģ videt̃ ꝙ ſit vna tantum moralis virtus. ¶ Pre. Moralia recipiunt ſpeciem a fine. vt ſupra dictum eſt. ſed finis omnium virtutum moralium communis eſt vnus. ſcꝫ felicitas. proprij autem et propinqui ſunt infiniti. non ſunt autem infinite virtutes morales. ģ videtur ꝙ ſit vna tantum. ¶ Sed ꝯ eſt ꝙ vn9 habitus non poteſt eſſe in diuerſis potentijs. vt ſupra dictũ eſt. ſed ſubiectum virtutum moralium eſt pars appetitiua anime. que per diuerſas potentias diſtinguit̃. vt in primo dictum eſt. ģ non poteſt eſſe vna tantũ virtus moralis. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictuꝫ eſt. virtutes morales ſunt habitus quidam appetitiue ptis habitus autem ſpecie differunt ſm ſpeciales differentias obiectoꝝ. vt ſupra dictum eſt. ſpecies autem obiecti appetibilis ſicut et cuiuſlibet rei attendit̃ ſm formam ſpecificam que eſt ab agente. Eſt autẽ conſideranduꝫ ꝙ materia patientis ſe habet ad agens dupliciter. Quandoqꝫ enim recipit formam agentis ſm eandem rationem prout eſt in agente. ſicut eſt in omnib9 agentib9 vniuocis. et ſic neceſſe eſt ꝙ ſi agens eſt vnum ſpecie. ꝙ materia recipiat formam vnius ſpeciei. ſicut ab igne non generatur vniuoce niſi aliquid exiſtens in ſpecie ignis. Aliquãdo vero materia recipit formam ab agente non ſm eandem rationem ꝓut eſt in agente. ſicut patet in generantibus non vniuocis. vt animal generat̃ a ſole. ⁊ tunc forme recepte in materia ab eodem agente non ſunt vnius ſpeciei. ſed diuerſificant̃ ſm diuerſam proportionẽ materie. ad recipiendum influxum agentis. ſicut videm9 ꝙ ab vna actione ſol' generant̃ ꝑ putrefactioneꝫ animalia diuerſaꝝ ſpecieꝝ ſm diuerſam ꝓportioneꝫ materie. Manifeſtũ eſt autem ꝙ in moralib9 rõ eſt ſicut imperans et mouens. vis autem appetitiua ſicut imperata ⁊ mota. nõ autem appetitus recipit impreſſionẽ rõnis quaſi vniuoce. q2 non fit rõnale ꝑ eſſentiam. ſed ꝑ participationẽ vt dr̃ in. j. ethi. vñ appetibilia ſm motionẽ rõnis ꝯſtituuntur in diuerſis ſpeciebꝫ. ſm ꝙ diuerſimode ſe habent ad rationem. ⁊ ita ſequitur ꝙ virtutes morales ſint diuerſe ſm ſpeciem ⁊ non vna tantum. ¶ Ad. j. ergo dicenduꝫ ꝙ obiectum rationis eſt verum. eſt autem eadem ratio veri in omnibus moralibus que ſunt contingentia agibilia. vnde eſt vna ſola virtus in eis dirigens. ſcilicꝫ prudentia. obiectum aũt appetitiue ꝟtutis eſt bonum appetibile. cuius ẽ diuerſa rõ ſm diuerſaꝫ habitudinẽ ad rõnem dirigentẽ. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ illud formale eſt vnũ genere ꝓpter vnitatẽ agentis ſꝫ diuerſificat̃ ſpecie ꝓpter diuerſas habitudies recipientiuꝫ. vt ſupra dictũ ẽ. ¶ Ad iij. dđ. ꝙ moralia non hñt ſpeciem a fine vltimo. ſed a finib9 primis. qui quidem ⁊ ſi infiniti ſint numero. non tamen infiniti ſunt ſpecie.

## Ad ſecundũ ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ ꝟtutes morales non diſtinguant̃ ab inuicẽ ꝑ hoc qđ quedã ſunt circa opationes. ꝗdaꝫ circa paſſiones. Dicit enĩ phũs in. ij. ethi. ꝙ ꝟt9 moral' eſt circa delectationes ⁊ triſticias optimoꝝ opatiua. ſꝫ voluptates ⁊ triſticie ſũt paſſiões ꝗdaꝫ. vt ſupra dictũ ẽ. ģ eadẽ ꝟt9 ꝗ eſt circa paſſiões. ẽ etiã circa opationes. vtpote opatiua exiſtens. ¶ Pre. Paſſiões ſũt principia exterioꝝ opationũ. ſi ģ aliq̃ ꝟtutes rectificãt paſſiões. oportꝫ ꝙ etiã per ꝯñs rectificẽt opatiões. eedẽ ģ ꝟtutes morales ſunt circa paſſiões ⁊ opatiões. ¶ Pre. Ad oẽm opationẽ exteriorẽ mouet̃ appetit9 ſenſitiu9 bñ vl' male. ſꝫ mot9 appetit9 ſenſitiui ſũt paſſiões. ģ eedẽ ꝟtutes ꝗ ſũt circa opatiões ſunt circa paſſiões. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ ꝙ phũs poit iuſticiã circa opationes. ꝯpantiã aũt ⁊ fortitudinẽ ⁊ mãſuetudĩeꝫ circa paſſiones ꝗſdã. ¶ Rñ. dđ. ꝙ opatio ⁊ paſſio dupliciter põt cõpari ad ꝟtutẽ. Uno mõ ſic effect9. ⁊ hoc mõ oĩs moral' ꝟt9 hꝫ aliq̃s opatiões bõas. ꝗ ꝑ eſt ꝓductiua. ⁊ delectationẽ aliquã vl' triſticiam. ꝗ ſunt paſſiones vt ſupra dictum eſt. Alio mõ poteſt compari operatio ad virtutem

moralē. ſic materia circa quam eſt. ⁊ ſm hoc opoꝛꝫ alias eſſe virtutes morales circa operationes. et alias circa paſſiones. cuius rō ē. q꞉ bonū ⁊ malū in quibuſdā opationibꝫ attendit̄ ſm ſeipſas qualitercūq; hō afficiat̄ ad eas. inq̄ꝫtuꝫ. ſ. ⁊ bonū in eis. malū accipit̄ ſm rōnem cōmenſurationis ad alteꝝ. ⁊ in talibꝫ opoꝛꝫ ꝙ ſit aliq̄ virtꝰ directiua opationū ſm ſeipſas. ſicut ſunt emptio ⁊ venditio. ⁊ hmōi opationes i quibꝫ attendit̄ rō debiti vl' indebiti ad alteꝝ. ⁊ ꝓpter hoc iuſticia ⁊ ptes eius ꝓprie ſūt circa opationes. ſic circa ꝓpꝛiaꝫ materiā. In quibuſdaꝫ ꝟo opationibꝫ bonū ⁊ malū attendit̄ ſolū ſm cōmenſurationē ad opantē. ⁊ iō opoꝛtet in his bonū ⁊ malū conſiderari ſm ꝙ hō bn̄ vel male afficit̄ circa hmōi. ⁊ ꝓpter hoc opoꝛtet ꝙ ꝟtutes in talibꝫ ſint principaliter circa interioꝛes affectiones. q̄ dicunt̄ aīe paſſiones. ſicut patꝫ ꝺ tpantia. foꝛtitudine. ⁊ alijs hmōi. Contingit autē ꝙ in opationibꝫ q̄ ſunt ad alteꝝ. pretermittat̄ bonū ꝟtutis ꝓpter inoꝛdinatam aīe paſſionē. ⁊ tunc inq̄ꝫtuꝫ coꝛrumpit̄ cōmenſuratio exterioꝛis opationis. ē coꝛruptio iuſticie. inq̄ꝫtuꝫ aūt coꝛrumpit̄ ꝯmenſuratio interioꝝ paſſionuꝫ. eſt coꝛruptio alicuius alterius ꝟtutis. ſicut cum ꝓpter iram aliquis aliū ꝑcutit. in ipſa ꝑcuſſione indebita coꝛrumpit̄ iuſticia. imoderantia ꝟo ire coꝛrumpit̄ manſuetudo. ⁊ ideꝫ patet in alijs. Et ꝑ hoc patet rn̄ſio ad obiecta. Nam prima rō ꝓcedit ꝺ opatione ſm ꝙ eſt effectus ꝟtutis. alie vero due rōnes ꝓcedunt ex hoc ꝙ ad idē cōcurrūt opatio ⁊ paſſio. ſed in quibuſdā virtꝰ ē principaliter circa opationē. i quibuſdā circa paſſionē rōne ꝑdicta.

## Ad tertium ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ ſit vna tm̄ ꝟtus moral' circa opationes. Rectitudo enī oīm opationuꝫ exterioꝝ videt̄ ad iuſticiā ꝑtinere. ſed iuſticia eſt vna ꝟtus. ḡ vna ſola virtus eſt circa opationes. ¶ Pre. opationes maxīe differentes eē vident̄. q̄ oꝛdinant̄ ad bonū vnius. ⁊ q̄ oꝛdinant̄ ad bonuꝫ multitudinis. ſꝫ iſta diuerſitas non diuerſificat ꝟtutes morales. Dicit enī phūs in. v. ethi. ꝙ iuſticia legal' q̄ oꝛdinat actus hoīm ad cōe bonum. nō eſt aliud a ꝟtute q̄ oꝛdinat actus hoīs ad vnum tm̄. niſi ſm rōneꝫ. ḡ diuerſitas opationuꝫ nō cauſat diuerſitatē ꝟtutū moralium. ¶ Pre. Si ſunt diuerſe ꝟtutes morales circa diuerſas opationes. opoꝛteret ꝙ ſm diuerſitatem opationuꝫ eſſet diuerſitas ꝟtutū moraliū. ſed hoc patet eſſe falſum. naꝫ ad iuſticiā ꝑtinet in diuerſis generibꝫ cōmutationū rectitudinem ſtatuere. ⁊ etiā in diſtributionibꝫ. vt patꝫ in. v. ethi. non ḡ diuerſe ꝟtutes ſunt diuerſaꝝ opationū. ¶ Sꝫ ꝯtra eſt ꝙ religio ē alia virtus a pietate. quarū tm̄ vtraq; ē circa opationes quaſdā. ¶ Rn̄. dō. ꝙ oēs ꝟtutes morales q̄ ſunt circa opationes. ꝯueniunt in quadā generali rōne iuſticie. q̄ attendit̄ ſm debitum ad alteꝝ. diſtinguunt̄ aūt ſm diuerſas ſpāles rōnes. cuius rō eſt. q꞉ in opationibꝫ exterioꝛibꝫ oꝛdo rōnis inſtituit̄. ſicut dictū ē. nō ſm ꝓpoꝛtioneꝫ ad affectionem hoīs. ſed ſm ipſaꝫ conuenientiam rei in ſeipſa. ſm quam ꝯuenientiā accipitur rō debiti. ex q̄ conſtituit̄ rō iuſticie. Ad iuſticiā enim ꝑtinere videt̄ vt quis debitū reddat. vñ oēs hmōi virtutes q̄ ſunt circa opationes. habent aliq̄ modo rationeꝫ iuſticie. ſed debitum non ē vnius rōnis in oībꝫ. aliter enī debetur aliquid equali. aliter ſupioꝛi. aliter minoꝛi. ⁊ aliter ex pacto vel ex ꝓmiſſo. vel ex bñficio ſuſcepto. ⁊ ſm has diuerſas rōnes debiti ſumunt̄ diuerſe ꝟtutes. puta religio eſt ꝑ quam debitū deo reddit̄. pietas eſt ꝑ quā redditur debitum parentibꝫ vel patrie. gratia eſt ꝑ quā redditur debitū bñfactoꝛibꝫ. ⁊ ſic de alijs. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ iuſticia ꝓprie dicta eſt vna ſpecial' virtus q̄ attendit ꝑfectā rationem debiti. qd̄ ſm equiualentiā pōt reſtitui. dicit̄ tm̄ ⁊ ampliato nomine iuſticia ſm quamcūq; debiti redditionē. ⁊ ſic non eſt vna ſpecial' virtus. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ iuſticia q̄ intendit bonum cōe. eſt alia virtus a iuſticia q̄ oꝛdinat̄ ad bonum priuatuꝫ alicuius. vnde ⁊ ius cōe diſtinguit̄ a iure priuato. Et Tullius ponit vnam ſpecialem virtutem pietatē. q̄ oꝛdinat ad bonum patrie. ſed iuſticia oꝛdinans hominem ad bonuꝫ cōe. eſt general' per imperiū. q꞉ omnes actus virtutum oꝛdinat ad finem ſuum. ſ. ad bonum cōe. ꝟtus autē ſm ꝙ a tali iuſticia imperat̄. etiam iuſticie nomen accipit. ⁊ ſic virtus a iuſticia legali non differt niſi ratione. ſic ſola ratione differt virtus operans ſm ſeipſam. ⁊ virtus operans ad imperiuꝫ alterius. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ in omnibꝫ operationibꝫ ad iuſticiam ſpecialem ꝑtinentibꝫ eſt eadem rō debiti. ⁊ iō eſt eadem virtus iuſticie. precipue q̄ꝫtuꝫ ad cōmutationes. foꝛte enī diſtributiua eſt alterius ſpeciei a cōmutatiua. ſed de hoc infra queretur.

## Ad quartū ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ circa paſſiones non ſunt diuerſe ꝟtutes morales. Eoꝝ enim q̄ conueniunt in principio ⁊ fine vnꝰ eſt habitus. ſicut patet maxime in ſcientijs. ſed omniuꝫ paſſionum vnum eſt principium. ſ. amoꝛ. et oēs ad eundeꝫ finem terminant̄. ſ. ad delectationem vel triſticiaꝫ. vt ſupra habituꝫ eſt. ḡ circa omnes paſſiones eſt vna tm̄ moralis virtus. ¶ Pre. Si circa diuerſas paſſiones eſſent diuerſe virtutes morales ſequeret̄ ꝙ tot eſſent virtutes morales quot paſſiones. ſed hoc patet eſſe falſum. q꞉ circa oppoſitas paſſiones ē vna ⁊ eadem virtus moralis. ſicut foꝛtitudo circa timoꝛes ⁊ audacias. tpantia circa delectationes et triſticias. non ḡ opoꝛtet ꝙ circa diuerſas opationes ſint diuerſe ꝟtutes morales. ¶ Pre. amoꝛ concupiſcentia ⁊ delectatio ſunt paſſiones ſpē differentes. vt ſupra habitum ē. ſed circa omnes has eſt vna virtus. ſ. temperantia. ḡ virtutes morales non ſunt diuerſe circa diuerſas paſſiones. ¶ Sed ꝯ eſt ꝙ foꝛtitudo eſt circa timoꝛes ⁊ audacias. tpantia circa concupiſcentias. manſuetudo circa iras. vt dr̄ in. iij. et. iiij. ethi. ¶ Rn̄. dō. ꝙ non pōt dici ꝙ circa oēs paſſiones ſit vna ſola ꝟtꝰ moralis. ſunt enim quedā paſſiones ad diuerſas potētias ꝑtinentes. alie nanq; ꝑtinent ad iraſcibilē. alie ad concupiſcibilē. vt ſupra dictū eſt. nec tm̄ opoꝛtet ꝙ oīs diuerſitas paſſionū ſufficiat ad ꝟtutes morales diuerſificādas. Primo quidē q꞉ quedā paſſiones ſunt q̄ ſibi opponunt̄ ſm contrarietatē. ſicut gaudiū ⁊ triſticia. timoꝛ et audacia. ⁊ alia hmōi. ⁊ circa huiuſmodi paſſiones ſic oppoſitas opoꝛtet eē vnā ⁊ eandē ꝟtutē. cū enī ꝟtus moral' in quadā medietate conſiſtat. mediū in contrarijs paſſionibus ſm eandē rōneꝫ inſtituit̄. ſic ⁊ in naturalibꝫ ideꝫ eſt medium inter contraria. vt inter album et nigrum. Secundo q꞉ diuerſe paſſiones inueniunt̄ ſm eundem modum rationi repugnantes. puta ſm impulſum ad id qd̄ eſt contra rationem. vel ſm retractionem ab eo quod eſt ſm rationem. ⁊ ideo diuerſe paſſiones concupiſcibilis non pertinent ad diuerſas virtutes morales. q꞉ eoꝝ motus ſm quedā oꝛdinē ſe inuicē cōſequunt̄. vtpote ad idē oꝛdinati. ſ. ad conſequenduꝫ bonum vel ad fugiendum malum. ſicut ex amoꝛe procedit concupiſcentia. Et ex

cõcupiſcentia ꝑuenit ad delectationem. Et eadem ratõ
eſt de oppoſitis. q2 ex odio ſequit fuga vel abominatio.
que ꝑducit ad triſticiam. Sed paſſiones iraſcibilis non
ſunt vnius ordinis. ſed ad diuerſa ordinant. nam auda-
cia ⁊ timor ordinant ad aliqḋ magnū periculum. ſpes ⁊
deſperatio ad aliqḋ bonum arduum. ira aūt ad ſuperan
dum aliqḋ ꝯtrariū qḋ nocumentū intulit. ⁊ iḋ circa has
paſſiones diuerſe ꝟtutes ordinant. vtpote tꝑantia circa
paſſiones concupiſcibilis. fortitudo circa timores et au-
dacias. magnanimitas circa ſpem ⁊ deſperationem. mā
ſuetudo circa iras. Ad. i. ḡ dḋ. ꝙ omnes paſſiones cō
ueniunt in vno principio ⁊ fine cōi. non aūt in vno pro-
prio principio ſeu fine. vñ hoc non ſufficit ad vnitatem
ꝟtutis moral'. Ad. ij. dḋ. ꝙ ſicut in naturalibꝫ idem
ē principiū q̄ receditur ab vno pricipio ⁊ acceditur ad aliud
⁊ in rõnalibꝫ eſt eadem rõ ꝯtrarioꝝ. ita etiam virtꝰ mo-
ralis q̄ in modum nature rõni conſentit eſt eadem cõtra-
rioꝝ paſſionum. Ad. iij. dḋ. ꝙ ille tres paſſiones ad
idem obiectum ordinant ſm quendam ordinem. vt di-
ctū eſt. ⁊ iḋ ad eandem virtutem moralem pertinent.

## Ad quintū ſic proceditur

Videt ꝙ virtutes morales non diſtinguant ſm obie-
cta paſſionum. ſicut enim ſunt obiecta paſſionū. ita ſunt
obiecta opationuꝫ. ſed ꝟtutes morales q̄ ſunt circa opa
tiones. non diſtinguunt ſm obiecta opationuꝫ. ad ean-
dem enim virtuteꝫ iuſticie ꝑtinet emere vel vendere do
muꝫ ⁊ equum. ḡ etiam nec ꝟtutes morales q̄ ſunt circa
paſſiones diuerſificant per obiecta paſſionum. Pre.
Paſſiones ſunt quidam actus vel motus appetitus ſen
ſitiui. ſed maior diuerſitas requirit ad diuerſitatem ha-
bituum q̄ꝫ ad diuerſitatem actuū. diuerſa igit obiecta q̄
non diuerſificant ſpeciem paſſionis non diuerſificabūt
ſpecieꝫ ꝟtutis moral'. ita. ſ. ꝙ de oībꝫ delectationibꝫ erit
vna ꝟtus moral'. ⁊ ſimiliter eſt de alijs. Pre. magis
⁊ minus non diuerſificant ſpeciem. ſꝫ diuerſa delectabi-
lia non differunt niſi ſm magis ⁊ minus. ḡ oīa ꝑtinent
ad vnā ſpeciē ꝟtutis. ⁊ eadeꝫ rõne oīa terribilia. ⁊ ſimili
ter de alijs. non ḡ ꝟtꝰ moral' diſtinguit ſm obiecta paſ-
ſionū. Pre. Sicut virtus ē opatiua boni. ita eſt impe
ditiua mali. ſꝫ circa ꝯcupiſcentias bonoꝝ ſunt diuerſe
virtutes. ſicut tꝑantia circa ꝯcupiſcentias delectationuꝫ
tactus. ⁊ eutrapelia circa delectatiões ludi. ḡ etiaꝫ circa
timores maloꝝ debent eſſe diuerſe ꝟtutes. Sꝫ ꝯ eſt ꝙ
caſtitas eſt circa delectabilia venereoꝝ. abſtinentia vero
eſt circa delectabilia ciboꝝ ⁊ eutrapelia circa delectabi-
lia ludoꝝ. Rñ. dḋ. ꝙ ꝑfectio ꝟtutis ex rõne dependet
ꝑfectio aūt paſſionis ex ipſo appetitu ſenſitiuo. vñ oportꝫ
ꝙ ꝟtutes diuerſificent ſm ordinē ad rõneꝫ. paſſiões au
tem ſm ordinē ad appetitū. Obiecta igit paſſionum ſm
ꝙ diuerſimode ordinant ad appetitū ſenſitiuuꝫ. cauſant
diuerſas paſſionū ſpēs. ſm vero ꝙ comparant ad rõneꝫ.
cauſant diuerſas ſpēs ꝟtutū. non eſt aūt idē motus rõ-
nis ⁊ appetitus ſenſitiui. vñ nihil ꝓhibet aliquā differen-
tiam obiectoꝝ cauſare diuerſitatem paſſionuꝫ. q̄ non cau
ſat diuerſitatem ꝟtutū. ſicut qñ vna ꝟtus ē circa multas
paſſiones. vt dictū eſt. ⁊ aliquā etiam differentiam obie
ctoꝝ cauſare diuerſitatē ꝟtutū q̄ non cauſat diuerſitateꝫ
paſſionū. cum circa vnā paſſionē. puta delectationē. di-
uerſe ꝟtutes ordinent. Et q2 diuerſe paſſiões ad diuer-
ſas potentias ꝑtinentes ſꝑ pertinent ad diuerſas virtu-
tes. vt dictum ē. ideo diuerſitas obiectoꝝ q̄ reſpicit di-
uerſitatē potentiaꝝ ſꝑ diuerſificat ſpecies ꝟtutuꝫ. puta
ꝙ aliquid ſit bonum abſolute. ⁊ aliquid bonum cum ali
qua arduitate. ⁊ q2 ordine quodam rõ inferiores homi-
nis ptes regit. ⁊ etiam ſe ad exteriora extendit. iḋ etiā ſm
ꝙ vnū obiectum paſſionis apprehendit ſenſu vel imagi-
natione. aut etiam ratione. ⁊ ſm etiam ꝙ ꝑtinet ad aīaꝫ
corpus vel exteriores res. diuerſaꝫ habitudineꝫ hꝫ ad rõ
nem. ⁊ ꝑ conſequens natuꝫ ē diuerſificare ꝟtutes. Bo
num igit hominis qḋ eſt obiectum amoris ꝯcupiſcētie
delectationis. pōt accipi vel ad ſenſum corporis perti-
nens. vel ad interiorem anime apprehenſionem. ⁊ hoc ſi
ue ordinet ad bonū hominis in ſeipſo. vel q̄tuꝫ ad cor-
pus. vel q̄tuꝫ ad animam. ſiue ordinet ad bonum hoīs
in ordine ad alios. ⁊ oīs talis diuerſitas ꝓpter diuerſum
ordinem ad rationem diuerſificat virtutem. Sic igitur
ſi conſideretur aliqḋ bonū. ſiquidem ſit ꝑ ſenſum tactus
apprehenſum. ⁊ ad ꝯſiſtentiā hūane vite ꝑtinens in indi
uiduo vel in ſpē. ſicut ſunt delectabilia ciboꝝ ⁊ venereo
rum. erit ꝑtinens ad virtutē tꝑantie. delectationes autē
alioꝝ ſenſuū cum non ſint vehementes non preſtant ali-
quam difficultatē rõni. ⁊ iḋ circa eas non ponit aliq̄ vir-
tus q̄ eſt circa difficile. ſicut ⁊ ars. vt dī in. ij. ethi. bonuꝫ
aūt non ſenſu ſed interiori ꝟtute apprehenſum ad ipſum
hoīeꝫ ꝑtinens ſm ſeipſum. ē ſicut pecunia ⁊ honor. quo
rum pecunia ordinabil' eſt de ſe ad bonum corporis. ho
nor aūt ꝯſiſtit in apprehenſione anime. ⁊ hec quidem bo
na conſiderari pñt vel abſolute ſm ꝙ ꝑtinent ad concu-
piſcibilem. vel cum arduitate quadā ſm ꝙ pertinent ad
iraſcibilem. que quidē diſtinctio non hꝫ locum in bonis
que delectant tactum. q2 hmōi ſunt quedaꝫ infima. ⁊ cō-
petunt homini ſm ꝙ conuenit cū brutis. Circa bonū igi
tur pecunie abſolute ſumptum ſm ꝙ eſt obiectum cõcu
piſcētie vl' delectatiōis aut amoris ē liberalitas. circa bo
nū aūt hmōi cū arduitate ſumptū ſm ꝙ ē obiectū ſpei ē
magnificētia. circa bonū ꝟo qḋ eſt honor. ſiquideꝫ ſit ab-
ſolute ſumptū ſm ꝙ ē obiectū amoris. ſic ē quadā virtꝰ
q̄ vocat philotimia. i. amor honoris. ſi ꝟo cum arduitate
conſideret ſm ꝙ eſt obiectum ſpei. ſic ē magnanimitas.
vñ liberalitas ⁊ philotimia videnf eſſe in concupiſcibili.
magnificentia ꝟo ⁊ magnanimitas in iraſcibili. bonum
ꝟo hoīs in ordīe ad aliū non videt arduitateꝫ habere. ſed
accipit vt abſolute ſumptū. ꝙ ē obiectū paſſionū cõcu-
piſcibil'. qḋ quidē bonū pōt eſſe alicui delectabile ſm ꝙ
ꝑbet ſe alteri. vel in his q̄ ſerio fiunt. i. in actionibꝫ ꝑ rõ-
nem ordinatis ad debitū finē. vel in his q̄ fiunt ludo. i.
actionibꝫ ordinatis ad delectationē tm̄. q̄ nō eodeꝫ mō ſe
hñt ad rõneꝫ ſicut prima. In ſerijs aūt ſe exhibet aliquis
alteri dupliciter. Uno mō vt delectabilē decentibꝫ ver-
bis ⁊ factis. ⁊ hoc ꝑtinet ad quandā ꝟtutē quam Ar. no
minat amicitiā. ⁊ pōt dici affabilitas. Alio mō prebet ſe
aliquis alteri vt manifeſtuꝫ ꝑ dicta ⁊ facta. ⁊ hoc ꝑtinet
ad aliā ꝟtutē quā noīat ꝟitatē. manifeſtatio enim ꝓpin-
quius accedit ad rõneꝫ q̄ꝫ delectatio. ⁊ ſeria q̄ꝫ iocoſa. vñ
⁊ circa delectationes ludoꝝ ē alia ꝟtꝰ quā philoſophus eutra-
peliā noīat. Sic igit patꝫ ꝙ ſm Ar. ſunt vndecim ꝟtu-
tes morales circa paſſiones. ſ. fortitudo. tꝑantia. liberali-
tas. magnificētia. magnanimitas. philotimia. manſuetu-
do. amicitia. ꝟitas. eutrapelia. ⁊ iuſticia. et diſtinguunt
ſm diuerſas materias vl' ſm diuerſas paſſiones. vl' ſm
diuerſa obiecta. Si igitur addatur iuſticia. que eſt circa
opationes. erunt oēs duodecim. Ad. i. ḡ dḋ. ꝙ oīa
obiecta eiuſdē opationis ſm ſpēm eandeꝫ habitudinem

habent ad rationē. non aūt oīa obiecta eiuſdem paſſiōis ſm̄ ſpeciē. q2 opationes nō repugnāt rōni ſic̄ paſſiōes ¶ Ad .ij. dō. ꝙ alia ratione diuerſificantur paſſiones ⁊ alia virtutes. ſicut dictum eſt. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ magis ⁊ minus non diuerſificant ſpeciē niſi ꝓpter diuerſā habitudinem ad rōnē. ¶ Ad .iiij. dō. ꝙ bonum fortius ē ad mouendū q̄ malū. non agit niſi ꝟtute boni. vt Dionyſ. dicit .iiij. c. de diui. no. vñ malum non facit difficultatē rōni que requirat virtutem. niſi ſit excellens qd̄ videt̄ eſſe vnum in vno genere paſſionis vñ circa iras nō ponit̄ niſi vna virtus. ſ. manſuetudo. ⁊ ſimiliter circa audacias vna ſola. ſ. fortitudo. ſed bonum ingerit difficultatē. q̄ requirit virtutem. etiam ſi non ſit excellens in genere talis paſſionis. ⁊ iō circa concupiſcentias ponunt̄ diuerſe ꝟtutes morales. vt dictum eſt. ¶ Queſtio LXI

# D Einde ꝯſiderādum

eſt de virtutibꝫ cardinalibꝫ. ⁊ circa hoc querunt̄ quinqꝫ. Primo vtrum virtutes morales debeant dici cardinales vel principales. Secundo de numero eaꝝ. Tertio que ſint. Quarto vtrū differant ab inuicem. Quinto vtrū diuidant̄ ꝯuenienter in virtutes politicas. ⁊ purgatorias. ⁊ purgati aī. ⁊ exēplares.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ virtutes morales non debeant dici cardinales ſeu principales. Que enim ex oppoſito diuidunt̄ ſunt ſimul natura. vt dicit̄ in predicamentis. ⁊ ſic vnum nō eſt altero principalius. ſed omnes ꝟtutes ex oppoſito diuidunt gen9 ꝟtutis. ḡ nulle eaꝝ debent dici principales ¶ Pre. finis principalior eſt his q̄ ſunt ad finem. ſꝫ virtutes theologice ſunt circa finem. ꝟtutes autē morales ſunt circa ea q̄ ſunt ad finem. ḡ ꝟtutes morales non debent dici principales ſeu cardinales. ſed magis theologice. ¶ Pre. Principalius eſt qd̄ eſt ꝑ eſſentiā q̄ qd̄ eſt ꝑ participationē. ſed virtutes intellectuales ꝑtinent ad rōnale ꝑ eſſentiā. ꝟtutes aūt morales ꝑtinent ad rōnale per ꝑticipationē. vt ſupra dictum ē. ḡ ꝟtutes morales non ſunt principales. ſed magis ꝟtutes intellectuales. ¶ Sed ꝯ eſt qd̄ Ambro. dicit ſuper Lucā. exponens illud Beati pauperes ſpiritu. Scimus virtutes eſſe quattuor cardinales. ſ. tēpantiā. iuſticiā. prudentiā. fortitudinē. he aūt ſunt ꝟtutes morales. ḡ ꝟtutes morales ſunt cardiales. ¶ Rñ. dō. ꝙ cū ſimpliciter d ꝟtute loquimur. intelligimus loqui de ꝟtute humana. virt9 aūt humana vt ſupra dictum eſt. ſm̄ ꝑfectā rōnē ꝟtutis dr̄. q̄ requirit rectitudinem appetitus. huiōi enim virtus non ſolū facit facultatem bñ agendi. ſed ipſum etiā vſum boni operis cauſat. ſed ſm̄ imꝑfectā rōnē virtutis dr̄ ꝟt9 q̄ nō requirit rectitudinem appetitus. q2 ſolum facit facultatē bene agendi. non aūt cauſat boni opis vſum. ꝯſtat autē ꝙ ꝑfectum ē principalius imꝑfecto. ⁊ iō virtutes q̄ continent rectitudinem appetitus dicunt̄ principales. huiōi aūt ſunt virtutes morales. ⁊ inter intellectuales ſola prudentia. q̄ etiam quodammō moralis eſt ſm̄ materiam. vt ex ſupradictis patet. vñ ꝯuenienter inter ꝟtutes morales ponunt̄ ille que dicunt̄ principales ſeu cardinales ¶ Ad .i. ḡ dō. ꝙ qñ genus vniuocum diuidit̄ in ſuas ſpecies. tunc partes diuiſionis ex equo ſe habent ſm̄ rōnem generis. licet ſm̄ naturam rei vna ſpecies ſit principalior ⁊ ꝑfectior alia. ſicut homo aliis animalibꝫ. ſed qñ eſt diuiſio alicuius analogi qd̄ dicitur de pluribus ſm̄ prius ⁊ poſterius. tunc nihil ꝓhibet vnum eſſe principalius altero. etiam ſm̄ cōmunem rationem. ſicut ſubſtantia principalius dr̄ ens q̄ accidens. ⁊ talis ē diuiſio virtutum in diuerſa genera virtutum. eo ꝙ bonum rationis non ſm̄ eundem ordinem inuenit̄ in omnibꝫ. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ virtutes theologice ſunt ſupra hominem. vt ſupra dictū ē. vnde non ꝓprie dicunt̄ virtutes humane. ſꝫ ſuper humane vel diuine. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ alie virtutes intellectuales a prudentia ⁊ ſi ſint principaliores q̄ morales q̄tum ad ſubiectum. non tamen ſunt principaliores q̄tū ad rationem virtutis. que reſpicit bonum quod ē obiectum appetitus.

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ nō ſint quattuor virtutes cardinales. Prudentia enim eſt directiua aliaꝝ virtutum moraliū. vt ex ſupradictis patet. ſed id qd̄ eſt directiuum alioꝝ principalius eſt. ḡ prudentia ſola ē virtus principalis. ¶ Pre. Virtutes principales ſunt aliq̄ mō morales. ſed ad operationes morales ordinamur ꝑ rationē practicam ⁊ appetitum rectum. vt dr̄ in .vi. ethi. ḡ ſole due ꝟtutes cardinales ſunt. ¶ Pre. Inter alias etiam virtutes vna ē principalior altera. ſed ad hoc ꝙ ꝟtus dicat̄ principalis non requirit̄ ꝙ ſit principalis reſpectu omniū. ſed reſpectu quarundam. ḡ videtur ꝙ ſint multo plures principales virtutes. Sed contra eſt qd̄ Grego. dicit in .ij. moral. In quattuor ꝟtutibꝫ tota bona operis ſtructura conſurgit. ¶ Rñ. dō. ꝙ numerus aliquorū accipi poteſt aut ſm̄ principia formalia. aut ſm̄ ſubiecta. et vtroqꝫ modo inueniuntur quattuor cardinales virtutes. Principiū enim formale virtutis de qua nunc loquimur. eſt rationis bonum. quod quidem dupliciter poteſt conſiderari. Uno mō ſm̄ ꝙ in ipſa conſideratione rationis cōſiſtit. ⁊ ſic erit vna virtus principalis q̄ dicit̄ prudentia. Alio modo ſm̄ ꝙ circa aliquid ponitur rationis ordo. et hoc vel circa operationes. ⁊ ſic eſt iuſticia. vel circa paſſiones ⁊ ſic neceſſe eſt eſſe duas virtutes. ordinem enim rationis neceſſe eſt ponere circa paſſiones. conſiderata repugnantia ipſaꝝ ad rationem. q̄ quidem poteſt eſſe dupliciter. Uno mō ſm̄ ꝙ paſſio impellit ad aliquid ꝯtrarium rōni. ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ paſſio reprimat̄. ⁊ ab hoc denominatur temperantia. Alio modo ſm̄ ꝙ paſſio retrahit ab eo qd̄ ratio dictat ſicuti timor periculoꝝ vel laboꝝ. ⁊ ſic neceſſe eſt ꝙ homo firmet̄ in eo qd̄ eſt rationis ne recedat ⁊ ab hoc denominat̄ fortitudo. Et ſimiliter ſm̄ ſubiecta idem numerus inuenit̄. Quadruplex enim inuenit̄ ſubiectum huius virtutis de qua nunc loquimur. ſ. rationale per eſſentiam qd̄ prudentia ꝑficit. ⁊ rationale ꝑ participationem qd̄ diuiditur in tria. i. in voluntatem que ē ſubiectum iuſticie. ⁊ in concupiſcibilem que eſt ſubiectū temperantie. ⁊ in iraſcibilem que eſt ſubiectum fortitudinis. ¶ Ad .i. ergo dō. ꝙ prudentia eſt ſimpliciter principalior omnibus. ſꝫ alie ponunt̄ principales vnaqueqꝫ in ſuo genere. ¶ Ad .ij. dō. ꝙ rationale per participationem diuiditur in tria. vt dictum eſt. ¶ Ad .iij. dō. ꝙ omnes alie virtutes quarum vna eſt principalior alia reducuntur ad predictas quattuor. ⁊ q̄tū ad ſubiectū ⁊ q̄tū ad rationes formales.

## Ad tertium ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ alie virtutes magis debeāt dici principales q̄ iſte. Id enī qd̄ eſt maximū i vno quoqꝫ genere videt̄ eē

pͬincipalius. ſed magnanimitas operatur magnum in
oībꝰ virtutibꝰ. vt dr̄ in. iiij. ethi. g̃ magnanimitas maxie
debet dici principal' vtꝰ. ¶ Preterea. Illud ꝑ qḋ alie virtu
tes firmanf. videf eſſe maxie principal' vtus. ſed humili
tas eſt hmōi. Dicit enim Grego. ꝙ qui ceteras virtu-
tes ſine hūilitate congregat. quaſi paleas in ventū por-
tat. g̃ hūilitas videf eſſe maxime principal'. ¶ Preterea. Il-
lud videf eſſe maxime principale qḋ eſt ꝑfectiſſimū. ſed
hoc pertinet ad patientiā. ſcḋm illud Jacobi. i. Patientia
opus ꝑfectum hʒ. g̃ patientia debet poni principal'. Sʒ
contra eſt ꝙ Tullius in ſua rhetorica ad has qͣtuor om-
nes alias reduc̄. ¶ Rn̄. dicendū ꝙ ſicut ſupra dictū ē. hmōi
quatuor vtutes cardinales accipiunf ſcḋm qͣtuor forma
les rōnes vtutis de qua loquimur. q̄ quidem in aliqui-
bus actibꝰ vel paſſionibꝰ principaliter inueniunf ſic bo
num ꝯſiſtens in ꝯſideratione rōnis. principaliter inueni
tur in ipſo rōnis imꝑio. nō aūt in ꝯſilio neqꝫ in iudicio.
vt ſupra dictū eſt. Similiter aūt bonum rationis pro-
ut ponif in oꝑationibꝰ ſcḋm rōnē recti et debiti principa
liter inuenif in cōmutationibꝰ vel diſtributionibꝰ. que
ſunt ad alteꝝ cū equalitate. bonum aūt refrenandi paſ-
ſiones principaliter inuenif in paſſionibꝰ qs maxie dif-
ficile eſt reprimere. ſ. in delectationibꝰ tactus. bonū aūt
firmitatis ad ſtandū in bono rōnis ꝯ impetū paſſionū
precipue inuenif in ꝑiculis mortis. ꝯtra q̄ difficilimum
eſt ſtare. Sic igif ꝓdictas qͣtuor vtutes dupliciter con-
ſiderare poſſumus. Uno mō ſcḋm cōes rōnes formales.
⁊ ſcḋm hoc dicunf principales. quaſi generales ad omnes
vtutes. vtpote ꝙ oīs virtus q̄ facit bonum in ꝯſideratō
ne rōnis dicaf prudentia. ⁊ ꝙ oīs vtus q̄ facit bonū de
biti ⁊ recti in operationibꝰ dicaf iuſticia. ⁊ omnis virtus
q̄ cohibet paſſiones ⁊ deprimit dicaf temperantia. ⁊ om
nis virtus q̄ facit firmitatē animi ꝯtra quaſcūqꝫ paſſio
nes dicaf fortitudo. ⁊ ſic multi loquunf de iſtis vtutibꝰ
tam ſacri doctores qꝫ etiam philoſophi. ⁊ ſic alie vtutes
ſub ipſis continentur. Un̄ ceſſant oēs obiectiones. Alio
vero modo pn̄t accipi ſcḋm ꝙ iſte vtutes denominantur
ab eo qḋ eſt principium in vnaquaqꝫ materia. ⁊ ſic ſunt
ſpeciales vtutes contra alias diuiſe. dicunf tn̄ principa
les reſpectu aliaꝝ. ꝓpter principalitatē materie. puta ꝙ
prudentia dicaf q̄ preceptiua ē. iuſticia q̄ ē circa actiones
debitas inter equales. temperantia q̄ reprimit concupi-
ſcentias delectationū tactus. fortitudo q̄ firmat cōtra pe
ricula mortis. Et ſic etiā ceſſant obiectiones. qꝛ alie vtu
tes pn̄t habere aliquas alias principalitates. ſed iſte di-
cunf principales rōne materie. vt ſupra dictum eſt.

## Ad quartū ſic procedif.

Uidef ꝙ qͣtuor ꝓdicte vtutes non ſint diuerſe vtutes
⁊ adinuicē diſtincte. Dicit enim Grego. in. xxij. moral'.
Prudentia vera non eſt q̄ iuſta ⁊ tꝑans ⁊ fortis nō eſt.
nec ꝑfecta tꝑantia q̄ fortis iuſta ⁊ prudens nō eſt. nec for
titudo integra q̄ prudens tꝑans ⁊ iuſta nō eſt. nec vera
iuſticia q̄ prudens ⁊ fortis ⁊ tꝑans nō eſt. hoc aūt nō cō
tingeret ſi ꝓdicte qͣtuor vtutes eſſent adinuicem diſtin
cte. diuerſe enim ſpēs eiuſdē generis nō denominant ſe
inuicē. g̃ predicte vtutes non ſunt abinuicem diſtīcte.
¶ Preterea. Eoꝝ que ab inuicē ſunt diſtincta. qḋ eſt vnius
non attribuif alteri. ſed illud qḋ eſt tꝑantie attribuif for
titudini. Dicit enī Ambro. in. j. li. de offi. Jure ea fortitu
do vocaf q̄n vnuſquiſqꝫ ſeipſm vincit. nullis illecebris
emollif atqꝫ inflectif. De tꝑantia etiā dicit ꝙ modū vel
ordinē ſuat oīm q̄ vel agenda vel dicenda arbitramur.
g̃ videf ꝙ hmōi virtutes non ſunt adinuicem diſtincte.
¶ Preterea. philoſophus dicit in. ij. ethi. ꝙ ad vtutē hec requirunf.
Primū quidem ſi ſciens. deinde ſi eligens. ⁊ ſi eligēs ꝓp
ter hoc quidem tertium ſi firme ⁊ immobiliter habeat et
opef. ſed hoꝝ primum videf ad prudentiā ꝑtinere. q̄ eſt
recta rō agibilium. Secundū. ſ. eligere ad tꝑantiā. vt
aliquis non ex paſſione. ſʒ ex electione agat paſſionibꝰ re
frenatis. Tertiū vt aliquis ꝓpter debitū finē opef recti
tudinē quandā continet. q̄ videf ad iuſticiā ꝑtinere. ali-
ud. ſ. firmitas ⁊ imobilitas ꝑtinet ad fortitudinē. g̃ que
libet haꝝ vtutū eſt general' ad oēs vtutes. g̃ non diſti-
guunf ad inuicem. Sʒ contra eſt qḋ Aug. dicit in li. de
moribꝰ eccleſie. ꝙ quadripartita dr̄ virtus ex ipſius amo-
ris vario affectu. ⁊ ſubiungit de ꝓdictis quattuor vtuti-
bus. ꝓdicte g̃ quattuor vtutes ſunt ab inuicē diſtincte.
¶ Rn̄. dicendū ꝙ ſicut ſupra dictū eſt. ꝓdicte quattuor vtu
tes dupliciter a diuerſis accipiunf. Quidā enī accipiūt
eas. ꝓut ſignificant quaſdam generales conditiones hu
mani animi. q̄ inueniunf in oībꝰ virtutibꝰ. ita. ſ. ꝙ pru-
dentia nihil ſit aliud qꝫ quedā rectitudo diſcretionis in
quibuſcūqꝫ actibꝰ vel materijs. iuſticia vero ſit quedā
rectitudo animi ꝑ quam hō oꝑaf qḋ debet in quacūqꝫ
materia. tꝑantia vero ſit quedā diſpoſitio animi q̄ mo-
dū quibuſcūqꝫ paſſionibꝰ vel oꝑationibꝰ īponit ne vl-
tra debitū efferanf. fortitudo vero ſit quedā diſpoſitio
aīe ꝑ quā firmef in eo qḋ eſt ſcḋm rōnē contra quoſcūqꝫ
impetus paſſionū vel oꝑationū labores. hec autē quat
tuor ſic diſtincta non important diuerſitatem habituū
virtuoſoꝝ qͣtū ad iuſticiam. temperantiam. ⁊ fortitudi
nem. cuilibet enim virtuti morali ex hoc ꝙ eſt habitꝰ con
uenit quedam firmitas vt a contrario non moueatur. qḋ
dictum eſt ad fortitudinem pertinere. ex hoc vero ꝙ eſt
virtus. habet ꝙ ordinetur ad bonum in quo importatur
rō recti vel debiti. qḋ dicebaf ad iuſticiā ꝑtinere. in hoc
vero ꝙ ē virtus moral' rōnē ꝑticipans. hʒ ꝙ modū rō-
nis in oībꝰ ſuet. ⁊ vltra ſe non extendat. qḋ dicebaf ꝑti
nere ad tꝑantiā. ſolū aūt hoc qḋ eſt diſcretionē habere
qḋ attribuebaf prudentie. videf diſtingui ab alijs tribꝰ
inqꝫtū hoc ē ipſius rōnis ꝑ eſſentiā. alia vero tria impor
tant qꝫdā ꝑticipationē rōnis ꝑ modū applicationis cu-
iuſdā ad paſſiones vel oꝑationes. Sic igif ſcḋm predicta
prudentia quidē eſſet virtus diſtincta ab alijs tribꝰ. ſed
alie tres non eſſent virtutes diſtincte ab inuicem. Ma-
nifeſtū eſt enim ꝙ vna ⁊ eadem virtus ⁊ eſt habitus. ⁊ ē
virtus. ⁊ eſt moralis. Alij vero ⁊ melius accipiunt has
quattuor virtutes ſcḋm ꝙ determinanf ad materias ſpe-
ciales. vnaqueqꝫ quidem illarū ad vnam materiam in
qua principaliter laudatur. illa generalis conditio a qua
nomen virtutis accipif. vt ſupra dictū eſt. ⁊ ſcḋm hoc ma
nifeſtum eſt ꝙ predicte virtutes ſunt diuerſi habitꝰ ſcḋm
diuerſitatē obiectoꝝ diſtincti. ¶ Ad. j. ergo dicendum
ꝙ Grego. loquif de predictis quattuor virtutibus ſcḋm
primam acceptionem. Uel poteſt dici ꝙ iſte quattuor
virtutes denominantur ad inuicem per redundantiam
quandam. id enim quod eſt prudentie redundat in ali-
as virtutes inquantū a prudentia diriguntur. vnaque-
qꝫ vero aliarum redundat in alias ea ratione ꝙ qui po-
teſt quod eſt difficilius. poteſt ⁊ id quod minus eſt diffi
cile. vn̄ qui poteſt refrenare cōcupiſcentias delectabiliū
ſcḋm tactū ne modū excedāt. quod ē difficilimū. ex hoc
ipſo redditur habilior vt refrenet audaciam in periculis

mortis. nec vltra modum ꝓcedat. qđ eſt longe facilius. ⁊ ſm hoc fortitudo dꝛ temꝑata. tꝑantia etiam dꝛ fortis ex redũdantia fortitudĩs in tꝑantiã. inq̃ꝝtuʒ. ſ. ille qui ꝑ fortitudinẽ hʒ aĩm firmũ ꝯ ꝑicula mortis. qđ eſt difficillimũ. ẽ habilior vt retineat animi firmitatẽ ꝯ impetꝰ delectationũ. qꝛ vt dicit Tullius in primo de officijs. Nõ ẽ ꝯſentaneũ vt qui metu nõ frangiť. cupiditate frangať. nec qui inuictum ſe a labore ꝓſtiterit. vinci a voluptate aliqñ poſſit. Et ꝑ hoc etiã patʒ reſꝓſio ad ſecundũ. Dic enĩ tꝑantia in oĩbꝰ modũ ſuat. ⁊ fortitudo ꝯtra illecebras voluptatũ aĩm ſuat inflexũ. vel inq̃ꝝtuʒ iſte virtutes denominant quaſdã generales ꝯditiones ꝟtutuʒ. vel ꝑ redũdantiã predictaʒ. ¶ Ad .iij. dđ. ꝙ ille q̃ttuoꝛ generales ꝟtutũ ꝯditiones quas ponit phũs nõ ſunt ꝓprie predictis ꝟtutibꝰ. ſed pñt eis appropriari ſm modũ iã dictuʒ.

## Ad quintũ ſic proceditur

rie ⁊ non in alia. nullo tñ non poteſt dici ratio recta ſi ſit
defectus cuiuſcũq; principij. ſicut ſi quis erraret circa hoc
principium. omne totum eſt maius ſua parte. non poſſet
habere ſcientiam geometricam. quia oporteret multum
recedere a veritate in ſequentibus. Et preterea agibilia
ſunt ordinata adinuicem. non autem factibilia. vt dictum
eſt. ⁊ ideo defectus prudentie circa vnam partem agibiliũ
induceret in defectum etiam circa alia agibilia. quod in fa
ctibilibus non contingit.

# Ad ſecundũ ſic procedit.

Videtur ꝙ virtutes morales poſſunt eſſe ſine charitate. Di
citur enim in .li. ſententiarum Proſperi. ꝙ omnis virtus preter
charitatem põt eſſe cõmunis bonis ⁊ malis. ſed charitas
non poteſt eſſe niſi in bonis. vt dicitur ibidẽ. ergo alie virtu
tes poſſunt haberi ſine charitate. ¶ Pre. virtutes mora-
les poſſunt acquiri ex actibus humanis. vt dicitur in .ij.
ethi. ſed charitas non habetur niſi ex infuſione. ſm illud.
Ro. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris p ſpi
ritumſanctum qui datus eſt nobis. ergo alie virtutes
poſſunt haberi ſine charitate. ¶ Pre. virtutes morales
connectuntur adinuicem inquantũ dependent a pruden
tia. ſed charitas non dependet a prudentia. imo pruden-
tiam excedit ſm illud Eph. iij. Supereminentem ſcientie
charitatem xpi. ergo virtutes morales non connectũtur
charitati. ſed ſine ea eſſe poſſunt. ¶ Sed cõtra eſt quod
dr Jo. iij. Qui non diligit manet in morte. ſed p virtutes
ꝑficitur vita ſpũalis. ipſe enĩ ſunt quibus recte viuitur. vt
Aug. dicit in .ij. de li. arbi. ergo non poſſunt eſſe ſine dile
ctione charitatis. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt
virtutes morales ꝓut ſunt opatiue boni in ordine ad finẽ
qui non excedit facultatẽ naturalẽ hoĩs. poſſunt p opa hu
mana acquiri. ⁊ ſic acquiſite ſine charitate eſſe poſſunt. ſicut
fuerunt in multis gentilibus. ſm aũt ꝙ ſunt opatiue boni
in ordine ad vltimũ finem ſupnaturalem. ſic pfecte ⁊ ve
re habent rõnem virtutis. ⁊ nõ poſſunt humanis actibus
acquiri. ſed infunduntur a deo. ⁊ huiõi virtutes morales ſi
ne charitate eſſe non poſſunt. dictũ eſt enĩ ſupra ꝙ alie vir
tutes morals non poſſunt eſſe ſine prudentia. prudentia
aũt non põt eſſe ſine virtutibus moralibus. inquantum
virtutes morales faciunt ſe habere bene ad quoſdam fi-
nes. ex quibus ꝓcedit ratio prudentie. Ad rectam autem
rõnẽ prudentie multo magis requiritur ꝙ hõ bñ ſe habeat
circa vltimũ finem. quod fit p charitatem q; circa alios fines
quod fit p virtutes morales. ſicut rõ recta in ſpeculatiuis ma
xime indiget primo principio indemõſtrabili. quod eſt con
tradictoria non ſimul eſſe vera. vñ manifeſtum fit ꝙ nec
prudentia infuſa põt eſſe ſine charitate. nec alie virtutes
morales cõſequenter. que ſine prudentia eſſe nõ poſſunt
Patet igitur ex dictis ꝙ ſole virtutes infuſe ſunt perfecte ⁊
ſimplr dicende virtutes. quia bene ordinãt hoĩem ad finem
vltimũ ſimplr. alie vero virtutes. ſ. acquiſite. ſunt ſm quid
virtutes. non aũt ſimplr. ordinãt enĩ hominẽ bene reſpe-
ctu finis vltimi in aliquo genere. non aũt reſpectu finis
vltimi ſimpliciter. Vñ Ro. xiiij. ſup illud. Oẽ quod non ẽ
ex fide peccatũ eſt. dicit glo. Aug. Vbi deeſt agnitio veri
tatis falſa eſt virtus etiã in bonis moribus. ¶ Ad .i. ergo
dicendum ꝙ virtutes ibi accipiuntur ſm imꝑfectã rõnis virtu-
tis. alioquin ſi virtus moralis ſm pfectã rõnem virtutis ac
cipiatur. bonũ facit habentẽ. ⁊ p conſequẽs in malis eſſe nõ
põt. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ rõ illa ꝓcedit de virtutibus morali
bus acquiſitis. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ⁊ ſi charitas excedat ſci
entiam ⁊ prudentiã. tñ prudentia dependet a charitate.
vt dictum eſt. ⁊ per cõſequens omnes virtutes morales
infuſe.

# Ad tertium ſic procedit.

Videtur ꝙ charitas ſine alijs virtutibus moralibus ha
beri poſſit. Ad id enim ad quod ſufficit vnum indebitum
eſt ꝙ plura ordinentur. ſed ſola charitas ſufficit ad omnia

opa virtutis implendo. vt pȝ per id quod dicit̃. i. ad Coꝛ
xiij. Charitas patiens eſt. benigna eſt ⁊c̃. ergo videtur ꝙ
habita charitate alie virtutes ſuperfluerent. ¶ Pꝛe. qui
habet habitũ virtutis ⁊ e facili operatur ea que ſunt virtu
tis. ⁊ ei ſm̃ ſe placent. vnde ⁊ ſignum habitus eſt delecta
tio que fit in ope vt dicit̃ in. ij. ethi. ſed multi habent cha
ritatem abſq́ʒ peccato moꝛtali exiſtentes. qui tñ difficulta
tem in opibus virtutum patiuntur. neq́ʒ eis ſm̃ ſe placẽt
ſed ſolum ſm̃ quod referuntur ad charitatem. ergo multi
habent charitatẽ qui non habent alias virtutes. ¶ Pꝛe
charitas in omnibꝰ ſanctis inuenit̃. ſed quidã ſunt ſancti
qui tñ aliquibus virtutibus carent. Dicit enim Beda ꝙ
ſancti magis humiliantur de virtutibus quas non habẽt
q̃ʒ de virtutibus q̃s habent gloꝛientur. ergo nõ eſt neceſſa
rium ꝙ qui habet charitatem omnes virtutes moꝛales
habeat. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ ꝑ charitatẽ tota lex impletur.
Dicit̃ eñ Ro. xiij. ꝙ qui diligit ꝓximum legem imple
uit. ſed tota lex impleri non poteſt niſi ꝑ omnes virtutes
moꝛales. qꝛ lex precipit de omnibus actibus virtutum vt
dicitur in. v. ethi. ergo qui habet charitatem hʒ oẽs virtu
tes moꝛales. Aug. etiam dicit in quadã epiſtola. ꝙ chari
tas includit in ſe omnes virtutes cardinales. ¶ Rñ. dõ
ꝙ cũ charitate ſimul infunduntur oẽs virtutes moꝛales.
cuius rõ eſt. quia deus non minus ꝑfecte operatur in opi
bus gratie q̃ʒ in opibus nature. ſic aũt videmus in opibꝰ
nature ꝙ non inuenitur principium aliquoꝝ operum in aliq̃
re. quin inueniatur in ea que ſunt neceſſaria ad hmõi opa
ꝑficienda. ſicut in aĩalibus inueniũtur oꝛgana quibus ꝑ
fici poſſunt opa ad que ꝑagenda aĩa habet poteſtatem.
Manifeſtum eſt aũt ꝙ charitas inquantũ oꝛdinat hoiem
ad finem vltimũ. eſt principium omniũ bonoꝝ operum.
que in finem vltimũ oꝛdinari poſſunt. vñ opoꝛtet ꝙ cum
charitate ſimul infundantur oẽs virtutes moꝛales. quibꝰ
homo ꝑficit ſingula genera bonoꝝ operuʒ. Et ſic ꝑʒ ꝙ vir
tutes moꝛales infuſe non ſolũ habent connexionẽ ꝓpter
prudentiam. ſed etiam ꝓpter charitatem. ⁊ ꝙ qui amittit
charitateʒ ꝑ peccatũ moꝛtale. amittit omnes virtutes mo
rales infuſas. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ ad hoc ꝙ actus inferi
oꝛis potentie ſit ꝑfectus. requiritur ꝙ non ſolum adſit ꝑ
fectio in ſupioꝛi potentia. ſed etiã in inferioꝛi. Si eñ prĩ
cipale agens debito modo ſe haberet. nõ ſequeret̃ actio
perfecta. ſi inſtrumentum non eſſet bene diſpoſitum. vñ
opoꝛtet ad hoc ꝙ homo bene operetur in his que ſunt ad fi
nem. ꝙ non ſolũ habeat virtutem que bene ſe habeat cir
ca finem. ſed etiã virtutes quibus ſe bene habeat circa ea
que ſunt ad finem. nam virtus que eſt circa finem ſe hʒ
vt principalis ⁊ motiua reſpectu eoꝛum que ſunt ad finẽ
⁊ ideo cum charitate neceſſe eſt etiã habere alias virtutes
moꝛales. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ qñq́ʒ contingit ꝙ aliquis ha
bens habitum patitur difficultatem in operando. ⁊ ꝑ cõ
ſequens non ſentit delectationem ⁊ complacentiam in
actu propter aliquod impedimentum extrinſecus ſuper
ueniens. ſicut ille qui habet habitum ſcientie. patitur dif
ficultatem in intelligendo propter ſomnolentiam vel ali
quã infirmitatem. ⁊ ſimiliter habitus moꝛalium virtutũ
infuſarum patiuntur interdum difficultatem in opando
propter aliquas diſpoſitiones contrarias ex precedenti
bus actibus relictas. que quidem difficultas non ita acci
dit in virtutibus moꝛalibꝰ acquiſitis. qꝛ per exercitium
actuum quo acquiruntur. tolluntur etiaʒ contrarie diſpo
ſitiones. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ aliqui ſancti dicuntur aliquas
virtutes non habere inquantum patiuntur difficultatem
in actibus earum ratione iam dicta. quãuis habitus om
nium virtutum habeant.

## Ad quartuʒ ſic procedit

Videt̃ ꝙ fides ⁊ ſpes nunq̃ʒ ſint ſine charitate. Cum eñ
ſint virtutes theologice digniores eſſe vident̃ virtutibus
moꝛalibus etiã infuſis. ſed virtutes moꝛales infuſe non
poſſunt eſſe ſine charitate. ergo neq́ʒ fides ⁊ ſpes. ¶ Pꝛe.
nullus credit niſi volens. vt Aug. dicit ſuꝑ Jo. ſed cha
ritas eſt in voluntate ſicut ꝑfectio eius. vt ſupra dictũ eſt
ergo fides non põt eẽ ſine charitate. ¶ Pꝛe. Aug. dic̃ in
Enchi. ꝙ ſpes ſine amoꝛe eſſe non põt. amoꝛ aũt eſt chari
tas. de hoc eñ amoꝛe ibi loquit̃. ergo ſpes non põt eſſe ſi
ne charitate. ¶ Sed cõtra eſt quod Math. primo dicit̃
in glo. ꝙ fides generat ſpem. ſpes vero charitatem. ſʒ ge
nerans eſt prius generato ⁊ põt eſſe ſine eo. ergo fides
põt eſſe ſine ſpe ⁊ ſpes ſine charitate. ¶ Rñ. dõʒ ꝙ fides
⁊ ſpes ſicut ⁊ virtutes moꝛales dupliciter cõſiderari pñt.
vno mõ ſm̃ inchoationem quandam. alio mõ ſm̃ ꝑfectũ
eſſe virtutis. Cum eñ virtus oꝛdinetur ad bonum opus
agendum. virtus quideʒ perfecta dicitur ex hoc ꝙ poteſt
in opus perfecte bonum. quod quidem eſt dũ non ſolum
bonum eſt quod fit. ſed etiã bene fit. alioquin ſi bonuʒ ſit
qđ fit. non aũt bene fiat. nõ erit perfecte bonum. vñ nec
habitus qui eſt talis opis principium habebit perfecte ra
tionem virtutis. ſicut ſi aliquis operet̃ iuſta. bonum qui
dem facit. ſed non erit opus perfecte virtutis niſi hoc bñ
faciat. i. ſm̃ electionem rectam. quod eſt per prudentiam.
⁊ ideo iuſticia ſine prudentia non põt eſſe virtus ꝑfecta.
Sic igit̃ fides ⁊ ſpes ſine charitate poſſunt quidẽ aliqua
liter eſſe. ꝑfecte autem virtutis rõnem ſine charitate non
habent. cum eñ fidei opus ſit credere deo. credere auteʒ
ſit alicui propria voluntate aſſentire. ſi non debito modo
velit. non erit fidei opus ꝑfectum. ꝙ aũt debito modo ve
lit hoc eſt ꝑ charitatem que ꝑficit voluntatem. omnis eniʒ
rectus motus voluntatis ex recto amoꝛe ꝓcedit. vt Aug.
dicit. xiiij. de ciui. dei. Sic igitur fides eſt quidẽ ſine cha
ritate. ſed non ꝑfecta virtus. ſicut tyrannia vel foꝛtitudo ſi
ne prudentia. Et ſimilit̃ dõm eſt de ſpe. nã actus ſpei eſt
expectare futuram beatitudinem a deo. qui quidem actꝰ
perfectus eſt ſi fiat ex meritis que quis habet. qđ nõ põt
eſſe ſine charitate. ſi aũt hoc expectet ex meritis que nõdũ
habet. ſed proponit in futurum acquirere. erit actus imꝑ
fectus. ⁊ hoc poteſt eſſe ſine charitate. ⁊ ideo fides ⁊ ſpes
poſſunt eſſe ſine charitate. ſed ſine charitate ꝓpꝛie loquẽ
do virtutes non ſunt. nã ad rõnem virtutis pertinet vt nõ
ſolum ſm̃ ipam aliquod bonũ operetur. ſed etiã bene. vt dr̃
in. ij. ethi. ¶ Ad. i. ergo dõm ꝙ virtutes moꝛales depen
dẽt a prudentia. prudentia autem infuſa nec rationẽ pru
dentie habere poteſt abſq́ʒ charitate vtpote deficiente de
bita habitudine ad primũ principium quod eſt vltimus
finis. fides aũt ⁊ ſpes ſm̃ ꝓpꝛias rationes nec a prudẽtia
nec a charitate dependent. ⁊ ideo ſine charitate eſſe poſſũt
licet non ſint virtutes ſine charitate. vt dictũ eſt. ¶ Ad. ij.
dõm ꝙ ratio illa procedit de fide que habet perfectã rõ
nem virtutis. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ Aug. loquitur ibi de ſpe
ſm̃ ꝙ aliquis expectat futuram beatitudinem per merita
que iam habet. quod non eſt ſine charitate.

## Ad quintuʒ ſic procedit

Videt̃ ꝙ charitas poſſit eſſe ſine fide ⁊ ſpe. Charitas eñ
eſt amoꝛ dei. ſed deus põt a nobis amari naturaliter. etiã

non ꝓſuppoſita fide vel ſpe future beatitudinis. ergo charitas pōt eſſe ſine fide ⁊ ſpe. ¶ Pre. charitas eſt radix oīm virtutum. ſm illud Ephe. iij. In charitate radicati ⁊ fundati. ſed radix aliqñ eſt ſine ramis. ergo charitas pōt eſſe aliqñ ſine fide ⁊ ſpe ⁊ alijs virtutibus. ¶ Pre. in chriſto fuit ꝑfecta charitas. ⁊ ipſe tñ non habuit fidē ⁊ ſpem quia fuit ꝑfectus cōprehenſor. vt infra dicet̄. ergo charitas pōt eſſe ſine fide ⁊ ſpe. ¶ Sed ɔtra eſt qđ Apłus dicit Heb. xi. Sine fide impoſſibile eſt placere deo. qđ maxime ꝑtinet ad charitatem. vt pꝫ ſm illud ꝓuer. viij. Ego diligētes me diligo. ſpes etiā eſt que introducit ad charitatē. vt ſupra dictū eſt. ergo charitas non pōt haberi ſine fide ⁊ ſpe ¶ Rñ. dđm ꝙ charitas non ſolum ſignificat amorem dei. ſed etiā amiciciā quandā ad ipm̄. que quidem ſuper amorē addit mutuā readamatōꝫ cū quadā cōmunicatōe mutua. vt đ in. viij. ethi. Et ꝙ hoc ad charitatē ꝑtineat. pꝫ ꝑ id qđ dicit̄. i. Jo. iiij. Qui manet ī charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Et. i. ad Cor. i. Fidelis deus ꝑ quē vocati eſtis in ſocietatē filij eius. Hec aūt ſocietas hoīs ad deū eſt quedā familiaris ɔuerſatio cū ipo. inchoat̄ quidē hic in ꝓñti ꝑ grām. ꝑficiet̄ aūt in futuro ꝑ gloriā. quorū vtrūqꝫ fide ⁊ ſpe tenet̄. vñ ſicut cū aliquis non poſſet cum aliquo amiciciā habere. ſi diſcrederet vel deſꝑaret ſe poſſe habere aliquā ſocietatē vel familiarem conuerſationem cū ipo. ita aliquis non pōt habere amiciciā ad deū que ē charitas. niſi fidem habeat ꝑ quā credat hmōi ſocietatē ⁊ cōuerſationē hoīs cū deo. ⁊ ſperet ſe ad hanc ſocietatem ꝑtinere. ⁊ ſic charitas ſine fide ⁊ ſpe nullo mō eſſe pōt. ¶ Ad. i. ergo dđm ꝙ charitas non eſt qualiſcūqꝫ amor dei. ſed amor dei quo diligit̄ vt beatitudinis obiectū. ad quod ordinamur ꝑ fidē ⁊ ſpem. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ charitas eſt radix fidei ⁊ ſpei inquantū dat eis ꝑfectionē virtutis. ſed fides ⁊ ſpes ſm rationē ꝓpriam ꝓſupponunt̄ ad charitatē vt ſupra dictū eſt. ⁊ ſic charitas ſine eis eſſe non pōt. ¶ Ad. iij. dđ ꝙ xpo defuit fides ⁊ ſpes ꝓpter id ꝙ eſt aliqđ imꝑfectionis in eis. ſed loco fidei habuit apertā viſionē ⁊ loco ſpei plenā cōprehenſionē. ⁊ ſic fuit ꝑfecta charitas in eo.

¶ Queſtio. LXVI.

# DEinde ɔſiderandū

eſt de equalitate virtutū. ⁊ circa hoc queruntur ſex. primo vtrū virtus poſſit eſſe maior vel minor. ſcđo vtrū oēs virtutes ſimul in eodē exiſtentes ſint equales. tertio de comparatiōe virtutū moraliū ad intellectuales. quarto de cōparatione virtutū moraliū adinuicē. quinto đ cōparatōe virtutū intellectualiū adinuicem. ſexto de cōparatione virtutum theologicarū adinuicem.

## Ad primū ſic proceditur

Videt̄ ꝙ virtus non poſſit eſſe maior vel minor. Dicitur enī in Apo. ꝙ latera ciuitatis ihrlm ſunt eq̄lia. ꝑ hoc autē ſignant̄ virtutes. vt glo. dicit ibidem. ergo omnes virtutes ſunt equales. non ergo pōt eſſe virtus maior virtute. ¶ Pre. omne illud cuius rō conſiſtit in maximo nō pōt eſſe maius vel minus. ſed rō virtutis conſiſtit in maximo eſt enī virtus vltimū potentie. vt phūs dicit in. i. đ celo. ⁊ Aug. in. ij. de li. arbi. ꝙ virtutes ſunt maxima bona quibus nullus pōt male vti. ḡ videt̄ ꝙ virtus non poſſit eē maior neqꝫ minor. ¶ Pre. quantitas effectus penſatur ſm virtutē agētis. ſed virtutes ꝑfecte que ſunt virtutes infuſe ſunt a deo. cuius virtus eſt vniformis ⁊ infinita. ḡ videt̄ ꝙ virtus nō poſſit eſſe maior virtute. ¶ Sed cōtra vbicūqꝫ pōt eſſe augmētū ⁊ ſuꝑabundātia. pōt eſſe ineq̄litas. ſed in virtutibus inuenit̄ ſuꝑabundantia ⁊ augmētū. Dicit̄ enī Math. v. Niſi abundauerit iuſticia veſtrā pluſqꝫ ſcribarū ⁊ phariſeorū. non intrabitis in regnū celorū Et Prouer. xvi. dicit̄. In abundanti iuſticia virtus maxima eſt. ergo videt̄ ꝙ virtus poſſit eſſe maior vel minor ¶ Rñ. dđm ꝙ cū querit̄ vtrū virtus vna poſſit eē maior alia. dupliciter intelligi poteſt. Uno mō in virtutibꝫ ſpē differentibus. ⁊ ſic manifeſtū eſt ꝙ vna virtus ē alia maior. ſp enī cā potior eſt ſuo effectu. ⁊ in effectibus tāto aliquid eſt potius quanto eſt cauſe ꝓpinquius. Manifeſtū eſt aūt ex dictis ꝙ cauſa ⁊ radix humani boni eſt rō. ⁊ iō prudentia que ꝑficit rōnem. ꝑfert̄ in bonitate alijs virtutibus moralibus ꝑficientibꝫ vim appetitiuā. inquantum ꝑticipat rōnem. ⁊ in his etiā tanto eſt vna altera melior quāto magis ad rōnem accedit. vñ ⁊ iuſticia que ē in voluntate ꝑfert̄ alijs virtutibꝫ moralibus. ⁊ fortitudo que ē in iraſcibili ꝑfert̄ tꝑantie que eſt in cōcupiſcibili. q̄ minꝰ ꝑticipat rōnem. vt pꝫ in. vij. ethi. Alio mō pōt intelligi q̄ſtio in virtute eiuſdē ſpeciei. ⁊ ſic ſm ea que dicta ſunt ſupra cū de intenſionibꝫ habituū ageret̄. virtus pōt dupl'r dici maior ⁊ minor. vno mō ſm ſeipam. alio mō ex pte ꝑticipātis ſubiecti. Si igit̄ ſm ſeipam cōſideret̄. magnitudo vel ꝗtitas eius attendit̄ ſm ea ad que ſe extendit. quicūqꝫ aūt hꝫ aliquā virtutē. puta tꝑantiā. hꝫ ipam quātū ad oīa ad que ſe tꝑantia extendit. quod de ſcientia ⁊ arte nō contingit. nō enī quicunqꝫ eſt grāmaticus ſcit oīa que ad grāmaticam ꝑtinent. ⁊ ſm hoc bene dixerūt ſtoyci. vt Simplicius dicit in cōmento ꝓdicamentorū. ꝙ virtus nō recipit magis neqꝫ minus ſicut ſcientia vl' ars. eo ꝙ ratio virtutis conſiſtit in maximo. Si vero cōſideret̄ virtus ex pte ſubiecti ꝑticipantis. ſic contingit virtutē eſſe maiorē vel minorem. ſiue ſm diuerſa tpa in eodē. ſiue in diuerſis hoībus. q2 ad attingendū mediū virtutis qđ eſt ſm rātionē rectā. vnus eſt melius diſpoſitus qꝫ alius. vel ꝓpter maiorē aſſuetudinem. vel ꝓpter meliorē diſpoſitionē nature. vel ꝓpter ꝑſpicacius iudiciū rōnis. aut etiā ꝓpter maius grē donū qđ vnicuiqꝫ donat̄ ſm menſurā donatōnis xpi. vt dicit̄ ad Eph. iiij. Et in hoc deficiebāt ſtoyci. eſtimantes nullū eſſe virtuoſum dicendū niſi qui ſūme fuerit diſpoſitus ad virtutē. non enī exigit̄ ad rōnem virtutꝪ ꝙ attingat recte rōnis medium in indiuiſibili. ſicut ſtoyci putabāt. ſed ſufficit ꝓpe mediū eſſe. vt in. ij. ethi. đ. idē etiā indiuiſibile ſignū vnus ꝓpinquius ⁊ promptius attingit qꝫ alius. ſicut etiā pꝫ in ſagittatoribus trahentibus ad certū ſignū. ¶ Ad. i. dđm ꝙ inequalitas illa nō ē ſm quantitatē abſolutā. ſed eſt etiā ſm ꝓportionē intelligenda. q2 oēs virtutes ꝓportionabiliter creſcūt in hoīe. vt infra dicet̄. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ illud vltimū quod pertinet ad virtutē pōt habere rōnem magis vel minus boni ſm ꝓdictos modos. cū non ſit vltimū indiuiſibile. vt dictū eſt. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ deus non opatur ſm neceſſitatē nature. ſed ſm ordinē ſue ſapientie ſm quā diuerſā menſurā virtutis hominibꝫ largitur. ſm illud ad Ephe. iiij. Unicuiqꝫ veſtrum data eſt gratia ſm menſuram donationis chriſti.

## Ad ſecundū ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ non oēs virtutes in vno ⁊ eodē ſint eq̄liter inteſe. dicit enī Apłus. i. ad Cor. vij. Unuſquiſqꝫ enī habet ꝓprium donū a deo. alius quidē ſic. alius aūt ſic. nō eſſet aūt vnū donū magis ꝓpriū alicui qꝫ aliud ſi oēs virtutes

dono dei infuſas quilibet equaliter haberet. ergo videtur
ꝙ non oēs virtutes ſint equales in vno ⁊ eodē. ¶ Pre.
ſi oēs virtutes eſſent eque intenſe in vno ⁊ eodē. ſeq̄ret̄
ꝙ quicūq; excederet aliquem in vna virtute excederet ipſ;
in omnibꝰ alijs virtutibus. ſed hoc pȝ eſſe falſum. q2 di-
uerſi ſancti de diuerſis virtutibꝰ ꝑcipue laudantur. ſicut
Abraam de fide. Moyſes de de manſuetudine. Job de
patientia. vñ de quolibet cōfeſſore cantat̄ in eccleſia. Nō
eſt inuentus ſimilis illi qui conſeruaret legē excelſi. eo ꝙ
quilibet habuit ꝓrogatiuā alicuius virtutis. nō ergo oēs
virtutes ſunt equales in vno ⁊ eodē. ¶ Pre. quanto ha
bitus eſt intenſior tanto hō ſm̄ ipm̄ delectabilius ⁊ ꝓm
ptius operatur. ſed experimento pȝ ꝙ vnus hō delectabiliꝰ
⁊ ꝓmptius operatur actum vnius virtutis q̄ȝ actū alteriꝰ
nō ergo oēs virtutes ſunt equales in vno ⁊ eodē. ¶ Sȝ
cōtra eſt qđ Aug. dicit in. vi. de tri. ꝙ quicūq; ſunt equa
les in fortitudine. equales ſunt in prudentia ⁊ tēpantia. ⁊
ſic de alijs. hoc aūt non eſſet niſi oēs virtutes vnius hoīs
eſſent equales. ergo oēs virtutes vnius hominis ſunt eq̄
les. ¶ Rñ. dōm ꝙ quantitas virtutū ſicut ex dictis pȝ
pōt attendi dupliciter. Uno mō ſm̄ rōnem ſpēi. ⁊ ſic non
eſt dubiū ꝙ vna virtus vnius hoīs ſit maior q̄ȝ alia. ſicͭ
charitas fide ⁊ ſpe. Alio mō pōt attendi ſm̄ ꝑticipationē
ſubiecti. put. ſ. intendit̄ vel remittit̄ in ſubiecto. ⁊ ſm̄ hoc
oēs virtutes vnius hoīs ſunt equales quadā equalitate
ꝓportionis. inquantū equaliter creſcunt in hoīe. ſicut di-
gitꝰ manus ſunt ineq̄les ſm̄ quantitatē. ſed ſunt equales
ſm̄ ꝓportionē. cū ꝓportionabiliter augeant̄. hmōi autē
equalitatis oportet eodē mō rōnem accipere ſicut ⁊ cōne
xionis. equalitas enī eſt quedā cōnexio virtutū ſm̄ quā-
titatē. Dictū eſt aūt ſupra ꝙ rō cōnexionis virtutū dupli
citer aſſignari pōt. Uno mō ſm̄ intellectū eorum qui in-
telligūt ꝑ has quattuor virtutes quattuor cōditiones ge
nerales virtutū. quarū vna ſimul inuenit̄ cū alijs in q̄li
bet materia. ⁊ ſiľr virtus in q̄libet materia non pōt equa
lis dici niſi habeat oēs iſtas cōditiones equales. Et hāc
rōnem equalitatis virtutū aſſignat Aug. in. vi. de trini.
dicens. Si dixeris equales eſſe iſtos fortitudine. ſȝ illū
preſtare prudentia. ſequit̄ ꝙ huius fortitudo minus pru-
dens ſit. ac ꝑ hoc nec fortitudine equales ſint. qñ eſt illiꝰ
fortitudo prudentior. atq; ita de ceteris virtutibus inue
nies ſi omnes eadē cōſidēratione ꝑcurras. Alio modo aſ
ſignata eſt rō cōnexionis virtutū ſm̄ eos qui intelligunt
hmōi virtutes habere materias determinatas. ⁊ ſm̄ hoc
rō cōnexionis virtutū moraliū accipit̄ ex pte prudentie.
⁊ ex pte charitatis quantū ad virtutes infuſas. non aūt
ex pte inclinationis que eſt ex pte ſubiecti. vt ſupra dictū
eſt. Sic igit̄ ⁊ rō equalitatis virtutū pōt accipi ex pte pru
dentie quantū ad id quod eſt formale in omnibꝰ virtuti-
bus moralibus. exiſtente enī rōne equaliter ꝑfecta in vno
⁊ eodē. oportet ꝙ ꝓportionabiliť ſm̄ rōnem rectā mediū
cōſtituatur in qualibet materia virtutū. quantū vero ad
id qđ eſt materiale in virtutibus moralibus. ſ. inclinatiō;
ipſam ad actū virtutis. pōt eſſe vnus homo magis ꝓmptꝰ
ad actū vnius virtutis q̄ȝ ad actū alterius. vel ex naturali
conſuetudine. vel etiā ex grē dono. ¶ Ad. i. ergo dōȝ ꝙ
verbū Apli pōt intelligi de donis grē gratis date. q̄ non
ſunt cōia oībꝰ. nec oia eq̄lia in vno ⁊ eodē. ¶ Uel pōt dici
ꝙ refert̄ ad menſurā grē gratū facientis. ſm̄ quā vnꝰ abū
dat in omnibꝰ virtutibꝰ plus q̄ȝ alius. ꝓpt̄ maiorē abūdā
tiā prudētie vel etiā charitatis. i q̄ cōnectūt̄ oēs v̄tutes in
fuſe. ¶ Ad. ij. dō ꝙ vnꝰ ſanctꝰ laudat̄ ꝑcipue d̄ vna v̄tute

⁊ aliꝰ d̄ alia. ꝓpter excellētiorē ꝓmptitudinē ad actū vniꝰ
v̄tutis q̄ȝ ad actū alteriꝰ. Et ſm̄ hoc etiā pȝ rñſio ad tertiū

# Ad tertium ſic procedit.

Uidet̄ ꝙ virtutes morales ꝑemineāt intellectualibus.
Qđ enī eſt magis neceſſariū ⁊ ꝑmanentius eſt meliꝰ. ſȝ
virtutes morales ſunt ꝑmanentiores etiā diſciplinis. q̄
ſunt virtutes intellectuales. ⁊ ſunt etiā magis neceſſarie
ad vitā humanā. ergo ſunt ꝑferende virtutibus intelle-
ctualibus. ¶ Pre. de rōne virtutis eſt. ꝙ bonū faciat ha
bentē. ſed ſm̄ virtutes morales dicit̄ hō bonus. non aūt
ſm̄ virtutes intellectuales. niſi forte ſm̄ ſolam prudētiā
ergo virtus moralis eſt melior q̄ȝ virtus intellectualis. ¶
Pre. finis eſt nobilior his que ſunt ad finē. ſed ſicut d̄r
in. vi. ethi. virtus moralis facit rectā intētionē finis. pru
dentia aūt facit rectā electionē eoꝝ que ſunt ad finē. ergo
virtus moralis eſt nobilior prudentia. que eſt virtus in
tellectualis circa moralia. ¶ Sed contra. virtus moraliſ
eſt ī rōali ꝑ ꝑticipationem. virtus aūt intellectualis ī rō
nali ꝑ eſſentiam ſicut dicit̄ in. i. ethi. ſed rōnale ꝑ eſſentiā
eſt nobilius q̄ȝ rōnale ꝑ ꝑtipatiōnē. ergo virtus intelle
ctualis eſt nobilior q̄ȝ virtus moralis. ¶ Rñ. dōȝ ꝙ ali
quid poteſt dici maius vel minus dupliciter. vno modo
ſimplr̄. alio mō ſm̄ quid. Nihil enī ꝓhibet aliquid eſſe
melius ſimplr̄. vt philoſophari q̄ȝ ditari. qđ tñ nō ē me
lius ſm̄ qd. i. neceſſitatē patiēti. ſimplr̄ aūt cōſiderat̄ vnū
qđq; qñ cōſiderat̄ ſm̄ ꝓpriā rōnē ſpēi. hȝ aūt virtus ſpēȝ
ex obiecto. vt ex dictis pȝ. vñ ſimplicit̄ loquēdo illa virtꝰ
nobilior eſt que hȝ nobilius obiectū. Manifeſtū eſt autē
ꝙ obiectū rōnis eſt nobiliꝰ q̄ȝ obiectū appetitus. rō enīȝ
apprehendit aliq̄d in vniuerſali. ſed appetitus tendit ī res
que hñt eſſe ꝑticulare. vñ ſimpliciter loquendo virtutes
intellectuales q̄ ꝑficiunt rōnem. ſunt nobiliores q̄ȝ mora
les q̄ ꝑficiūt appetitū. Sed ſi conſideret̄ virtus in ordīe
ad actū. ſic virtus moralis que ꝑficit appetitū. cuius ē mo
uere alias potentias ad actū. vt ſup̄ dictū eſt nobilior. Et
q2 virtus d̄r ex eo ꝙ eſt principiū alicuius actus. cū ſit ꝑ
fectio potentie. ſequit̄ etiā ꝙ rō virtutis magis cōpetat v̄
tutibus moralibꝰ q̄ȝ virtutibus intellectualibus. quāuis
virtutes intellectuales ſint nobiliores habitus ſimplicit̄
¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ virtutes morales ſunt magis ꝑma
nentes q̄ȝ intellectuales. ꝓpter exercitium eaꝝ in his que
ꝑtinent ad vitā cōmunem. ſed manifeſtum eſt ꝙ obiecta
diſciplinaꝝ que ſunt neceſſaria ⁊ ſemꝑ eodem mō ſe ha-
bentia. ſunt ꝑmanentiora q̄ȝ obiecta virtutū moraliū. que
ſunt quedā; ꝑticularia agibilia. ꝙ aūt virtutes morales
ſunt magis neceſſaria ad vitam humanā nō oſtendit eas
eſſe nobiliores ſimpliciter. ſed quo ad hoc. quinimo vir-
tutes intellectuales ſpeculatiue ex hoc ipō ꝙ nō ordinant̄
ad aliud. ſicut vtile ordinat̄ ad finem. ſunt digniores. hoc
enī ꝯtingit q2 ſm̄ eas qđāmō inchoat̄ in nobis beatitudo
q̄ ꝯſiſtit ī cognitiōe veritatis. ſicut ſup̄ dictū eſt. ¶ Ad. ij.
dō. ꝙ ſm̄ v̄tutes morales d̄r hō bonus ſimplr̄. ⁊ nō ſm̄
intellectualas v̄tutes ea rōne. q2 appetitꝰ mouet alias po
tentias ad ſuū actū. vt ſup̄ dictū ē. vñ ꝑ hoc etiā nō ꝓbat̄
niſi ꝙ v̄tus moral̄ ſit melior ſm̄ qd. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ pru
dētia ñ ſolū dirigit v̄tutes morales ī eligēdo ea q̄ ſūt ad fi
nē. ſȝ etiā ī ꝯſtituēdo finē. ē aūt finis vniꝰcuiꝰq; v̄tutiſ mo
ralis attingere mediū in ꝓpria materia qđ q̄dē mediū det̄
minat̄ ſm̄ rectā rōnem prudentie. vt d̄r in. ij. ⁊. vi. eth.

# Ad quartū ſic procedit

Videť ꝙ iuſticia non ſit ꝑcipua inter virtutes morales.
Maiꝰ enī eſt dare alicui de ꝓprio ꝗ̃ reddere alicui qđ ei
debeť. ſʒ primū ptinet ad liberalitatē. ſcđm aūt ad iuſti-
ciam. ḡ videtur ꝙ liberalitas ſit maioꝛ ꝟtus ꝗ̃ iuſticia.
¶ Pre. Illud videť eſſe maximū in vnoquoqʒ qđ eſt ꝑ-
fectiſſimū in ipſo. ſed ſicut dr̄ Iacobi. i. Paciā opꝰ ꝑfe-
ctū hʒ. ḡ videť ꝙ patientia ſit maioꝛ ꝗ̃ iuſticia. ¶ Pre.
magnanimitas opať magnum in oībꝫ ꝟtutibꝫ. vt dr̄ in
iiij. ethi. ḡ magnificat etiā ipſam iuſticiā. eſt igiť maioꝛ
ꝗ̃ iuſticia. Sʒ ꝯtra ē qđ phūs dicit in. v. ethi. ꝙ iuſticia
eſt ꝑclariſſima ꝟtutū. ¶ Rn̄. dđ. ꝙ ꝟtus aliq̄ ſm ſuam
ſpēm pōt dici maioꝛ vel minoꝛ. vel ſimpliciter, vel ſm
quid. Simpliciter quidē dr̄ maioꝛ ſm ꝙ in ea maiꝰ bo-
nū rōnis relucet. vt ſupra dictū eſt. ⁊ ſm hoc iuſticia in-
ter omnes ꝟtutes morales precellit. tanqʒ ꝓpinquioꝛ ra-
tioni. qđ patet ⁊ ex ſubiecto. ⁊ ex obiecto. ex ſubiecto qui-
dem qꝛ eſt in voluntate ſicut in ſubiecto. voluntas autē
eſt appetitus rōnalis. vt ex dictis patet. ſm aūt obiectū
ſiue materiam. qꝛ eſt circa opationes quibꝫ hō ordinať
non ſolū in ſeipſo. ſed etiaʒ ad alteꝝ. vn̄ iuſticia eſt ꝑcla-
riſſima ꝟtutuʒ. vt dr̄ in. v. ethi. Inter alias aūt ꝟtutes
morales q̄ ſunt circa paſſiones tanto in vnaquaqʒ magis
relucet rōnis bonum ꝗ̃to circa maioꝛa motus appetiti-
uus ſubdiť rōni. maximū aūt in his q̄ ad hominē ptinēt
eſt vita a qua oīa alia dependent. ⁊ iđ fortitudo q̄ appeti-
tiuū motū ſubdit rōni in his q̄ ad mortē ⁊ vitam ptinēt
Primū locum tenet inter ꝟtutes morales q̄ ſunt circa
paſſiones. tn̄ ordinať infra iuſticiam. vn̄ phūs dicit in. i.
rhetoꝛi. ꝙ neceſſe ē maximas eſſe ꝟtutes q̄ ſunt aliis ho-
noratiſſime. ſi quidē eſt ꝟtus potentia bn̄factiua. ꝓpter
hoc fortes ⁊ iuſtos maxime honorant hec quidem in bel-
lo. ſ. fortitudo. hec aūt. ſ. iuſticia ⁊ in bello ⁊ in pace vtil' ē
poſt fortitudinē aūt ordinať tpantia. q̄ ſubiicit rōni appe-
titum circa ea q̄ immediate ordinanť ad vitam. vl' in eo-
dem ſm numeꝝ. vel in eodē ſm ſpeciē. ſ. in cibis ⁊ vene-
reis. ⁊ ſic iſte tres ꝟtutes ſil' cum prudentia dicunť eē pri-
cipales. etiā dignitate. ſm quid aūt dr̄ aliqua ꝟtus eſſe
maioꝛ ſm ꝙ adminicl'm vel oꝛnamentuʒ ꝑbet principali
ꝟtuti. ſicut ſubſtantia eſt ſimpliciter dignioꝛ accidente
aliqđ tn̄ accidens eſt ſm quid dignius ſubſtātia. inq̄ʒtū
ꝑficit ſubiectum in aliq̄ eſſe accidentali. ¶ Ad. i. ḡ dđ ꝙ
actus liberalitatis opoꝛtet ꝙ fundeť ſup actum iuſticie.
non enim eſſet liberal' datio ſi non de ꝓprio daret. vt in
ij. polit. dicť. vn̄ liberalitas ſine iuſticia eſſe non poſſʒ q̄
ſe cernit ſuuʒ a non ſuo. iuſticia aūt poteſt eſſe ſine libera-
litate. vn̄ iuſticia ſimpliciter ē maioꝛ liberalitate tanqʒ cō-
munioꝛ ⁊ fundamentū ipſius. liberalitas aūt ē ſm quid
maioꝛ. cum ſit quidaʒ oꝛnatus iuſticie ⁊ ſupplementū eiꝰ
¶ Ad. ij. dđ. ꝙ patientia dr̄ habere opꝰ ꝑfectum in tolerā-
tia maloꝝ. in quibꝫ non ſolū excludit iniuſtam vindictā
quam etiā excludit iuſticia. neqʒ ſolum odiū qđ fac cha-
ritas neqʒ ſolum irā qđ facit manſuetudo. ſʒ etiaʒ exclu-
dit triſticiam inoꝛdinatā. q̄ eſt radix oīm ꝑdictoꝝ. ⁊ iđ in
hoc eſt ꝑfectioꝛ ⁊ maioꝛ qꝛ in hac materia extirpat radi-
cem. non aūt eſt ſimpliciter ꝑfectioꝛ oībꝫ aliis ꝟtutibꝫ.
qꝛ fortitudo non ſolū ſuſtinet moleſtias abſqʒ ꝑturbatio-
ne. qđ eſt patiētie. ſed etiā ingerit ſe eis cū opꝰ fuerit. vn̄
quicunqʒ eſt fortis eſt patiens. ſed non ꝯuertiť. eſt autē
patientia quedam fortitudinis ps. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ ma-
gnanimitas non pōt eſſe niſi aliis ꝟtutibꝫ ꝑexiſtentibꝫ.
vt dr̄ in. iiij. ethi. vn̄ ꝯpať ad alias ſicut oꝛdinatus earum
⁊ ſic ſm quid eſt maioꝛ omnibꝫ aliis. non tn̄ ſimpliciter

## Ad quintū ſic procediť.

Videť ꝙ ſapīa nō ſit maxima inter virtutes intellectua-
les. Impans enim maius eſt eo cui imperať. ſed prudē-
tia videť impare ſapientie. Diciť enim in. i. ethi. ꝙ qua-
le diſciplinaꝝ debitum eſt eſſe in ciuitatibꝫ. ⁊ quale vnū-
quodqʒ addiſcere. ⁊ vſqʒ quo hec preoꝛdinat. ſ. politica.
que ad prudentiam ordinat, vt diciť in. vi. ethi. cum igiť
inter diſciplinas etiam ſapīa ꝯtineať. videť ꝙ pruden-
tia ſit maioꝛ ꝗ̃ ſapientia. ¶ Pre. De ratione virtutis ē
ꝙ ordinet hominē ad felicitatē. eſt enim ꝟtutis diſpoſi-
tio ꝑfecti ad optimum. vt diciť in. vij. phiſi. ſed pruden-
tia eſt recta rō agibilium ꝑ q̄ homo ad felicitatem ꝑduci-
tur. ſapīa autem non cōſiderat humanos actus quibꝫ ad
beatitudineʒ ꝑueniť. ḡ prudentia eſt maioꝛ virtus ꝗ̃ ſa-
pientia. ¶ Pre. ꝗ̃to cognitio eſt perfectioꝛ tanto vide-
tur eſſe maioꝛ. ſed ꝑfectioꝛem cognitioneʒ habere poſſu-
mus de rebꝫ humanis de quibꝫ eſt ſcientia ꝗ̃ de rebus
diuinis de quibꝫ eſt ſapientia. vt diſtinguit Aug. in. xij.
de trini. quia diuina incompꝛehenſibilia ſunt. ſm illud.
Iob. xxxvi. Ecce deus magnus vincens ſcientiaʒ noſtrā.
ḡ ſcientia eſt maioꝛ virtus ꝗ̃ ſapientia. ¶ Pre. Cogni-
tio principioꝝ eſt dignioꝛ ꝗ̃ cognitio ꝯcluſionum. ſed ſa-
pientia ꝯcludit ex principiis indemonſtrabilibꝫ quoꝛuʒ
eſt intellectus. ſicut ⁊ alie ſciētie. ḡ intellectus eſt maioꝛ
ꝟtus ꝗ̃ ſapientia. Sed ꝯtra eſt qđ philoſophꝰ dicͭ in. vi
ethi. ꝙ ſapientia eſt ſicut caput inter ꝟtutes intellectua-
les. ¶ Rn̄. dđ. ꝙ ſicut dictum eſt. magnitudo virtutis
ſm ſuam ſpeciem ꝯſiderať ex obiecto. obiectum autē ſa-
pientie precellit inter obiecta omnium virtutum intelle-
ctualiū. ꝯſiderat enim cauſam altiſſimam. q̄ deus eſt. vt
diciť in principio metaphiſice. Et qꝛ per cauſam iudica-
tur de effectu. ⁊ ꝑ cauſam ſuperioꝛem de cauſis inferio-
ribꝫ. inde ē ꝙ ſapīa hʒ iudiciū de oībꝫ aliis ꝟtutibꝫ intel-
lectualibꝫ, ⁊ eius ē ordinare oēs. ⁊ ipſa ē q̄ſi architectoni-
ca reſpectu oīm. ¶ Ad. i. ḡ dđ. ꝙ cuʒ prudentia ſit circa
res hūanas. ſapīa vo circa cām altiſſimā. īpoſſibile ē, ꝙ
prudentia ſit maioꝛ ꝟtus ꝗ̃ ſapīa. niſi vt dr̄ in. vi. ethi.
maximū eoꝝ q̄ ſunt in mundo eſſet hō. Vn̄ dđ. eſt ſic in
eodem li. dr̄. ꝙ prudentia non impat ipſi ſapīe. ſʒ potiuſ
ecōuerſo. qꝛ ſpūalis iudicat oīa. ⁊ ipſe a nemine iudicať
vt dr̄. i. ad Coꝛ. ij. Non enī prudentia hʒ ſe intromitte-
re de altiſſimis q̄ ꝯſiderat ſapīa. ſed impat de his q̄ ordi-
nanť ad ſapīaʒ. ſ. quō hoīes debeant ad ſapiam ꝑuenire
vn̄ in hoc ē prudentia ſeu politica miniſtra ſapīe. intro-
ducit enī ad eā. ꝑparans ei viā ſic hoſtiarius ad regem.
¶ Ad. ij. dđ. ꝙ prudentia ꝯſiderat ea quibꝫ ꝑueniť ad
felicitatē. ſʒ ſapīa cōſiderat ipm obiectū felicitatis. qđ eſt
altiſſimū intelligibile. ⁊ ſi quidē eſſet ꝑfecta conſideratō
ſapīe reſpectu ſui obiecti. eſſet ꝑfecta felicitas in actu ſa-
piētie. ſʒ qꝛ actus ſapīe ī hac vita ē imꝑfecta reſpectu pri-
cipal' obiecti qđ ē deꝰ. iđ actꝰ ſapīe eſt q̄daʒ inchoatio ſeu
ꝑticipatio future felicitatis. ⁊ ſic ꝓpinquiꝰ ſe hʒ ad felici-
tatē ꝗ̃ prudētia. ¶ Ad. iij. dđ. ꝙ ſicut phūs dicͭ ī primo
de aīa. vna noticia ꝑferť alteri. aut ex eo ꝙ ē nobilioꝛū.
aut ꝓpter certitudinē. Si igiť ſubiecta ſint eq̄lia in boni-
tate ⁊ nobilitate. illa q̄ eſt certioꝛ erit maioꝛ ꝟtus. ſed il-
la q̄ eſt minus certa de altioꝛibꝫ ⁊ maioꝛibꝫ ꝑferť ei q̄ eſt
magis certa de inferioꝛibꝫ rebꝫ. vnde philoſophus di-
cit in. ij. de celo ꝙ magnum eſt de rebus celeſtibus ali-
quid' poſſe cognoſcere. etiam debili et topica ratione.
Et in primo de partibus animalium dicͭ. ꝙ amabile eſt

magis ꝓuꝫ aliquid ↄgnoſcere de reb⁹ nobilioribus ꝗ̃ multa ↄgnoſcere d̓ reb⁹ ignobilioribus. Sapiētia igit̄ ad quam ꝑtinet dei cognitio hōi maxime in ſtatu hui⁹ vite non pōt ꝑfecte aduenire. vt ſit q̄ſi eius poſſeſſio. ſed hoc ſolius dei eſt. vt dr̄ in .i. metaphi. ſ; tñ illa modica ↄgnitio q̄ ꝑ ſapiam de deo haberi pōt. oī alij cognitioni ꝑfertur. ¶ Ad .iij. dd. ꝙ virtus ⁊ cognitio ꝑncipioꝝ indemōſtrabiliū dependet ex rōne terminoꝝ. cognito eñ quid eſt totū. ⁊ quid eſt ps. ſtatim cognoſcit̄ ꝙ omne totū ē maius ſua pte. cognoſcere aūt rōnē entis ⁊ nō entis. et totius ⁊ ptis. ⁊ alioꝝ que conueniunt ad ens. ex quib⁹ ſicut ex terminis ↄſtituunt̄ principia indemonſtrabilia. ꝑtinet ad ſapiaꝫ. qꝛ ens cōe eſt ꝓpri⁹ effectus cāe altiſſime ſcꝫ dei. ⁊ iō ſapientia nō ſolum vtit̄ principijs indemonſtrabilib⁹. quoꝝ ē intellectus. ↄcludendo ex eis ſicut etiaꝫ alie ſcīe. ſed ex iudicando de eis. ⁊ diſputando ꝯ̄ negantes. vñ ſequit̄ ꝙ ſapia ſit maior virtus ꝗ̃ intellectus.

## Ad ſextum ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ charitas nō ſit maxima inter v̓tutes theologicas. Cum eñ fides ſit in intellectu. ſpes aūt ⁊ charitas in vi appetitiua. vt ſupra dictū eſt videt̄ ꝙ fides ↄpet̄ ad ſpem ⁊ charitatē ſicut virtus intellectualis ad moralē. ſ; v̓tus intellectual̓ eſt maior morali. vt ex dictis patet. ꝗ̃ fides eſt maior ſpe ⁊ charitate. ¶ Pre. Qd̓ ſe hꝫ ex additione ad aliud. videt̄ eſſe maius eo. ſed ſpes vt videt̄ ſe hꝫ ex additione ad charitatē. ꝑſupponit enim ſpes amorem. vt Aug. dicit in Enchi. addit eñ quendā motū protenſionis in rē amatā. ꝗ̃ ſpes eſt maior charitate. ¶ Pre. Cauſa ē potior effectu. ſ; fides ⁊ ſpes ſunt cā charitatis. Dicit̄ eñ Matth. i. in glo. ꝙ fides generat ſpē. et ſpes charitatē. ꝗ̃ fides ⁊ ſpes ſunt maiores charitate. Sꝫ cōtra eſt qd̓ Aplīs dicit .i. ad Cor. xiij. Nunc aūt manēt fides. ſpes. charitas tria hec. maior autē hoꝝ eſt charitas. ¶ Rñ. Dicenduꝫ ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. magnitudo v̓tutis ſcḋm ſuam ſpēm ↄſiderat̄ ex obiecto. cum aūt tres v̓tutes theologice reſpiciant deū ſicut ꝓpriū obiectū. nō pōt vna eaꝝ dici maior altera ex hoc ꝙ ſit circa mai⁹ obiectū. ſed ex eo ꝙ vna ſe hꝫ ꝓpinqui⁹ ad obiectū ꝗ̃ alia ⁊ hoc mō charitas eſt maior alijs. naꝫ alie important in ſui rōne q̄ndaꝫ diſtantiā ab obiecto. ē eñ fides de nō viſis. ſpes aūt de nō habitis. ſed amor charitatis eſt de eo qd̓ iam habet̄. eſt eñ amatū quodāmō in amante. ⁊ etiam amans ꝑ effectū trahit̄ ad vnionem amati. ꝓpter qd̓ dr̄ .i. Jo. iiij. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. ¶ Ad .i. ꝗ̃ dd. ꝙ hoc mō nō ſe hñt fides ⁊ ſpes ad charitatē ſicut prudentia ad v̓tuteꝫ moralē. ⁊ hoc ꝓpter duo. Primo quidē qꝛ v̓tutes theologice hñt obiectū qd̓ eſt ſupra aīaꝫ hūanaꝫ. ſed prudētia ⁊ v̓tutes morales ſunt circa ea q̄ ſunt infra hominē. in his aūt q̄ ſunt ſupra hominē nobilior ē dilectio ꝗ̃ cognitio. ꝑficit̄ enim cognitio ſcḋm ꝙ cognita ſunt in cognoſcente. dilectio vero ſcḋm ꝙ diligens trahit̄ ad rem dilectā. id aūt qd̓ eſt ſupra hoīeꝫ. nobilius ē in ſeipſo ꝗ̃ ſit in hoīe. qꝛ vnūquodq; ē in altero ꝑ modū eius in q̄ eſt. econuerſo aūt eſt in his q̄ ſunt infra hoīeꝫ. Secūdo qꝛ prudentia moderat̄ motus appetitiuos ad morales v̓tutes ꝑtinentes. ſed fides nō moderat̄ motū appetitiuū tēdentē in deū qui ꝑtinet ad v̓tutes theologicas. ſed ſolū oñdit obiectū. motus autē appetitiuus in obiectū excedit cognitionē hūanaꝫ. ſcḋm illud ad Ephe. iij. Supereminētē ſcīe charitatē xpi. ¶ Ad .ij. dd. ꝙ ſpes ꝑſupponit amoreꝫ eius qd̓ quis adipiſci ſe ſperat qui ē amor ↄcupiſc. q̄ quidē amore magis ſe amat cui ↄcupiſcit bonū ꝗ̃ aliquid aliud. charitas aūt importat amorē amicicie. ad quā ꝑuenit̄ ꝑ ſpē. vt ſupra dictū eſt. ¶ Ad .iij. dd. ꝙ cā ꝑficiens ē potior ſuo effectu. non aūt cā diſponens. ſic enim calor ignis eſſet potior ꝗ̃ aīa ad quā diſponit materiā. qd̓ patet eē falſum. ſic autē fides generat ſpem. ⁊ ſpes charitatē. ſcḋm. ſ. ꝙ vna diſponit ad alteram. ¶ Queſtio LXVII.

# De inde ↄſiderādum

eſt de duratione v̓tutuꝫ poſt hāc vitā. ⁊ circa hoc querunt̄ ſex. Primo vtꝝ v̓tutes morales maneant poſt hāc vitā. Secundo vtꝝ v̓tutes intellectuales. Tertio vtꝝ fides. Quarto vtꝝ remaneat ſpes. Quinto vtꝝ maneat aliquid fidei vel ſpei. Sexto vtrum maneat charitas.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ v̓tutes morales nō maneant poſt hāc vitam. Hoīes eñ in ſtatu future glīe erunt ſiles angel̓. vt dicit̄ Matth. xxij. Sed ridiculū eſt in angel̓ ponere virtutes morales vt dr̄ in .x. ethi. ꝗ̃ neq; in hoīb⁹ poſt hāc vitam erunt v̓tutes morales. ¶ Pre. Virtutes morales ꝑficiunt hoīem in vita actiua. ſed vita actiua nō manet poſt hāc vitaꝫ. Dicit enim Grego. in .vi. moral̓. Actiue vite opa cū corpe tranſeūt. ꝗ̃ v̓tutes morales non manent poſt hāc vitā. ¶ Pre. Tꝑantia ⁊ fortitudo qui ſunt virtutes morales. ſunt irrōnabiliū ptiuꝫ. vt phūs dicit in .iij. ethi. ſed irrōnabiles ptes aīe corrūpunt̄ corrupto corpore. eo ꝙ ſunt actus organoꝝ corpaliuꝫ. ꝗ̃ videt̄ ꝙ virtutes morales nō maneant poſt hanc vitaꝫ. Sꝫ contra eſt qd̓ dr̄ Sap. i. ꝙ iuſticia ꝑpetua ē ⁊ imortal̓. ¶ Rñ. dd. ꝙ ſicut Aug. dic̄ in .xiiij. de trini. Tullius poſuit poſt hanc vitā q̄ttuor v̓tutes cardinales nō eſſe. ſed in alia vita hoīes eſſe beatos ſola cognitiōe nature. in q̄ nihil eſt melius aut amabilius. vt Aug. dicit ibidē ꝓea. ſ. natura q̄ creauit oēs naturas. Ipſe aūt poſtea determinat hmōi quattuor v̓tutes in futura vita exiſtere. tñ alio mō. Ad cuius euidentiā ſciendū ē ꝙ in hmōi v̓tutib⁹ aliquid eſt formale. ⁊ aliquid q̄ſi materiale. Materiale quidē eſt in his v̓tutib⁹ inclinatio q̄daꝫ ptis appetitiue ad paſſiones vel operationes ſcḋm modū aliqueꝫ. ſed qꝛ iſte mod⁹ determinat̄ a rōne. iō formale in oīb⁹ v̓tutib⁹ ē ipſe ordo rōnis. Sic igit̄ dicendū eſt ꝙ hmōi v̓tutes morales in futura vita nō manent q̄ntuꝫ ad id qd̓ eſt materiale in eis. nō enim habebūt in futura vita locū ↄcupiſcentie ⁊ delectationes ciboꝝ ⁊ venereoꝝ. neq; etiā timores ⁊ audacie circa ꝑicula mortis. neq; etiā diſtributiones ⁊ cōicationes reꝝ q̄ ꝑueniunt in vſum pñtis vite. Sꝫ q̄ntuꝫ ad id qd̓ eſt formale remanebunt in beatis perfectiſſime poſt hanc vitā. in q̄ntū rō vniuſcuiuſq; rectiſſima erit circa ea q̄ ad ipſum ꝑtinēt ſcḋm ſtatū illū. ⁊ vis appetitiua omnino mouebit̄ ſcḋm ordinē rōnis in his q̄ ad ſtatū illū ꝑtinent. vñ Aug. ibidē dicit ꝙ prudentia ibi erit ſine vllo ꝑiclo erroris. fortitudo ſine moleſtia tolerandoꝝ maloꝝ. tꝑantia ſine repugnatione libidinū. vt prudētie ſit nullū bonū deo ꝑponere vel eq̄re. fortitudīs ei firmiſſime coherere. tꝑantie nullo defectu noxio delectari. d̓ iuſticia vero manifeſti⁹ ē quē actū ibi habebit. ſ. eē ſubditū deo. qꝛ etiam in hac vita ad iuſticiam ꝑtinet eē ſubditū ſuperiori. ¶ Ad .i. ꝗ̃ dd. ꝙ phūs loquit̄ ibi de hmōi v̓tutib⁹ moralib⁹ q̄ntū ad id qd̓ materiale ē ī eis. ſic de iuſticia q̄ntuꝫ

ad cõmutationes ⁊ diſtributiones. de fortitudine q̃ꝫtuꝫ ad terribilia ⁊ ꝑicl'a. de ꝑ̄antia q̃ꝫtuꝫ ad cõcupiſcentias prauas. Et ſil'r dicendũ eſt ad ſecundũ. ea enĩ q̃ ſũt actiue vite materialiter ſe hñt ad virtutes. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ ſtatus poſt hãc vitam ẽ duplex. Unꝰ quidem añ reſurrectionẽ. qñ aĩe erũt a corꝑibꝰ ſeꝑate. Alius aũt poſt reſurrectionẽ. qñ aĩe iterato corꝑibꝰ ſuis vnient̃. In illo ḡ reſurrectionis ſtatu erunt vires irrõnales in organis corporis ſicut ⁊ nũc ſunt. vñ ⁊ poterit in iraſcibili eẽ fortitudo. ⁊ in ꝯcupiſcibili ꝑ̄antia. inq̃ꝫtũ vtraq; vis perfecte erit diſpoſita ad obediendũ rõni. ſed in ſtatu añ reſurrectionẽ ꝑtes irrõnales nõ erunt actu in aĩa. ſed ſolũ radicaliter ĩ eſſentia ipſius. vt in primo dictũ ẽ. vñ nec hmõi ꝟtutes erũt in actu niſi in radice. ſ. in rõne ⁊ volũtate. in quibꝰ ſũt ſeminalia q̃dã harꝝ ꝟtutũ vt dictũ ẽ. ſꝫ iuſticia q̃ eſt in voluntate etiã actu remanebit. vñ ſpecialiter de ea dictũ eſt ꝙ eſt ꝑpetua ⁊ imortalis. tũ rõne ſubiecti quia volũtas incorruptibilis ẽ. tum etiam ꝓpter ſimilitudinẽ actus. vt prius dictum eſt.

## Ad ſecundũ ſic procedit̃

Uidet̃ ꝙ ꝟtutes intellectuales nõ maneant poſt hãc vitam. Dicit enim Apl's. i. ad Cor. xiij. ꝙ ſcia deſtruet̃. ⁊ rõ eſt. q2 ex ꝑte cognoſcimꝰ. ſꝫ ſicut cognitio ſcie ẽ ex ꝑte id ẽ imꝑfecta. ita etiã cognitio aliaꝝ ꝟtutũ intellectualiũ q̃ꝫdiu hec vita durat. ḡ oẽs virtutes intellectuales poſt hanc vitã ceſſabũt. ¶ Pre. Phũs dicit in p̄dicamẽtis. ꝙ ſcia cũ ſit habitus. ẽ qualitas difficile mobil'. nõ enim de facili amittit̃ niſi ex aliq̃ forti tranſmutatione vl' egritudine. ſed nulla ẽ tanta tranſmutatio corꝑis hũani. ſic̃ ꝑ mortẽ. ḡ ſcia ⁊ alie ꝟtutes itellectuales nõ manẽt poſt hanc vitã. ¶ Pre. Uirtutes intellectuales ꝑficiũt intellectũ ad bñ oꝑanduꝫ ꝓpriuꝫ actũ. ſed actus intellectꝰ non videt̃ eẽ poſt hanc vitã. eo ꝙ nihil intelligit aĩa ſine fantaſmate. vt dr̃ in. iij. de aĩa. fantaſmata aũt poſt hanc vitam non manẽt. cum non ſint niſi in organis corporis. ḡ ꝟtutes intellectuales nõ manent poſt hãc vitaꝫ. ¶ Sꝫ ꝯ̄ ẽ ꝙ firmior ẽ cognitio vniuerſaliũ ⁊ neceſſarioꝝ q̃ꝫ ꝑticulariũ ⁊ ꝯtingentiũ. ſꝫ in hoĩe remanet poſt hãc vitã cognitio ꝑticulariũ ⁊ contingentiũ. puta eoꝝ q̃ quis fecit. vel paſſus eſt. ſꝫm illud Luc. xvi. Recordare q2 recepiſti bona in vita tua ⁊ Lazarus ſil'r mala. ḡ multo magis remanet cognitio vniuerſaliũ ⁊ neceſſarioꝝ q̃ ꝑtinet ad ſciam ⁊ ad alias ꝟtutes intellectuales. ¶ Rñ. dõ. ꝙ ſic̃ in primo dictũ ẽ. quidã poſuerũt ꝙ ſpẽs intelligibiles nõ permanẽt in intellectu poſſibili niſi q̃ꝫdiu actu intelligit. nec ẽ aliq̃ cõſeruatio ſpẽꝝ ceſſante cõſideratione actuali niſi in viribꝰ ſenſitiuis. q̃ ſũt actus corꝑaliũ organoꝝ. ſ. imaginatiua ⁊ memoratiua. hmõi aũt vires corrũpunt̃ corrupto corꝑe. ⁊ iõ ſꝫm hoc ſcia nullo mõ poſt hanc vitã remanebit corꝑe corrupto. neq; aliq̃ alia intellectual' ꝟtus. Sꝫ hec opinio ẽ ꝯ̄ ſententiã. Ariſ. qui in. iij. de aĩa dic̃ ꝙ intellectus poſſibil' eſt ĩ actu cũ ſcit ſingula ſicut ſciẽs. cũ tñ ſit in potẽtia ad conſiderandũ in actu. Eſt etiã ꝯ̄ ratõnẽ. q2 ſpẽs intelligibiles recipiunt̃ in intellectu poſſibili immobiliter ſꝫm modũ recipiẽtis. vñ ⁊ intellectus poſſibilis dr̃ locus ſpẽꝝ. quaſi ſpẽs intelligibiles conſeruans ſed fantaſmata ad q̃ reſpiciẽdo hõ intelligit in hac vita applicando ad ipſas ſpẽs intelligibiles. vt in primo dictũ eſt. corrupto corꝑe corrũpunt̃. vñ q̃ꝫtuꝫ ad ipſa fantaſmata q̃ ſunt q̃ſi materialia ĩ ꝟtutibꝰ intellectualibꝰ. virtutes ĩtellectuales deſtruunt̃ deſtructo corꝑe. Sꝫ q̃ꝫtuꝫ ad ſpẽs intelligibiles q̃ ſunt in intellectu poſſibili virtutes intellectuales manẽt. ſpẽs aũt ſe hñt in ꝟtutibus intellectualibꝰ ſicut formales. vñ intellectuales virtutes manent poſt hanc vitã q̃ꝫtuꝫ ad id qđ eſt formale in eis non aũt q̃ꝫtuꝫ ad id qđ eſt materiale. ſicut ⁊ de moralibꝰ dictũ eſt. ¶ Ad. i. ḡ dõ. ꝙ ꝟbum Apl'i eſt intelligendũ q̃ꝫtuꝫ ad id qđ eſt materiale in ſcia. ⁊ q̃ꝫtuꝫ ad modũ intelligendi. q2. ſ. neq; fantaſmata remanebunt deſtructo corꝑe. neq; erit vſus ſcie ꝑ ꝯuerſionem ad fantaſmata. ¶ Ad. ij. dõ. ꝙ ꝑ egritudinẽ corrumpit̃ habitus ſcientie q̃ꝫtuꝫ ad id qđ eſt materiale. in eo. ſ. q̃ꝫtuꝫ ad fantaſmata non aũt q̃ꝫtum ad ſpẽs intelligibiles q̃ ſunt in intellectu poſſibili. ¶ Ad. iij. dõ. ꝙ aĩa ſeꝑata poſt mortem hꝫ alium modũ intelligendi q̃ꝫ per ꝯuerſionẽ ad fantaſmata. vt in primo dictũ eſt. ⁊ ſic ſcia manet. non tñ ſꝫm eundeꝫ modũ operandi. ſic̃ ⁊ de ꝟtutibꝰ moralibꝰ dictum ẽ.

## Ad tertium ſic procedit̃

Uidet̃ ꝙ fides maneat poſt hãc vitaꝫ. Nobilior enim ẽ fides q̃ꝫ ſcia. ſed ſcia manet poſt hanc vitã. vt dictũ eſt. ḡ ⁊ fides. ¶ Pre. i. ad Cor. iij. dr̃ Fundamentum aliud nemo põt ponere p̄ter id qđ poſitũ ẽ. qđ eſt xp̄s Jeſus id ẽ fides xp̄i Jeſu. ſed ſublato fundamẽto non remanet id qđ ſuperedificat̃. ḡ ſi fides non remanet poſt hanc vitam nulla alia ꝟtus remaneret. ¶ Pre. Cognitio fidei ⁊ cognitio glorie differunt ſꝫm ꝑfectuꝫ et imꝑfectum. ſꝫ cognitio imꝑfecta põt eſſe ſil' cuꝫ cognitione ꝑfecta. ſicut in angelo ſimul põt eſſe cognitio veſpertina cũ cognitiõe matutina. ⁊ aliquis hõ poteſt ſil' habere de eadẽ concluſione ſciam ꝑ ſyllogiſmũ demonſtratiuũ. ⁊ opinioneꝫ ꝑ ſyllogiſmũ dialeticũ. ḡ etiã fides ſil' eſſe põt poſt hãc vitam cũ cognitione glorie. ¶ Sꝫ ꝯtra eſt qđ Apl's dic̃. ij. ad Cor. v. q̃ꝫdiu ſumꝰ in corꝑe ꝑegrinamur a dño. ꝑ fidem enĩ ambulamꝰ et nõ ꝑ ſpeꝫ. ſꝫ illi qui ſunt in gl'a nõ ꝑegrinant̃ a dño. ſꝫ ſunt ei p̄ñtes. ḡ fides nõ manet poſt hanc vitã in gl'a. ¶ Rñ. dõ. ꝙ oppoſitio eſt ꝑ ſe ⁊ ꝓpria cã ꝙ vnũ excludat̃ ab alio. inq̃ꝫtũ. ſ. in oĩbꝰ oppoſitis includit̃ oppoſitio affirmationis ⁊ negatõis. Inuenit̃ aũt in quibuſdã oppoſitio ſꝫm ꝯtrarias formas. ſic̃ ĩ colorībꝰ albũ ⁊ nigꝝ. in quibuſdã aũt ſꝫm ꝑfectũ ⁊ imꝑfectũ. vñ in alterationibꝰ magis ⁊ minꝰ accipiunt̃ vt cõtraria. vt cũ de minꝰ calido fit magis calidũ vt dr̃ in. v. phiſi. Et q2 ꝑfectũ ⁊ imꝑfectũ opponunt̃. impoſſibile ẽ ꝙ ſil' ſꝫm idẽ ſit ꝑfectio ⁊ imꝑfectio. Eſt aũt ꝯſiderandũ ꝙ ĩperfectio quidẽ q̃nq; eſt de rõne rei. ⁊ ꝑtinet ad ſpẽm ipſius. ſicut defectꝰ rõnis ꝑtinet ad rõneꝫ ſpẽi equi vel bouis. Et q2 vnũ ⁊ idem numero manẽs nõ ꝓ̄põt transferri de vna ſpecie in aliã. inde ẽ ꝙ tali imꝑfectione ſublata tollit̃ ſpecies rei. ſicut iã nõ eſſet bos vel equꝰ ſi eſſꝫ rõnalis. q̃nq; vo ĩꝑfectio nõ ꝑtinet ad rõneꝫ ſpẽi. ſꝫ accidit indiuiduo ſꝫm aliquid aliud. ſic̃ alicui hoĩ q̃nq; accidit defectus rõnis inq̃ꝫtũ ĩpedit̃ in eo rõnis vſus ꝓpter ſomnũ vl' ebrietatẽ vel aliquid hmõi. Patet aũt ꝙ tali imꝑfectione remota nihilominꝰ ſubſtãtia rei remanet. Manifeſtuꝫ eſt aũt ꝙ imꝑfectio cognitionis ẽ de rõne fidei. ponit̃ enĩ in eius diffinitione. fides enĩ ẽ ſubſtãtia ſperãdaꝝ reꝝ argumentũ nõ apparentiũ. vt dr̃ ad Hebre. xi. Et Aug. dicit Quid ẽ fides ꝗ̄ credere qđ nõ vides. ꝙ aũt cognitio ſit ſine apparitione vel viſione. hoc ad imꝑfectionẽ cognitionis ꝑtinet. ⁊ ſic imꝑfectio ꝯgnitionis ẽ de rõne fidei. vñ manifeſtũ ẽ ꝙ fides nõ põt eẽ ꝑfecta cognitio eadẽ numero manẽs. Sꝫ vlterius ꝯſiderandum ẽ vtꝝ ſil' poſſit eſſe

cū cognitione ꝑfecta. nihil enī ꝓhibet aliquā cognitionē
imꝑfectā ſimul eſſe aliquando cū cognitione ꝑfecta. Eſt
igitᷣ conſiderandum ꝙ cognitio poteſt eſſe imꝑfecta tri-
pliciter. Uno mō ex pᷓte obiecti cognoſcibilis. Alio mō
ex parte medij. Tertio modo ex parte ſubiecti. Ex parte
quidē obiecti ꝯgnoſcibilꝭ differūt ſm ꝑfectū ⁊ imꝑfectū co-
gnitio matutina ⁊ veſpertina in angelꝭ. nā cognitio matutina
ē de rebꝫ ſm ꝙ hñt eſſe in vbo. cognitio aūt veſpertina ē
de eis ſm ꝙ hñt eſſe in ꝓpria natura. qḋ ē imꝑfectū re-
ſpectu primi eſſe. Ex pᷓte vo medij differūt ſm ꝑfectū ⁊
imꝑfectū cognitio q̄ eſt ꝺ aliq̄ ꝯcluſione ꝑ mediū demō-
ſtratiuū ⁊ ꝑ mediū ꝓbabile. Ex pᷓte vo ſubiecti differūt
ſm ꝑfectū ⁊ imꝑfectū opinio. fides ⁊ ſciā. nam de rōne
opinionis ē ꝙ accipiatᷣ vnū cū formidine alterius oppoſi-
ti. vñ non hꝫ firmā inheſionē. de rōne vo ſcīe ē ꝙ habe-
at firmā inheſionē cū viſione intellectiua. hꝫ enī certitu-
dinē ꝓcedentē ex intellectu principiorū. fides aūt medio
mō ſe hꝫ. excedit enī opinionē in hoc ꝙ hꝫ firmam inhe-
ſionē. deficit vo a ſciā in eo ꝙ nō hꝫ viſionem. Manife-
ſtū eſt aūt ꝙ ꝑfectū ⁊ imꝑfectū nō pñt ſimꝉ eſſe ſm idē. ſꝫ ea
q̄ differūt ſm ꝑfectū ⁊ imꝑfectū ſm aliquid idē pñt eē ī
aliq̄ alio eodē. Sic igitᷣ cognitio ꝑfecta ⁊ imꝑfecta ex pᷓ-
te obiecti nullo mō pñt eſſe de eodē obiecto. pñt tñ ꝯue-
nire de eodē medio ⁊ in eodē ſubiecto. nihil enī ꝓhibet
ꝙ vnꝰ hō ſimꝉ ⁊ ſemel ꝑ vnū ⁊ idē mediū habeat cognitiō-
nē de duobꝫ. quorū vnū ē ꝑfectū ⁊ aliud imꝑfectū. ſicꝫ ꝺ
ſanitate ⁊ egritudine. ⁊ bono ⁊ malo. Simꝉr etiā īpoſſibi-
le ē ꝙ cognitio ꝑfecta ⁊ imꝑfecta ex pᷓte medij ꝯueniant in
vno obiecto. ⁊ in vno ſubiecto. pōt enī vnꝰ hō cognoſce-
re eandē ꝯcluſionē ꝑ mediū ꝓbabile ⁊ demōſtratiuū. Et
eſt ſimꝉr īpoſſibile ꝙ cognitio ꝑfecta ⁊ imꝑfecta ex pᷓte ſub-
iecti ſint ſimꝉ in eodē ſubiecto. fides aūt in ſui rōne hꝫ imꝑ-
fectionē. q̄ eſt ex pᷓte ſubiecti. vt. ſ. credēs nō videat id qḋ
credit. btitudo aūt de ſui rōne hꝫ ꝑfectionē ex pᷓte ſubie-
cti. vt. ſ. btūs videat id qḋ beatificatᷣ. vt ſupra dictū ē. vñ
manifeſtū eſt ꝙ īpoſſibile ē ꝙ fides maneat ſimꝉ cū btitu-
dine ī eodē ſubiecto. ¶ Ad. i. ḡ dḋ. ꝙ fides ē nobilior
q̄ ſciā ex pᷓte obiecti. qꝛ eius obiectū ē vitas prima. ſed
ſciā hꝫ ꝑfectiorē modū cognoſcēdi. qui nō repugnat ꝑ-
fectioni btitudinis. ſ. viſioni. ſicut repugnat ei modꝰ fidei
¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ fides eſt fundamētū q̄tū ad id ꝙ hꝫ de
cognitione. ⁊ iō qñ ꝑficietᷣ cognitio erit ꝑfectius funda-
mentū. ¶ Ad. iij. patet ſolutio ex his q̄ ſupra dicta ſunt

## Ad quartū ſic ꝓceditur.

Uidetᷣ ꝙ ſpes maneat poſt mortē ī ſtatu glīe. Spes enī
nobiliori mō ꝑficit appetitū hūanū q̄ virtutes morales
ſed vtutes morales manēt poſt hāc vitam. vt patet per
Aug. in. xiiij. de tri. ḡ multo magis ſpes. ¶ Pre. Spei
opponitᷣ timor. ſed timor manet poſt hāc vitā. ⁊ in btīs
quidē timor filialꝭ qui manet in ſclm. ⁊ in dānatis timor
penarū. ḡ ſpes pari rōne pōt ꝑmanere. ¶ Pre. Sicꝫ ſpes
ē futuri boni. ita ⁊ deſideriū. ſꝫ in beatis ē deſideriū futu-
ri boni. ⁊ q̄tū ad glāz corꝑis quā aīe beatorū deſiderāt.
vt dicit Aug. xij. ſup Gen̄. ad litterā. ⁊ etiā q̄tū ad glo-
riā aīe. ſm illud Eccꝉ. xxiiij. Qui edūt me adhuc eſurient.
⁊ qui bibūt me adhuc ſitient. Et. i. Pe. i. dr. In quē deſi-
derāt āgeli ꝓſpicere. ḡ videtᷣ ꝙ poſſit eſſe ſpes poſt hāc
vitā in btīs. Sed ꝯ eſt qḋ Apls dicit Ro. viij. Qḋ vi-
det quis quid ſpat. ſed beati vidēt id qḋ ē obiectū ſpei. ſ.
deū. ḡ non ſperāt. ¶ Rñ dḋ. ꝙ ſicut dictū ē. id qḋ ꝺ rō-
ne ſui īportat imꝑfectionē ſubiecti: nō pōt ſimꝉ ſtare cum
ſubiecto oppoſita ꝑfectione ꝑfecto. ſicut patet ꝙ motus
in rōne ſui īportat imꝑfectionē ſubiecti. ē enim actus exi-
ſtentis in potentia inq̄tū hmōi. vñ qñ illa potentia re-
ducitᷣ ad actū. iā ceſſat motꝰ. nō enim adhuc albatᷣ poſtq̄
iam aliquid factū eſt albū. ſpes aūt īportat motū quēdā
in id qḋ non habetur. vt patet ex his q̄ ſupra de paſſione
ſpei diximꝰ. ⁊ iō qñ habetᷣ id qḋ ſperatᷣ. ſ. diuina fruitio.
iam ſpes eſſe nō poterit. ¶ Ad. i. ḡ dḋ. ꝙ ſpes ē nobilior
vtutibꝫ moralibꝫ q̄tū ad obiectū qḋ eſt deꝰ. ſꝫ actꝰ vtu-
tū moraliū nō repugnant ꝑfectioni btitudis. ſicut actꝰ
ſpei. niſi forte rōne materie ſm quā nō manēt. nō enim
vtus moralis ꝑficit appetitū ſolū in id qḋ nondū habetᷣ
ſed etiā circa id qḋ ꝑſentialiter habetᷣ. ¶ Ad. ij. dḋ. ꝙ ti-
mor eſt duplex. ſuilꝭ. et filialis. vt infra dicetᷣ. Seruilis
quidē eſt timor pene. qui nō poterit eſſe in glā nulla poſ-
ſibilitate ad penā remanente. Timor vo filialis hꝫ du-
os actus. ſ. reuereri deū. ⁊ q̄tū ad hunc actū manet. ⁊ ti-
mere ſeꝑationē ab ipſo. ⁊ q̄tū ad hunc actū nō manet
tur. Videẗ ꝙ incõuenienter diſtinguanẗ peccata ſpiritualia a carnalibꝫ. Dicit enĩ Apls ad Gal. v. Manifeſta ſunt opa carnis. que ſunt fornicatio. imũdicia. impudicicia. luxuria. idoloꝝ ſeruitus. venefica. ⁊c. ex quo videtur ꝙ oĩa peccatoꝝ genera ſunt opa carnis. ſed peccata carnalia dicunẗ opera carnis. ergo nõ ſunt diſtinguenda peccata carnalia a ſpũalibꝫ. ¶ Pre. Quicunq; peccat ſm̃ carnẽ ambulat. ſm̃ illud Ro. viij. Si ſm̃ carnẽ vixeritꝭ moriemini. Si autẽ ſpũ facta carnis mortificaueritꝭ viuetis. ſed viuere vel ambulare ſm̃ carnem videtur pertinere ad rõnem peccati carnalis. ergo oĩa peccata ſunt carnalia. nõ ergo ſunt diſtinguenda peccata carnalia a ſpũalibus. ¶ Pre. Superior ps anime que eſt mens vel ratio ſpũs noĩatur. ſm̃ illud Ephe. iiij. Renouamini ſpũ mentis veſtre. vbi ſpũs ꝓ ratione poniẗ. vt ibi glo. dicit. ſed omẽ peccatũ qd̃ ſm̃ carnẽ cõmittiẗ a rõne deriuaẗ ꝑ conſenſuꝫ q2 ſupioris rõnis ẽ cõſentire in actũ peccati. vt infra dicet. ḡ eadẽ pctã ſunt carnalia ⁊ ſpũalia. non ergo ſunt diſtinguenda ab inuiceꝫ. ¶ Pre. ſi aliqua pctã ſpecialiter ſint carnalia. hoc potiſſime intelligendũ videẗ de illis peccatis quibꝫ in corpus ſuũ peccat aliquis. ſed ſicut Aplus dicit i. ad Coꝛ. vi. Omne peccatũ quodcunq; fecerit hõ extra corpus ẽ. qui autẽ fornicaẗ in corpus ſuũ peccat. ergo ſola fornicatõ eẽt peccatũ carnale. cũ tñ Apls ad Ephe. v. etiã auariciam carnalibꝫ peccatis ãnumeret. ¶ Sed ↄtra eſt qd̃ Greg⁹. xxxi. Moral. dicit. ꝙ ſeptem capitalium viciorum quinq; ſunt ſpiritualia. ⁊ duo ſũt carnalia. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt. peccata recipiunt ſpecieꝫ ex obiectis. omne autem peccatum in appetitu ↄſiſtit alicuius cõmutabilis boni qd̃ inordinate appetitur. ⁊ per conſequens in eo iam habito inordinate aliquis delectaẗ. vt autem ex ſuperioribus patet duplex eſt delectatio. Vna quidem animalis que cõſũmaẗ in ſola apprehenſiõe alicuius rei ad votum habite. ⁊ hec etiam poteſt dici delectatio ſpiritualis ſicut cũ aliquis delectaẗ in laude humana. vel in aliquo huiuſmodi. Alia vero delectatio ẽ corporaꝭ ſiue naturalis que in ipo tactu corporali ꝑficiẗ. que poteſt etiã dici delectatio carnalis. Sic igiẗ illa peccata que perficiunẗ in delectatiõe ſpũali vocanẗ peccata ſpiritualia. illa vero que perficiunẗ in delectatione carnali vocanẗ peccata carnalia. ſicut gula que perficitur in delectatione ciborum ⁊ luxuria que perficitur in delectatione venereorum. vnde ⁊ Apls dicit. i. ad Coꝛ. vij. Emundemus nos ab oĩ inquinamento carnis ⁊ ſpũs. ¶ Ad primũ ḡ dicendũ. ꝙ ſicut glo. ibidẽ dicit. illa vitia dicunẗ opera carnis. nõ q2 in voluptate carnis perficiantur. ſed caro ſumitur ibi pro homine. qui dum ſm̃ ſe viuit ſm̃ carnem viuere diciẗ vt etiã Aug⁹ dicit. xiiij. de ciui. dei. Et huiuſmodi rõ ẽ ex hoc ꝙ omnis rõnis hũane defectus ex ſenſu carnali aliq̃ mõ initium habet. Et per hoc etiã pꝫ rñſio ad ſecundum. ¶ Ad tertiũ dicendũ ꝙ in pctĩs etiam carnalibꝫ eſt aliquis actus ſpiritualis. ſ. actus rationis. ſed finis horum peccatorum a quo denominantur eſt delectatio carnis. ¶ Ad quartũ dõm ꝙ ſicut glo. ibidẽ dicit. ſpecialiter in fornicationis peccato ſeruit anima corpori. intantum vt nihil aliud in ipſo momento cogitare homini liceat. delectatio autem gule ⁊ ſi ſit carnalis non ita abſorbet rationem. Vel poteſt dici ꝙ in hoc peccato etiam quedam iniuria fit corpori dum inordinate maculaẗ. ⁊ ideo per hoc ſolum peccatum dicitur ſpecialiter homo in corpus peccare. auaricia vero que carnalibus peccatis cõnumeraẗ ꝓ adulterio ponitur. qd̃ eſt iniuſta vſurpatio vxoris aliene. Vel põt dici ꝙ res in qua delectatur auarus corporale quiddam ẽ ⁊ quãtũ ad hoc cõnumeratur peccatis carnalibus. ſꝫ ipa delectatio nõ pertinet ad carneꝫ ſed ad ſpiritum. Et ideo Greg⁹ dicit ꝙ eſt ſpirituale peccatum.

# AD terciuꝫ ſic procedi

tur. Videtur ꝙ peccata diſtinguantur ſpecie ſꝫ cauſas. Ab eodem enim habet res ſpecieꝫ a quo habꝫ eẽ ſed peccata habent eſſe ex ſuis cauſis. ergo ab eis etiã ſpeciem ſortiuntur. differunt ergo ſpecie ſm̃ diuerſitatẽ cauſarum. ¶ Pre. Inter alias cauſas minus videtur pertinere ad ſpeciem cauſa materialis. ſed obiectum in peccato eſt ſicut cauſa materialis. cum ergo ſm̃ obiecta peccata ſpecie diſtinguantur. videtur ꝙ peccata multo magis ſm̃ alias cauſas diſtinguantur ſpecie. ¶ Pre. Aug⁹. ſuper illud pſ. Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa. dicit ꝙ omne peccatum eſt ex timore male humiliante vel ex amore male inflammante. Dicitur enim. i. Ioh. ij. ꝙ omne quod ẽ in mundo aut ẽ ↄcupiſcẽtia carnis. aut ↄcupiſcẽtia oculoꝝ. aut ſupbia vite. Diciẗ aũt aliq̃d eẽ ĩ mũdo ꝓpter pctm̃ ſꝫ ꝙ mũdi noĩe amatores mundi ſignificanẗ. vt Aug⁹ dic.

ſuper Job. Greg⁹ etiam .xxxi. Moral. diſtinguit omnia peccata ſm̄ ſeptem vitia capitalia. oēs autem huiuſmodi diuiſiones reſpiciunt cauſas peccatorum. ergo videtur ꝙ peccata differant ſpecie ſm̄ diuerſitatem cauſarum. ¶ Sed contra eſt: q2 ſm̄ hoc oīa peccata eſſent vnius ſpēi. cū ex vna cauſa cauſentur. Dr̄ enī Eccl. x. ꝙ initiū omnis pctī ē ſupbia. Et .i. ad Timo. vlt. ꝙ radix oīuȝ maloꝝ eſt cupiditas. Manifeſtū ē aūt eē diuerſas ſpēs pctōꝝ. nō ḡ peccata diſtinguūtur ſpē ſm̄ diuerſitates cauſaꝝ. ¶ Rn̄ dōm ꝙ cū quattuor ſint cauſaꝝ genera. diuerſimode diuerſis attribuūtur. cā enī formalis ⁊ materialis reſpiciūt ꝓpe ſubſtantiā rei. ⁊ iō ſubſtantie ſm̄ formā ⁊ materiaȝ ſpecie ⁊ genere diſtinguūtur. agens aūt ⁊ finis reſpiciunt directe motū ⁊ opationē. ⁊ iō motus ⁊ opatiōes ſm̄ huiuſmodi cauſas ſpecie diſtinguūtur. diuerſimode tn̄. nā principia actiua naturalia ſunt determinata ſemꝑ ad eoſdem actus. ⁊ iō diuerſe ſpēs in actibꝫ naturalibꝫ attendūtur nō ſolū ſm̄ obiecta que ſunt fines vel termini. ſ3 etiaȝ ſm̄ principia actiua. ſicut calefacere ⁊ infrigidare diſtinguūtur ſpē ſm̄ calidū ⁊ frigidum. ſed principia actiua in actibꝫ voluntariꝫ cuiuſmodi ſunt act⁹ pctōꝝ nō ſe habēt ex neceſſitate ad vnū. ⁊ iō ex vno principio actiuo vel motiuo poſſunt diuerſe ſpēs pctōꝝ procedere. ſicut ex timore male humiliante pōt ꝓcedere ꝙ hō furetur. ⁊ ꝙ occidat. ⁊ ꝙ deſerat gregem ſibi cōmiſſum. ⁊ hec eadem pñt procedere ex amore. Vn̄ manifeſtū eſt ꝙ pctā nō differūt ſpē ſm̄ diuerſas cauſas actiuas vel motiuas ſ3 ſolum ſm̄ diuerſitatē cauſe finalis. finis aūt ē obiectū volūtatis. oſtēſum ē enī ſupra ꝙ actus hūani habēt ſpēȝ ex fine. ¶ Ad primū ḡ dōm. ꝙ principia actiua in actibꝫ voluntariꝫ cū nō ſint determinata ad vnū. nō ſufficiūt ad producenduȝ hūanos actus. niſi determinet̄ volūtas ad vnū ꝑ intētionē finis. vt ꝑꝫ per phm̄ in .ix. metha. ⁊ iō a fine ꝑficitur ⁊ eē ⁊ ſpēs peccati. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ obiecta ſm̄ ꝙ cōparantur ad actus exteriores habēt rōnem materie circa quam ſed ſm̄ ꝙ cōparant̄ ad actum interiorē voluntatis habēt rationē finiū. ⁊ ex hoc habēt ꝙ dent ſpēm actui. quamuis etiaȝ ſm̄ ꝙ ſunt materia circa quam habeant rōnē terminoꝝ a quibꝫ motus ſpecificant̄. vt dicit̄ in .v. phi. ⁊ in .x. ethi. ſed tamē etiam termini motus dant ſpēm motibus inquantū habēt rōnē finis. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ille diuiſiones peccatoꝝ nō dant̄ ad diſtinguendas ſpēs pctōꝝ. ſed ad manifeſtandas diuerſas cauſas eorum.

Ad quartuȝ ſic proceditur. Videtur ꝙ incōuenienter pctm̄ diſtinguat̄ per pctm̄ qḋ eſt in deū. in proximū ⁊ in ſeipm̄. Illud enī qḋ ē cōe oī pctō nō debet poni quaſi ps in diuiſione peccati. ſed cōe ē oī pctō ꝙ ſit cōtra deū. ponit̄ enī in diffinitione peccati ꝙ ſit cōtra legē dei. vt ſupra dictū ē. non ergo peccatū in deū debet poni quaſi ps in diuiſione peccatoꝝ. ¶ Pre. Omnis diuiſio debet fieri ꝑ oppoſita. ſ3 iſta tria genera peccatoꝝ nō ſunt oppoſita. quicūq3 enī peccat ī proximū. peccat in ſeipm̄ ⁊ in deū. nō ḡ peccatū ꝯuenienter diuiditur ſm̄ hec tria. ¶ Pre. Ea que ſunt extrinſecus non cōferunt ſpēm. ſed de⁹ ⁊ proxim⁹ ſunt extra nos. ergo per hec nō diſtinguunt̄ pctā ſm̄ ſpēm. incōuenienter igit̄ ſm̄ hec tria peccatū diuidit̄. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ Iſidorus in li. de ſummo bono diſtiguēs pctā. dicit ꝙ hō dicit̄ peccare in ſe. in deū ⁊ in proximū. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſuꝑ dictum ē. peccatū ē actus inordinatus. Triplex autē ordo ī homine debet eſſe. Unus quidem ſm̄ comparationē ad regulam rationis. prout .ſ. omnes actiōes ⁊ paſſiones noſtre debent ſm̄ regulā rōnis cōmenſurari. Alius autē ordo eſt per comparationē ad regulā diuine legis. ꝑ quā homo in omnibus dirigi debet. ⁊ ſiquidē homo naturaliter eēt animal ſolitariū. hic duplex ordo ſufficeret. ſed q2 homo eſt naturaliter aīal politicum ⁊ ſociale. vt ꝓbat̄ in primo politicoꝝ. iō neceſſe ē ꝙ ſit tertius ordo quo hō ordinetur ad alios hoies quibꝫ cōuiuere dꝫ. Hoꝝ autēȝ ordinum primus cōtinet ſecundū ⁊ excedit ipm̄. quecūq3 enī cōtinētur ſub ordine rōnis. ꝯtinent̄ ſub ordine ipſius dei. ſed quedā cōtinent̄ ſub ordine ipſius dei que excedūt rationē humanā. ſicut ea que ſunt fidei ⁊ que debent̄ ſoli deo. vnde qui in talibꝫ peccat. dicit̄ in deū peccare. ſicut hereticus ⁊ ſacrilegus ⁊ blaſphemus. Similiter etiā ſecundus ordo includit tertiū ⁊ excedit ipm̄. q2 in oībus in quibus ordinamur ad proximū. oportet nos dirigi ſm̄ regulā rationis. ſed in quibuſdā dirigimur ſm̄ rōnem quāruȝ ad nos tantū. nō aūt quātū ad ꝓximū. ⁊ qn̄ in his peccat̄. dicitur homo peccare in ſeipſū. ſicut patet de guloſo. luxurioſo ⁊ prodigo. quando vero peccat hō in his quibꝫ ad proximum ordinat̄ dicit̄ peccare in proximū. ſicut patet de fure ⁊ homicida. Sunt autem diuerſa quibꝫ homo ordinatur ad deū ad proximū ⁊ ad ſeipm̄. vnde hec diſtinctio peccatorum eſt ſm̄ obiecta. ſm̄ que diuerſificant̄ ſpēs peccatorum. vnde hec diſtinctio peccatoꝝ proprie ē ſm̄ diuerſas peccatoꝝ ſpecies. nam ⁊ virtutes quibꝫ peccata opponuntur ſm̄ hanc dr̄iam ſpē diſtinguunt̄. Manifeſtū ē enī ex dictis ꝙ virtutibus theologicis homo ordinatur ad deū temperantia vero ⁊ fortitudine ad ſeipſum. iuſticia autēȝ ad proximum. ¶ Ad .i. ergo dōm ꝙ peccare in deū ſm̄ ꝙ ordo qui eſt ad deū includit oēm hūanū ordinē. cōe eſt oī peccato. ſed quantum ad id ꝙ ordo dei excedit alios duos ordines. ſic peccatum in deum m̄ eſt ſpeciale genus peccati. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ quando aliqua quoꝝ vnum includit alterum ab inuicem diſtinguunt̄ intelligit̄ fieri diſtinctio nō ſm̄ illud ꝙ vnū continetur in altero. ſed ſm̄ illud .ſ. ꝙ vnum excedit alterum. ſicut patet in diuiſione numerorum ⁊ figurarum. non enim triangulus diuidit̄ contra quadratum ſm̄ ꝙ continetur in eo. ſed ſm̄ ꝙ exceditur ab eo. ⁊ ſimiliter eſt de ternario et quaternario. ¶ Ad .iij. dicendū ꝙ deus ⁊ proximus quāuis ſint exteriora reſpectu ipſius peccantis. non tamen ſunt extranea reſpectu actus peccati. ſed comparatur ad ipſa ſicut ad propria obiecta ipſius.

Ad quintuȝ ſic proceditur. Videtur ꝙ diuiſio peccatorū que eſt ſm̄ reatum diuerſificet ſpeciem. puta cum diuiditur ſm̄ veniale et mortale. Ea enim que in infinitum differunt non poſſunt eſſe vnius ſpeciei nec etiam vnius generis. ſed veniale et mortale peccatum differunt in infinitum. Veniali enim debetur pena temporalis. mortali pena eterna. menſura autem pene reſpondet quantitati culpe. ſm̄ illud Deutero. xxv. ſm̄ menſuram delicti erit et plagarum modus. ergo veniale et mortale non ſunt vnius generis. nec dicitur ꝙ ſint vnius ſpeciei. ¶ Pre. Quedam peccata ſunt mortalia ex genere. ſicut homicidium et adulteriū. Quedam vero ex ſuo genere ſunt peccata venialia. ſicut verbum ocioſum et riſus ſuperfluus. ergo peccatū veniale et mortale ſpecie differunt. ¶ Pre. Sicut habet ſe act⁹ virtuoſus ad p̄miū. ita ſe hꝫ pctm̄ ad penā. ſ3 p̄miū ē finis virtuoſi act⁹. ḡ et pēa ē finis pctī. ſed pctā diſtinguuntur

ſpecie ſcḋm fines. vt dictum eſt. ergo etiam diſtinguuntur
ſpecie ſcḋm reatum pene. ¶ Sed ↄtra ea que conſtituunt
ſpeciē ſunt priora. ſicut dr̃e ſpecifice. ſꝫ pena ſeq̄r culpā
ſicut effectus eius. ergo peccata non differunt ſpecie ſcḋm
reatum pene. ¶ Rn̄. dicēdū. ꝙ eorum que ſpecie differunt
duplex differentia inuenit̄. Una quidem que conſtituit
diuerſitatem ſpēꝫ. ⁊ talis differentia nūq̄ꝫ inuenit̄ niſi ī
ſpeciebꝫ diuerſis. ſicut rōnale ⁊ irrationale aīatū ⁊ iaīatū.
Alia aūt drīa ē ↄ̄ſns diuerſitatē ſpēi. ⁊ talis drīa ⁊ ſi ī ali-
quibꝫ ↄſequat̄ diuerſitatē ſpēi. in alijs tn̄ pōt inueniri in
alia ſpē. ſicut albū ⁊ nigꝫ ↄſequunt̄ diuerſitatē ſpēi coru-
ui ⁊ cigni. Tn̄ inuenit̄ hmōi drīa in eadē hoīs ſpē. Dicē-
dū ē ḡ ꝙ drīa venialis ⁊ mortalis pcī. vel q̄cūq̄ꝫ alia drīa
ſumit̄ penes reatū nō pōt eē drīa cōſtituēs diuerſitatem
ſpēi. nūq̄ꝫ. n. id qḋ ē ꝑ accidēs ↄſtituit ſpēm. id aūt qḋ ē
pt̄er intentionē agētis ē ꝑ accn̄s. vt pꝫ in. ij. phi. Manife-
ſtum ē aūt ꝙ pena ē pt̄er intentionē peccantis. vn̄ ꝑ acci-
dens ſe hꝫ ad pcm̄ ex pte ipſius peccātis. ordinat̄ tn̄ ad pec
catū ab exteriori. ſ. ex iuſticia iudicantis. qui ſcḋm diuerſaſ
ↄditiōes pcōꝝ diuerſas penas infligit. Unde drīa q̄ ē ex
reatu pene. pt̄ ↄſequi diuerſam ſpēm pcōꝝ. nō aūt conſti-
tuit diuerſitatē ſpēi. drīa aūt pcī venialis ⁊ mortalis cō-
ſequit̄ diuerſitatē inordinatiōis q̄ ↄplet rōnem pcī. Du-
plex. n. ē inordinatio. vna ꝑ ſubtractionē principij ordi-
nis. alia qua etiā ſaluato principio ordinis fit inordinatio
circa ea q̄ ſunt poſt principiū ſicut in corpe aīalis. Qn̄q̄ꝫ q̄-
dē inordinatio ↄplexionis ꝓcedit vſq̄ꝫ ad deſtructionē
principij vitalis. ⁊ hec eſt mors. Quādoq̄ꝫ vero ſaluo pri-
cipio vite fit deordinatio quedā in humoribꝫ. ⁊ tūc ē egri-
tudo. Principiū aūt actus totiꝰ ordīs in moralibꝫ eſt fi-
nis vltimꝰ. qui ita ſe hꝫ in opatiuis ſicut principiū inde-
monſtrabile in ſpeculatiuis. vt dicit̄ in. vij. ethi. vnde qn̄
aīa deordinat̄ ꝑ pcm̄ vſq̄ꝫ ad auerſionē ab vltimo fine. ſ.
deo cui vnimur ꝑ charitatē. tunc ē pcm̄ mortale. qn̄ vero
fit deordinatio circa auerſionē a deo. tunc ē pcm̄ veniale.
ſicut enī in corpibꝫ deordinatio mortis q̄ ē ꝑ remotionem
principij vite eſt irreꝑabilis ſcḋm naturā. inordinatio aūt
egritudinis repari pōt ꝓpter id ꝙ ſaluat̄ principiū vite.
ſimiliter ē in his que ꝑtinēt ad aīam. Nā in ſpeculatiuis
q̄ errat circa principia. impſuaſibilis ē. qui aūt errat ſal-
uatis principijs ꝑ ipa principia reuocari pōt. Et ſimili-
ter in opatiuis q̄ peccando auertit̄ ab vltimo fine. q̄ntū eſt
ex natura pcī hꝫ lapſum irreꝑabilem. ⁊ iō dicit̄ peccare
mortaliter et eternaliter puniendus. q̄ vero peccat citra auer
ſionē a deo. ex ipa rōne pcī reꝑabiliter deordinat̄. q2 ſal-
uatur principiū. ⁊ iō dicit̄ peccare venialiter. q2. ſ. non ita
peccat vt mereat̄ interminabilē penā. ¶ Ad. i. ḡ dicēdū ꝙ
pcm̄ mortale ⁊ veniale differūt in infinitū ex pte auerſio-
nis. nō aūt ex pte ↄuerſionis ꝑ quā reſpicit obm̄. Unde
pcm̄ ſpēm hꝫ. vn̄ nihil ꝓhibet in eadē ſpē inueniri aliq̄d
pcm̄ mortale ⁊ veniale. ſicut primꝰ motus in genere adul
terij ē pcm̄ veniale. ⁊ verbū ocioſū qḋ plerūq̄ꝫ ē veniale.
pōt etiā eē mortale. ¶ Ad. ij. dicēdū ꝙ ex hoc ꝙ inuenitur
aliq̄d pcm̄ mortale ex genere. ⁊ aliq̄d pcm̄ veniale ex ge-
nere. ſequit̄ ꝙ talis drīa ↄſequat̄ diuerſitatē pcōrum ſcḋm
ſpēm. nō autem ꝙ cauſet eā. talis aūt drīa pōt inueniri
etiā in his que ſunt eiuſdē ſpēi. vt dictū ē. ¶ Ad. iij. dicēdū.
ꝙ premiū ē de intētiōe merentis vel virtuoſe agentis. ſed
pena nō eſt de intentione peccantis. ſed magis eſt contra
voluntatem ipſius. vnde non eſt ſimilis ratio.

## Ad ſextum ſic procedi-

tur. Videtur ꝙ peccatum cōmiſſionis ⁊ omiſſionis ſpē
differāt. Delictū enī ↄtra pcm̄ diuidit̄ Ephe. ij. vbi dicit̄
Cū eſſetis mortui delictis ⁊ pctīs vr̄is. Et exponit ibi gl.
Delictis. i. dimittēdo q̄ iubent̄. ⁊ peccatis. ſ. agendo ꝓhi-
bita. Ex quo pꝫ ꝙ ꝑ delictū intelligit̄ pcm̄ omiſſionis. per
pcm̄ pcm̄ ↄmiſſionis. differūt ḡ ſpē cū ex oppoſito di-
uidant̄ tanq̄ꝫ diuerſe ſpēs. ¶ Pret. Pctō ꝑ ſe cōuenit ꝙ
ſit ↄtra legē dei. ponit̄. n. in eiꝰ diffinitione. vt ex ſupra di-
ctis pꝫ. ſed in lege dei alia ſunt p̄cepta affirmatiua ↄtra q̄
eſt pcm̄ omiſſionis. ⁊ alia pctā negatiua cōtra q̄ ē pecca-
tū ↄmiſſionis. ḡ peccatū omiſſionis ⁊ pcm̄ ↄmiſſiōis dif
ferunt ſpē. ¶ Pret. Omiſſio ⁊ ↄmiſſio differūt ſicut affir
matio ⁊ negatio. ſed affirmatio ⁊ negatio nō poſſunt eſſe
vnius ſpēi. q2 negatio nō hꝫ ſpēm. nō entis nō ſūt ſpēs
neq̄ꝫ drīe. vt phūs dicit. ḡ omiſſio ⁊ ↄmiſſio nō poſſūt eē
vnius ſpēi. ¶ Sed ↄtra ē in eadē ſpē pcī inuenit̄ omiſ
ſio ⁊ ↄmiſſio. auarus. n. ⁊ aliena rapit. qḋ ē pcm̄ ↄmiſſio
nis. ⁊ ſua non dat quibꝫ dare dꝫ. qḋ ē pcm̄ omiſſionis. ḡ
omiſſio ⁊ cōmiſſio nō differūt ſpē. ¶ Rn̄. dicēdū ꝙ ī peccatis
inuenit̄ duplex drīa. vna materialis ⁊ alia formal̄. Ma-
terialis quidē attendit̄ ſcḋm naturalē ſpēm actuū pcī. For
malis aūt ſcḋm ordinē ad vnū finē propriū. qḋ eſt obm̄ ꝓ
priū. vnde inueniunt̄ aliq̄ actus materialiter ſpē differē-
tes qui tn̄ formaliter ſunt in eadē ſpē pcī. q2 ad idē ordi-
nant̄ ſicut ad eandē ſpēm homicidij ꝑtinet iugulatio. lapi-
datio ⁊ perforatio. Quis actus ſint ſpē differentes ſcḋm ſpe
ciē nature. Sic ḡ ſi loquamur de ſpē pcī omiſſiōis ⁊ cō-
miſſionis materialiter differūt ſpē. large tn̄ loquendo de
ſpē ſcḋm ꝙ negatio vel priuatio ſpēm hr̄e pōt. Si aūt lo-
quamur de ſpē peccati omiſſionis ⁊ ↄmiſſionis formali-
ter. ſic nō differunt ſpē. q2 ad idē ordinant̄. ⁊ ex eodē mo
tiuo ꝓcedunt. auarus enī ad ↄgregandū pecuniā ⁊ rapit.
⁊ nō dat ea q̄ dare debet. ⁊ ſilr̄ guloſus ad ſatiſfaciendū
gule. ⁊ ſupflua comedit. ⁊ ieiunia debita p̄termittit. ⁊ idē
ē videri in ceteris. Semꝑ. n. in rebꝫ negatio fundat̄ ſuꝑ
aliqua affirmatiōe. q̄ ē quodāmō cauſa eius. vnde etiā in
rebus naturalibꝫ eiuſdē rōnis ē ꝙ ignis calefaciat ⁊ ꝙ n̄
infrigidet. ¶ Ad. i. ḡ dicēdū ꝙ illa diuiſio q̄ ē ꝑ ↄmiſſionē
⁊ omiſſionē. nō ē ſcḋm diuerſas ſpēs formales ſed mate-
riales tm̄ vt dictū ē. ¶ Ad. ij. dicēdū ꝙ neceſſe fuit in lege
dei ꝓponi diuerſa p̄cepta affirmatiua ⁊ negatiua. vt gra-
datim hoīes introducerent̄ ad virtutē. prius quidē abſti-
nendo a malo ad qḋ inducimur ꝑ p̄cepta negatiua ⁊ poſt
modū faciendo bonū. ad qḋ inducimur ꝑ p̄cepta affirma
tiua. ⁊ ſic p̄cepta affirmatiua ⁊ negatiua nō ꝑtinēt ad di-
uerſas virtutes. ſed ad diuerſos gradus virtutis. ⁊ ꝑ cō-
ſequens non oportet ꝙ contrarientur diuerſis peccatis ſcḋm
ſpeciem. Peccatum etiam non habet ſpeciem ex parte a-
uerſionis. quia ſcḋm hoc eſt negatio vel priuatio. ſed ex par
te conuerſionis ſcḋm ꝙ eſt actus quidā. Unde ſcḋm diuer
ſa precepta legis non diuerſificantur peccata ſcḋm ſpeciem
¶ Ad tertium dicendum ꝙ obiectio illa procedit de ma
teriali diuerſitate ſpeciei. Sciendum eſt tamen ꝙ nega
tio ⁊ ſi proprie non ſit in ſpecie. conſtituitur tamen ī ſpe-
cie per reductionem ad aliquam affirmationem quam ſe
quitur.

## Ad ſeptimū ſic procedi-

tur. Videt̄ ꝙ inↄuenienter diuidat̄ pcm̄ ī pcm̄ cordis oris ⁊
operis. Aug. n. ī. xij. de tri. ponit tres gradꝰ pcī. quoꝝ primꝰ
eſt cū carnalis ſenſus illecebram quandam ingerit qḋ eſt
pcm̄ cogitationis. Secūdus gradus ē qn̄ ſola cogitatio

nis delectatione aliquis cõtẽtus ẽ. Tertius gradus ẽ qñ
faciendũ diſcernit̃ ꝑ cõſenſũ. ſed tria hec ꝑtinẽt ad pctm̃
cordis. g̃ inconuenienter peccatũ cordis ponit̃ quaſi vnum
genus pcti. ¶ Pre. Greg⁹ in. iiij. moral. ponit quattuoꝛ
gradus peccati. quoꝝ primus ẽ culpa latẽs in corde. ſecũ
dus cũ exterius publicat̃. tertius ẽ cũ ꝯſuetudine roboꝛat̃
quartus ẽ cũ vſq3 ad pſumptionez diuine miſericordie. vel
ad deſperationẽ hõ ꝓcedit. vbi nõ diſtinguit̃ pctm̃ operiſ
a pctõ oris. ⁊ addunt duo alij pctõꝝ gradus. g̃ inconueni-
ens fuit prima diuiſio. ¶ Pre. Nõ põt eſſe pctm̃ in oꝛe
vel in opere niſi fiat prius in corde. g̃ iſta peccata ſpẽ non
differunt. nõ ergo debẽt ꝯtra ſe inuicẽ diuidi. ¶ Sʒ con
tra ẽ qd̃ Hiero. dicit ſup Ezech. tria ſũt genera delictoꝝ q̃
bus hũanũ ſubiacet genus. aut eñi cogitatiõe. aut ſermo
ne aut opere peccamus. ¶ Rñ. dd̃m ꝙ aliqua inueniun
tur differre ſpẽ dupliciter. Uno mõ ex eo ꝙ vtrũq3 habʒ
ſpẽm cõpletam. ſicut equus ⁊ bos differunt ſpẽ. Alio mõ
ſicut ſm̃ diuerſos gradus in aliqua generatiõe vel motu
accipiunt̃ diuerſe ſpẽs. ſicut edificatio ẽ cõpleta generatõ
domus. collatio aũt fundamẽti ⁊ erectio parietis ſunt ſpe
cies incõplete. vt pʒ per phm̃ in. x. ethi. ⁊ idẽ etiam põt
dici in generationibus aialiũ. Sic igit̃ pctm̃ diuidit̃ per
hec tria. ſ. pctm̃ oris cordis ⁊ operis. nõ ſic ꝑ diuerſas ſpe
cies completas. nam cõſũmatio pcti ẽ in ope. vñ pctm̃ opis
hʒ ſpẽm cõpletam. ſed prima inchoatio eius ẽ quaſi fũda
tio in corde. Secũdus aũt gradus ei⁹ ẽ in oꝛe ſm̃ ꝙ hõ ꝓ
rumpit facile ad manifeſtandũ cõceptũ cordis. Terti⁹ au
tẽ gradus iam eſt in ꝯſũmatiõe opis. Et ſic hec tria diffe-
runt ſm̃ diuerſos gradus pcti. pʒ tamen ꝙ hec tria perti-
nẽt ad vnam ꝑfectaʒ pcti ſpẽm. cũ ab eodẽ motiuo ꝓce-
dant. Iracũdus eñi ex hoc ꝙ appetit vindictam. primo
quidẽ perturbat̃ in corde. ſecũdo in verba cõtumelioſa ꝓ
rumpit. tertio vero procedit vſq3 ad facta iniurioſa. ⁊ idẽ
pʒ in luxuria ⁊ in quolibet alio pctõ. ¶ Ad. i. ergo dd̃m ꝙ
omne pctm̃ cordis ꝯuenit in rõne occulti. ⁊ ſm̃ hoc ponit̃
vnus gradus. qui tñ ꝑ tres gradus diſtinguit̃. ſ. cogitatio
nis. delectationis. ⁊ ꝯſenſus. ¶ Ad. ij. dd̃m ꝙ pctm̃ oris
⁊ opis cõueniunt in manifeſtatione. ⁊ ꝓpter hoc a Greg⁹.
ſub vno cõputant̃. Hiero. aũt diſtinguit ea. qꝛ in pecca-
to oris ẽ manifeſtatio tm̃ ⁊ principaliter intenta. ĩ pctõ ve-
ro opis ẽ principaliter expletio interioris cõcept⁹ cordis.
ſed manifeſtatio ẽ ex cõſequenti. cõſuetudo vero ⁊ deſpe-
ratio ſunt gradus ꝯſequẽtes poſt ſpẽm perfectã pcti. ſic
adoleſcẽtia ⁊ iuuẽt⁹ poſt ꝑfectã hoĩs generationẽ. ¶ Ad
iij. dd̃m ꝙ pctm̃ cordis ⁊ oris nõ diſtinguunt̃ a pctõ ope-
ris qñ ſimul cũ eo ꝯiungunt̃. ſed ꝓut quodlibʒ hoꝝ ꝑ ſe
inuenit̃. ſicut etiã pars motus nõ diſtinguit̃ a toto motu
qñ motus ẽ ꝯtinuus. ſʒ ſolum qñ motus ſiſtit in medio.

## Ad octauuʒ ſic procedi

tur. Videt̃ ꝙ ſupabundantia ⁊ defect⁹ nõ diuer-
ſificent ſpẽs pctõꝝ. Supabundantia eñi ⁊ defect⁹ diffe-
runt ſm̃ magis ⁊ min⁹. ſed magis ⁊ minus nõ diuerſifi
cant ſpẽm. g̃ ſupabundantia ⁊ defectus nõ diuerſificant
ſpẽm pctõꝝ. ¶ Pre. Sicut pctm̃ in agibilib⁹ ẽ ex hoc ꝙ
recedit̃ a rectitudine rõnis. ita falſitas in ſpeculatiuis eſt
ex hoc ꝙ recedit̃ a veritate rei. ſed nõ diuerſificat̃ ſpẽs fal-
ſitatis. ex hoc ꝙ aliquis dicit plus vel minus eẽ q̃3 ſit ĩ re
g̃ etiã nõ diuerſificant̃ ſpẽs pcti ex hoc ꝙ recedit a rectitu
dine rõnis in plus vel minus. ¶ Pre. ex duab⁹ ſpẽb⁹ nõ
ꝯſtituit̃ vna ſpẽs. vt poꝛphyri⁹ dicit. ſed ſupabũdantia ⁊
defectus vniunt̃ in vno pctõ. ſunt. n. ſil̃ quidã illiberales
⁊ prodigi. quoꝝ duoꝝ illiberalitas ẽ pctm̃ ſm̃ defectũ ꝓdi
galitas aũt ſm̃ ſupabundantiã. g̃ ſupabundantia ⁊ defe-
ctus nõ diuerſificant ſpẽm pctõꝝ. ¶ Sed ꝯtra. cõtraria
differunt ſm̃ ſpẽm. nã ꝯtrarietas ẽ dĩa ſm̃ formã. vt di
cit̃ in. x. metha. ſed vitia que differũt ſm̃ ſupabundantiã
⁊ defectũ ſunt ꝯtraria. ſicut illiberalitas ꝓdigalitati. ergo
differunt ſm̃ ſpẽm. ¶ Rñ. dd̃m ꝙ cũ in pctõ ſint duo. ſ.
ipſe actus ⁊ inoꝛdinatio eius ꝓut recedit̃ ab oꝛdine rõniſ
⁊ legis diuine. ſpẽs pcti attendit̃ nõ ex ꝑte inoꝛdinatiõis
que ẽ ꝑter intentionẽ peccantis. vt ſupꝛa dictũ ẽ. ſed ma-
gis ex ꝑte ipſius act⁹ ſm̃ ꝙ terminat̃ ad obiectũ in ꝙ fert̃
intentio peccantis. ⁊ iõ vbicũq3 occurrit diuerſũ motiuũ
inclinans intentionẽ ad peccandũ ibi ẽ diuerſa ſpẽs pcti
Manifeſtũ ẽ aũt ꝙ nõ ẽ idẽ motiuũ ad peccandũ ĩ pctis.
que ſunt ſm̃ ſupabundantiã. ⁊ in pctis que ſunt ſm̃ defe
ctũ. quinimo ſunt ꝯtraria motiua ſicut motiuũ in pctõ in
tẽperantie ẽ amoꝛ delectationũ coꝛporaliũ. motiuũ autẽ ĩ
pctõ inſenſibilitatis ẽ odiũ eaꝝ. vnde huiõi pctã nõ ſolũ
differunt ſpẽ. ſed etiã ſunt ſibi inuicẽ ꝯtraria. ¶ Ad. i. g̃
dd̃m ꝙ magis ⁊ minus ⁊ ſi nõ ſint cã diuerſitatis ſpẽi.
ꝯſequunt̃ tñ quãdoq3 ſpẽs differentes ꝓut ꝓueniunt ex
diuerſis formis. ſicut ſi dicat̃ ꝙ ignis ẽ leuioꝛ aere. vnde
phũs dicit in. viij. ethi. ꝙ qui poſuerũt nõ eẽ diuerſas ſpe
cies amicitiaꝝ ꝓpter hoc ꝙ dicunt̃ ſm̃ magis ⁊ min⁹. nõ
ſufficienti crediderunt ſigno. ⁊ hoc mõ ſuperexcedere rõem
vel deficere ab ea ꝑtinet ad diuerſa pctã ſm̃ ſpẽm inq̃tũ
ꝯſequunt̃ diuerſa motiua. ¶ Ad. ij. dd̃m ꝙ intentio pec
cãtis nõ ẽ vt recedat a rõne. ⁊ iõ nõ efficit̃ eiuſdẽ rõnis pec
catũ ſupabundantie ⁊ defect⁹ ꝓpter receſſum ab eadẽ rõ-
nis rectitudine. ſed qñq3 ille qui dicit falſũ intẽdit verita
tem occultare. vnde q̃tũ ad hoc non refert vtꝝ dicat vel
plus vel minus. ſi tñ recedere a veritate ſit ꝑter intentio-
nẽ. tunc manifeſtũ ẽ ꝙ ex diuerſis cãis aliquid mouet̃ ad
dicendũ plus vel minus. ⁊ ſm̃ hoc diuerſa ẽ rõ falſitatis.
ſicut pʒ de iactatoꝛe qui ſuperexcedit dicẽdo falſũ querens
gloriã. ⁊ deceptoꝛe qui diminuit euadẽs debiti ſolutionẽ
vnde ⁊ quedã falſe opiniones ſunt ſibi inuicẽ contrarie.
¶ Ad. iij. dd̃m ꝙ ꝓdigus ⁊ illiberalis põt eẽ aliquis ſm̃
diuerſa vt. ſ. ſit aliquis illiberalis in accipiendo quẽ non
dʒ. et prodigus in dando que non debet. nihil aute. n. ꝓ-
hibet contraria ineſſe eidem ſm̃ diuerſa.

## Ad nonum ſic procedit

Videt̃ ꝙ vitia ⁊ pctã diuerſificentur ſpẽ ſm̃ di
uerſas circumſtantias. qꝛ vt dicit Diony. iiij. c. de diui.
no. malũ cõtingit ex ſingularib⁹ defectib⁹. ſingulares au
tẽ defectus ſunt coꝛruptiones ſingulariũ circũſtantiarũ.
ergo ex ſingulis circũſtantijs coꝛruptis ſingule ſpẽs pec-
catoꝝ ꝯſequunt̃. ¶ Pre. Pctã ſunt q̃dam act⁹ hũani. ſʒ
actus hũani interdũ accipiunt ſpẽm a circũſtantijs vt ſu
pꝛa habitũ ẽ. g̃ pctã differũt ſpẽ ſm̃ ꝙ diuerſe circũſtan-
tie coꝛrumpunt̃. ¶ Pre. Diuerſe ſpẽs gule aſſignant̃ ſʒ
particulas que in hoc verſiculo cõtinent̃. Pꝛe ꝓꝑe laute ni-
mis ardenter ſtudioſe. hec aũt pertinẽt ad diuerſas circũ-
ſtãtias. nã ꝑꝓꝑe ẽ anteq3 opꝫ. nimis pl⁹ q̃3 opꝫ. ⁊ idẽ
pʒ ĩ alijs. g̃ ſpẽs pcti diuerſificant̃ ſm̃ diuerſas circũſtan
tias. ¶ Sʒ ꝯ ẽ qd̃ phũs dic̃ i. iij. ⁊. iiij. ethi. ꝙ ſingl'a vitia
peccãt agẽdo plus q̃3 opꝫ ⁊ qñ ñ oꝫ. ⁊ ſilr̃ ſm̃ oẽs alias
circumſtãtias. non g̃ ſm̃ hoc diuerſificãtur peccatoꝛum
ſpẽs. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt vbi occurrit
aliud motiuum ad peccandum. ibi eſt alia peccati ſpecies
qꝛ motiuũ ad peccãdũ ẽ finis ⁊ obiectũ. contingit aũt qñq3

ꝙ in corruptionib⁹ diuerſaꝝ circūſtātiaꝝ ē idē motiuū. ſicut illiberalis ab eodē mouet̄ ꝙ accipiat q̄n nō oportet. et vbi nō oportet. ⁊ plus q̄ꝫ oportet. ⁊ ſimiliter de alijs circūſtantijs. hoc enī facit ꝓpter inordinatū appetitū pecunie cōgregande. ⁊ in talib⁹ diuerſaꝝ circūſtantiaꝝ corruptiones nō diuerſificant ſpēs peccatoꝝ. ſed ꝑtinēt ad vnam ⁊ eandē pcti ſpēm. Quādoq̄ꝫ vero ꝯtingit ꝙ corruptiones diuerſaꝝ circūſtantiaꝝ ꝓueniūt a diuerſis motiuis. puta ꝙ aliq̄s ꝓpꝓpe comedat. ꝑōt ꝓuenire ex hoc ꝙ hō nō poteſt ferre dilationē cibi propter facilē cōſumptionem humiditatis. ꝙ vero appetat īmoderatū cibū. pōt ꝯtingere ꝓpter virtutē nature potentē ad cōuertendū multū cibū. ꝙ autē aliquis appetat cibos delicioſos. ꝯtingit ꝓpter appetitū delectatiōis que ē in cibo. vnde in talibus diuerſarum circūſtantiaꝝ corruptiones inducunt diuerſas pctī ſpēs. Ad. i. ḡ dōm ꝙ malū inquantū hmōi priuatio ē, ⁊ ideo diuerſificat̄ ſpē ſcḋm ea que priuāt̄. ſicut ⁊ cetere priuationes. ſed pctm̄ nō ſortit̄ ſpēm ex parte priuatiōis vel auerſionis. vt ſupra dictum ē. ſed ex cōuerſione ad obiectū actus. Ad. ij. dōm ꝙ circūſtantia nūq̄ꝫ transfert actuꝫ in aliā ſpēm niſi quando ē aliud motiuum. Ad. iij. dicendū ꝙ in diuerſis ſpēbus gule diuerſa ſunt motiua. ſicut dictū eſt.

Queſtio. LXXIIII

Deinde ꝯſiderandūꝫ eſt de cōparatione peccatoꝝ ad inuicē. Et circa hoc querunt̄ decē. Primo vtꝝ oīa pctā ⁊ vitia ſint ꝯnexa. Secūdo vtꝝ oīa ſint paria. Tertio vtꝝ grauitas pctōꝝ attendatur ſcḋm obiecta. Quarto vtrū ſcḋm dignitatē virtutis quib⁹ peccata opponunt̄. Quinto vtrum pctā carnalia ſint grauiora q̄ꝫ ſpūalia. Sexto vtꝝ ſcḋm cauſas pctōꝝ attendat̄ grauitas peccatoꝝ. Septimo vtrum ſcḋm circūſtantias. Octauo vtꝝ ſcḋm quantitatē nocumenti. Nono vtꝝ ſcḋm cōditionē ꝑſone ī quā ꝑ peccatur. Decio vtꝝ ꝓpter magnitudinē ꝑſone peccantis aggrauet̄ pctm̄.

Ad primuꝫ ſic proceditur. Videt̄ ꝙ omnia pctā ſint ꝯnexa. Dicit̄ eniꝫ Jaco. ij. Quicūq̄ꝫ totā legē ſeruauerit. offendat autēꝫ in vno. factus ē oīuꝫ reus. ſed idē ē eē reum omniū mādatoꝝ legis q̄d habere oīa peccata. q2 ſicut Ambro. dīc peccatū ē tranſgreſſio legis diuine ⁊ celeſtiū inobediētia mandatoꝝ. ergo quicūq̄ꝫ peccat vno peccato ſubijcit̄ omnib⁹ pctīs. Pre. Quodlibet pctm̄ excludit virtutē ſibi oppoſitā. ſ; qui caret vna virtute caret omnibus. vt patet ex ſupra dictis. ergo qui peccat vno pctō priuat̄ oīb⁹ virtutibus. ſed qui caret virtute hꝫ vitiū ſibi oppoſitū. ḡ qui habet vnū peccatū habꝫ oīa peccata. Pre. Virtutes ſunt omnes cōnexe que cōueniunt in vno principio. vt ſupra habitū ē. ſed ſicut virtutes ꝯueniūt in vno principio. ita ⁊ peccata. q2 ſicut amor dei qui facit ciuitatē dei ē principiū ⁊ radix omniū virtutū. ita amor ſui qui facit ciuitatē babylonis ē radix omniū peccatoꝝ. vt pꝫ per Aug. xiiij. ḋ ciui. dei. ḡ etiā omnia vitia ⁊ peccata ſunt ꝯnexa. ita vt qui vnuꝫ habet habeat oīa. Sed ꝯtra quedā vitia ſunt ſibi inuicē ꝯtraria. vt pꝫ per phm̄ in. ij. ethi. ſed impoſſibile ē ꝯtraria ſimul ineſſe eidem. ergo impoſſibile eſt oīa peccata ⁊ vitia ſibi eſſe inuicem cōnexa. R̄n. dōm ꝙ aliter ſe habet intentio agentis ſcḋm virtutē ad ſequendū rōnem ⁊ aliter intentio peccantis ad diuertendū a rōne. cuiuſlibet enī agentis ſcḋm virtutē intentio ē vt ipſius rōnis regulā ſequat̄. ⁊ iō oīuꝫ virtutū intentio in idē tendit. ⁊ ꝓpter hoc oēs virtutes hñt ꝯnexionē ad inuicē in ratione recta agibiliū que ē prudētia. ſicut ſupra dictū eſt. ſed intentio peccantis nō ē ad hoc ꝙ recedat ab eo q̄d ē ſcḋm rōnē. ſ; potius q̄d tendat in aliq̄d bonū appetibile a quo ſpēm ſortitur. Hmōi aūt bona in que tendit intētio peccantis a ratione recedēs ſunt diuerſa. nullā ꝯnexionē habentia ad inuicē. imo etiā interdū ſunt ꝯtraria. Cū igit̄ vitia ⁊ peccata ſpēm habeāt ſcḋm illud ad q̄d cōuertunt̄. manifeſtū ē ꝙ ſcḋm illud q̄d perficit ſpēm pctōꝝ nullā ꝯnexionē habēt pctā ad inuicē. nō enī pctm̄ cōmittit̄ in accedēdo a multitudīe ad vnitatē. ſicut accidit in virtutib⁹ q̄ ſunt annexe. ſed potius in recedēdo ab vnitate ad multitudinē. Ad. i. ḡ dicendū ꝙ Jacob⁹ loquit̄ de pctō nō ex ꝑte cōuerſiōis ſcḋm ꝙ pctā diſtinguunt̄. ſicut dictū ē. ſed loquit̄ de eis ex parte auerſionis. inq̄ꝫtū. ſ. hō peccādo recedit a legis mandato. oīa aūt legis mandata ſunt ab vno ⁊ eodē. vt ipſe ibidē dicit. ⁊ iō idē de⁹ cōtemnit̄ in oī pctō. ⁊ ex hac parte dicit ꝙ qui offendit ī vno factus ē oīum re⁹. q2. ſ. vno pctō peccando incurrit pene reatū ex hoc ꝙ cōtemnit deū. ex cui⁹ cōtēptu ꝓuenit oīuꝫ pctōꝝ reatus. Ad. ij. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū ē. nō ꝑ quēlibet actū pctī tollit̄ virt⁹ oppoſita. nam pctm̄ veniale virtutē nō tollit. pctm̄ aūt mortale tollit virtutē infuſam inquantū auertit a deo. ſed vnus act⁹ peccati etiā mortalis nō tollit habitū virtutis acq̄ſite. ſ; ſi multiplicent̄ actus intm̄ ꝙ generet̄ cōtrarius habit⁹. excludit̄ habit⁹ virtutis acquiſite. qua excluſa excludit̄ prudentia. q2 cū hō agit cōtra quācūq̄ꝫ virtutē agit cōtra prudentiā ſine qua nulla virtus moralis eē pōt. vt ſupra habitū eſt. ⁊ iō ꝑ cōſequēs excludunt̄ oēs virtutes morales q̄ꝫtum ad perfectū ⁊ formale eſſe virtutis q̄d habēt ſcḋm ꝙ participant prudentiā. remanēt tm̄ inclinationes ad act⁹ virtutū nō habētes rōnem virtutis. ſed nō ſequit̄ ꝙ ꝓpter hoc hō incurrat oīa vitia vel pctā. Primo quidē q2 vni virtuti plura vitia opponunt̄. ita ꝙ virtus pōt priuari ꝑ vnum eoꝝ. etiā ſi alterꝫ eorū nō adſit. Scḋo q2 pctm̄ directe opponit̄ virtuti quātū ad inclinationē virtutis ad actuꝫ. vt ſupra dictū ē. vnde remanentib⁹ aliquib⁹ inclinationib⁹ virtuoſis nō pōt dici ꝙ hō habeat vitia vel pctā oppoſita. Ad. iij. dōm ꝙ amor dei ē cōgregatiu⁹ inq̄ꝫtū affectuꝫ hoīs a multis ducit in vnum. ⁊ iō virtutes q̄ ex amore dei cauſant̄ cōnexionē habēt. ſed amor ſui diſgregat affectuꝫ hoīs ī diuerſa. ꝓut. ſ. hō ſe amat appetendo ſibi bona tēporalia que ſunt varia ⁊ diuerſa. ⁊ iō vitia ⁊ pctā que cauſantur ex amore ſui non ſunt connexa.

Ad ſecūdū ſic proceditur. Videt̄ ꝙ oīa pctā ſint paria. Hoc enī eſt peccare facere q̄d nō licet. ſed facere quod nō licet vno ⁊ eodē modo in oīb⁹ reprehendit̄. ergo peccare vno ⁊ eodē mō reprehendit̄. nō ergo vnū pctm̄ ē alio graui⁹. Pre. Omne pctm̄ cōſiſtit ī hoc ꝙ hō tranſgredit̄ regulā rōnis. q̄ ita ſe hꝫ ad actus hūanos ſicut regula linearis in corꝑalib⁹ rebus. ḡ peccare ſile ē ei quod ē lineas trāſilire. ſ; lineas trāſilire ē equaliter ⁊ vno mō. etiā ſi aliq̄s longi⁹ recedat vel ꝓpinquius ſtet. q2 priuatiōes nō recipiūt magis vel minus. ḡ oīa pctā ſunt eq̄lia. Pre. Peccata virtutib⁹ opponunt̄. ſ; oēs virtutes eq̄les ſunt vt Tulli⁹ dicit in paradoxis. ḡ oīa pctā ſunt paria. Sꝫ ꝯtra ē ꝙ dñs dīc ad Pilatū Job. xix. Qui tradidit me tibi mai⁹ pctm̄ hꝫ. ⁊ tm̄ cōſtat ꝙ pilat⁹ aliq̄d pctm̄ habuit ḡ vnū pctm̄ ē maius alio. R̄n. dō. ꝙ opio ſtoycoꝝ fuit quā Tulli⁹ ꝓſeq̄t ī paradoxis. ꝙ omnia pctā ſūt paria. ⁊ ex hoc etiā deriuat⁹

ē quoꝛundā hereticoꝝ erroꝛ qui ponētes omnia pctā eſſe
paria. dicūt etiā penas inferni eē pares. ⁊ ꝗ̄rum ex verbis
Tullij ꝑſpici pōt. ſtoyci ducebant ex hoc ꝙ ↄ̄ſiderabant
pctm̄ ex pte priuationis tm̄. put. ſ. eſt receſſus a rōne. Un̄
ſimpliciter eſtimātes ꝙ nulla priuatio ſuſciperet magis et
minus. poſuerunt omnia pctā eē paria. Sed ſiqs dilige̅
ter ↄ̄ſideret inueniet duplex priuationū gen⁹. Eſt eni̅ ꝗ̄
dam ſimplex ⁊ pura priuatio. q̄ ↄ̄ſiſtit quaſi in corruptū
eē ſicut mors eſt priuatio vite. ⁊ tenebra ē priuatio luīs.
⁊ tales priuatiōes nō recipiūt magis ⁊ min⁹. qꝛ nihil reſi
duū eſt de habitu oppoſito. vn̄ nō min⁹ eſt moꝛtuus ali‑
quis primo die moꝛtis ⁊ tertio vel quarto ꝙ̄ poſt annu̅
qn̄ iā cadauer fuerit reſolutū. ⁊ ſilr̄ nō eſt magis tene‑
broſa domus ſi lucerna ſit opta pluribꝰ velaminibꝰ ꝙ̄ ſi
ſit opta vno ſolo velamine totū lumen īterdudente. Eſt
aūt alia priuatio nō ſimplex. ſed aliqd retinēs de habitu
oppoſito. q̄ quidem priuatio magis ↄ̄ſiſtit in corrūpi ꝙ̄ ī
corruptū eē ſicut egritudo q̄ priuat debitā ↄ̄menſuratio
nem humoꝝ. ita tn̄ ꝙ aliqd ei⁹ remaneat. alioqn non re‑
maneret aīal viuū. ⁊ ſimile eſt de turpitudine ⁊ alijs hu
iuſmodi. Huiꝰ aūt priuatiōes recipiūt magis ⁊ minus
ex pte ei⁹ qd̄ remanet de habitu ↄ̄trario. multu̅. n. refert
ad egritudinē vel turpitudinē vtrū plus vel minus a de‑
bita ↄ̄menſuratione humanoꝝ vel mēbroꝝ recedat. ⁊ ſilr̄
dicendū ē de vitijs ⁊ pctīs. ſic. n. in eis priuat̄ debita ↄ̄mē
ſuratio rōnis vt nō totaliter oꝛdo rōnis tollat̄ alioqn ma
lū ſi ſit integrū deſtruit ſeipſū. vt dr̄ in. iiij. ethi. nō enim
poſſet remanere ſubſtantia act⁹ vel affectio agentis niſi
aliquid remaneret de oꝛdine rōnis. ⁊ iō multū intereſt ad
grauitatē pctī. vtrū plus vel minus recedat̄ a rectitudine
rōnis. ⁊ ſm̄ hoc dicendū ē ꝙ nō omnia pctā ſunt paria ¶
Ad. i. g̃ dō. ꝙ pctā ↄ̄mittere nō licet ꝓpter aliquā deoꝛdi‑
nationē quā habēt. vn̄ illa q̄ maioꝛē deoꝛdinationē conti
nent ſunt magis illicita. ⁊ ꝑ ↄ̄ſequēs grauioꝛa peccata.
¶ Ad. ij. dōm ꝙ rō illa ꝓcedit de peccato ac ſi eēt priua
tio pura. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ virtutes ſūt ēquales ꝓpoꝛtio‑
nabiliter in vno ⁊ eodē. tn̄ vna virtus ꝓcedit aliā digni‑
tate ſm̄ ſuā ſpēm. ⁊ vnus etiā hō ē alio virtuoſioꝛ ī eadē
ſpē virtutis. vt ſupra habitū ē. ⁊ tn̄ ſi virtutes eēnt pares
nō ſequeret̄ vitia eē paria. quia virtutes habēt connexio
nem non autem vitia ſeu peccata.

## AD tertium ſic procedi

tur. Videt̄ ꝙ peccatoꝝ grauitas nō varietur ſm̄
obiecta. Grauitas eni peccati ꝑtinet ad modū vel quali‑
tatem ipſius peccati. ſed obiectū ē materia ipſius peccati.
g̃ ſm̄ diuerſa obiecta peccatoꝝ grauitas nō variatur.
Pre. Grauitas peccati ē intentio malicie ipſius. peccatū
aūt nō hꝫ rōnem malicie ex pte ↄ̄uerſionis ad propꝛiu̅
obiectū. qd̄ eſt quoddā bonū appetibile. ſed magis ex pte
auerſionis. g̃ grauitas peccatoꝝ nō variat̄ ſm̄ diuerſa ob
iecta. ¶ Pre. Peccata q̄ habēt diuerſa obiecta ſunt di‑
uerſoꝝ generū. ſed ea q̄ ſunt diuerſoꝝ generꝝ nō ſunt cō
ꝑabilia. vt pꝛobat̄ in. vij. phiſicoꝝ. g̃ vnū pctm̄ nō ē gra‑
uius altero ſm̄ diuerſitatē obiectoꝝ. ¶ Sed contra. pec‑
cata recipiunt ſpēm ex obiectis. vt ex ſupra dictis pꝫ. ſed
aliquoꝝ peccatoꝝ vnū ē grauius altero ſm̄ ſuā ſpēm. ſi
cut homicidiū furto. g̃ grauitas peccatoꝝ differt ſm̄ obie
cta. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ex ſupradictis pꝫ. grauitas pecca
toꝝ differt eo mō quo vna egritudo ē alia grauioꝛ. ſicē eni̅
bonū ſanitatis ↄ̄ſiſtit in quadā ↄ̄menſuratione humo‑
rū ꝑ ↄ̄ueniētiam ad naturā aīalis. ita bonū virtutis ↄ̄‑
ſiſtit in quadā ↄ̄menſuratiōe hūani actus ſm̄ ↄ̄uenien‑
tiam ad regulā rōnis. Manifeſtū eſt aūt ꝙ tanto eſt gra‑
uioꝛ egritudo quāto tollit̄ debita humanoꝝ ↄ̄menſura‑
tio ꝑ ↄ̄menſurationē prioꝛis pricipij. ſicut egritudo que
ꝓuenit in coꝛpoꝛe hūano ex coꝛde qd̄ eſt principiū vite. vl̄
ex aliquo qd̄ appꝛopinquat coꝛdi ꝑiculoſioꝛ ē. vn̄ opoꝛ‑
tet etiā ꝙ peccatū ſit tanto grauius ꝗ̄to deoꝛdinatio con
tingit circa aliqd̄ principiū qd̄ ē prius in oꝛdine rationis
ratio aūt oꝛdinat oīa imagibilibꝰ ex fine. ⁊ iō quāto pecca
tū ↄ̄tingit in actibꝰ hūanis ex altioꝛi fine tanto peccatu̅
ē grauius. obiecta aūt actuū ſūt fines eoꝝ. vt ex ſupra di
ctis pꝫ. ⁊ iō ſm̄ diuerſitatē obiectoꝝ attendit̄ diuerſitas
grauitatis in peccatis. ſicut pꝫ ꝙ res exterioꝛes oꝛdinant̄
ad hominē ſicut ad finē. hō aūt oꝛdinat̄ vlteri⁹ in deū. ſic
in finē. vnde peccatū qd̄ eſt circa ipſam ſubſtantiā hōis.
ſicut homicidiū ē grauius pctō qd̄ eſt circa res exterioꝛes.
ſicut furtū. ⁊ adhuc ē grau⁹ peccatū qd̄ imediate contra
deū ↄ̄mittitur. ſicut infidelitas. blaſphemia ⁊ hmōi. ⁊ in
oꝛdine quoꝛūlibet hoꝝ peccatoꝝ vnū peccatū ē grau⁹ alte
ro ſm̄ qd̄ ē circa aliquid pricipalius vel minus pricipale.
Et qꝛ peccata habēt ſpēm ex obiectis. ⁊ dr̄ia grauitatis q̄
attendit̄ penes obiecta ē prima ⁊ principalis. quaſi ↄ̄ſe
quēs ſpēm. ¶ Ad. i. g̃ dōm. ꝙ obiectum ⁊ ſi ſit materia
circa quā terminat̄ actus. habet tn̄ rōnem finis ſm̄ ꝙ īrē
tio agentis fertur in ipſum. vt ſupra dictū eſt. foꝛma aūt
actus moꝛalis dependet ex fine vt ex ſupioꝛibus patet ¶
Ad. ij. dōm ꝙ ex ipa indebita ↄ̄uerſione ad aliqd̄ bonu̅
ↄ̄mutabile ſequit̄ auerſio ab incōmutabili bono. ī qua
ꝑficitur rō mali. ⁊ iō opoꝛtet ꝙ ſm̄ diuerſitatē eoꝝ q̄ per
tinent ad ↄ̄uerſionē ſequat̄ diuerſa grauitas malicie in
peccatis. ¶ Ad. iij. dōm. ꝙ oīa obiecta humanoꝝ actuu̅
habent oꝛdinē ad inuicē. ⁊ ideo oēs actus hūani quodā‑
modo ↄ̄ueniunt in vno genere ſm̄ ꝙ oꝛdinat̄ ad vltimū
finē. ⁊ ideo nihil pꝛohibet omnia pctā eſſe comparabilia.

## AD quartum ſic proce

ditur. Videtur ꝙ grauitas peccatoꝝ nō differat̄
ſm̄ dignitatē virtutum quibus peccata opponunt̄. vt ſu
pra maioꝛi virtuti grauius peccatū opponat̄. qꝛ vt dicit̄
Prouer. xv. In abundanti iuſticia virtus maxima eſt.
ſicut aūt dicit dn̄s Math. v. Abundans iuſticia cohibet
irā. que ē minus peccatū ꝙ̄ homicidiū qd̄ cohibet minoꝛ
iuſticia. g̃ maxime virtuti opponit̄ minimū peccatum ¶
Pre. In. ij. ethi. dicit̄ ꝙ virtus ē circa difficile ⁊ bonum
ex quo videt̄ ꝙ maioꝛ virtus ſit circa magis difficile. ſed
minus eſt peccatum ſi hō deficiat in magis difficili ꝙ̄ ſi
deficiat in minus difficili. ergo maioꝛi virtuti minus pec
catum opponitur. ¶ Preterea. Charitas eſt maioꝛ vir‑
tus quam fides ⁊ ſpes. vt dicitur. i. ad Coꝛ. xiij. Odium
aūt qd̄ opponit̄ charitati eſt minus peccatū ꝙ̄ infidelitas
vel deſperatio. q̄ opponunt̄ fidei ⁊ ſpei. ergo maioꝛi virtu
ti opponitur minus peccatum. ¶ Sed ↄ̄tra eſt qd̄ phūs
dicit in. viij. ethi. ꝙ peſſimū optimo ↄ̄trariū eſt. optimu̅
autē in moꝛalibꝰ eſt maxima virtus. peſſimū autē grauiſ
ſimu̅ peccatum. g̃ maxime virtuti opponit̄ grauiſſimum
peccatū. ¶ Rn̄. dōm. ꝙ virtuti opponitur aliquod pecca
tum. vno quidē mō principaliter ⁊ directe. quod. ſ. eſt cir
ca idem obiectum. nam ↄ̄traria circa idem ſūt. ⁊ hoc mo
do opoꝛtet ꝙ maioꝛi virtuti opponatur grauius peccatu̅
ſicut enim ex parte obiecti attendit̄ maioꝛ grauitas pecca
ti. ita etiam maioꝛ dignitas virtutis. vtrumqꝫ eni̅ ex ob
iecto ſpeciem ſoꝛtitur. vt ex ſupra dictis patet. vn̄ opoꝛtet

ꝙ maxime virtuti directe cōtrarietur maximū peccatū. q̄ſi maxime ab eo diſtās in eodē genere. Alio modo pōt conſiderari oppoſitio virtutis ad peccatū ſm̄ q̄ndam extē ſionem virtutis cohibentis peccatū. q̄nto enī fuerit vir tus maior. tanto magis elongat hominē a peccato ſibi cōtrario. ita ꝙ nō ſolū ipſm̄ peccatū. ſed etiam inducentia ad peccatum. cohibet. ꝛ ſic manifeſtū eſt ꝙ q̄nto aliqua virtus fuerit maior. tāto etiā minora peccata cohibet. ſicut etiam ſanitas quāto fuerit maior. tāto etiā minores diſ crepantias excludit. ꝛ ꝑ hūc modū maiori virtuti minus peccatū opponit ex pte effectus. Ad. i. ḡ dōm ꝙ ratio illa procedit de oppoſitiōe que attēditur ſm̄ cohibitiōem peccati. ſic enim abūdans iuſticia etiā minora peccata co hibet. Ad. ij. dōm ꝙ maiori virtuti que ē circa bonū magis difficile cōtrariatur directe peccatū. quod eſt circa malum magis difficile. vtrobiq̄ enī inuenit queda emi nentia ex hoc ꝙ oſtendit voluntas procliuior in bonū vel in malum ex hoc ꝙ difficultate nō vincit. Ad. iij. dōm ꝙ charitas nō ē quicūq̄ amor. ſed amor dei. vnde nō oppo nitur ei quodcūq̄ odium directe. ſed odiū dei. quod eſt grauiſſimum peccatorum.

## Ad quintū ſic procedi

tur. Videtur ꝙ peccata carnalia nō ſint minoris culpe q̄ peccata ſpūalia. Adulteriū enim grauius pecca tum eſt q̄ furtum. Dicitur. n. ꝓuer. vi. Nō grandis eſt culpe cū quis furatus fuerit. qui aūt adulter eſt, ꝓpter cor dis inopiā. ꝑdet animā ſuā. ſed furtū ꝑtinet ad auarici am que eſt peccatū ſpūale. adulteriū autem ad luxuriā que eſt peccatū carnale ḡ peccata carnalia ſunt maioris culpe. Pre. Aug⁹ dicit ſup Leuiti. ꝙ dyabolus maxie gaudet de peccato luxurie ꝛ idolatrie. iſ de maiori culpa magis gaudet. ḡ cū luxuria ſit peccatū carnale. videtur ꝙ peccata carnalia ſint maxime culpe. Pre. phūs ꝓbat in. vij. ethicoꝝ. ꝙ incōtinens ꝯcupiſcētie eſt turpior q̄ in continens ire. ſed ira eſt peccatum ſpūale ſm̄ Greg. xxxi. Moral. cōcupiſcentia autē ꝑtinet ad peccata carnalia. ḡ peccatum carnale ē grauius q̄ peccatum ſpūale. Sed cōtra ē q̄d Greg⁹ dic ꝙ pctā carnalia ſūt minoris culpe ꝛ maioris īfamie q̄ ſpūalia. Rñ. dō. ꝙ pctā ſpūalia ſūt maioris culpe q̄ peccata carnalia. quod nō ē ſic intelligē dum quaſi quodlibet peccatum ſpūale ſit maioris culpe quolibet peccato carnali. ſed quia cōſiderata hac ſola dif ferentia ſpūalitatis ꝛ carnalitatis grauiora ſunt q̄ cete ra peccata ceteris paribus. Cuius ratio triplex pōt aſſig nari. Prima quidem ex pte ſubiecti. nā peccata ſpūalia pertinent ad ſpiritum. cuius eſt conuerti ad deum ꝛ ab eo auerti. peccata vero carnalia conſūmantur in delecta tione carnalis appetitus. ad quē principaliter ꝑtinet ad bonum corꝑale conuerti. ꝛ ideo peccatum carnale in q̄tū hmōi plus habet de conuerſione. propter quod etiam eſt maioris adheſionis. ſed peccatum ſpūale habet plus de auerſione. ex qua procedit ratio culpe. ꝛ ideo peccatū ſpi rituale inquātum huiuſmodi eſt maioris culpe. Secun da ratio poteſt ſumi ex pte eius in quē peccat. nam pecca tum carnale inquātum hmōi eſt in corpus ꝓpriū. q̄d eſt minus diligendum ſm̄ ordinem charitatis q̄ deus ꝛ ꝓ ximus in quos peccatur per peccata ſpūalia. ꝛ ideo pecca ta ſpūalia inquātum hmōi ſunt maioris culpe. Ter tia ratio poteſt ſumi ex parte motiui. quia quāto eſt gra uius impulſiuum ad peccandum. tanto homo minus peccat. vt infra dicetur. peccata autem carnalia habēt ve hementius impulſiuū. i. ipſam concupiſcentiam carnis nobis inatam. ꝛ ideo peccata ſpiritualia inquātū hmōi ſunt maioris culpe. Ad. i. ḡ dōm ꝙ adulterium nō ſo lum pertinet ad peccatum luxurie. ſed etiam pertinet ad peccatum iniuſticie. ꝛ q̄tum ad hoc poteſt ad auariciam reduci. vt gloſa dicit ad Eph. v. ſup illud Omnis forni cator aut īmundus aut auarus. ꝛ tunc grauius eſt adul terium q̄ furtū quāto homini carior eſt vxor q̄ res poſ ſeſſa. Ad. ij. dōm ꝙ diabolus dicitur maxime gaudere de peccato luxurie. quia eſt maxime adherentie. ꝛ diffi cile ab eo homo poteſt eripi. inſatiabilis eſt. n. delectabilis appetitus. vt phūs dicit in. iij. Ethicoꝝ. Ad. iij. dōm ꝙ ſic phūs dic. turpior ē eē īcōtinētē ꝯcupiſcētie q̄ ī ꝯtinē te ire q̄r min⁹ ꝑticipat de rōe. ꝛ ſḃ hoc etiā dic ī. iij. Ethi. ꝙ peccata intemperantie ſunt maxime exprobrabilia. q̄r ſunt circa illas delectationes que ſunt comunes nobis ꝛ brutis. vñ quodāmō ꝑ iſta peccata homo brutalis red dit. ꝛ inde eſt ꝙ Greg⁹ dicit ꝙ ſunt maioris infamie.

## Ad ſextum ſic procedi

tur. Videtur ꝙ grauitas peccatorum non atten datur ſm̄ peccati cauſam. Quanto. n. peccati cauſa fue rit maior. tanto vehementius mouet ad peccandum. ꝛ ita difficilius poteſt ei reſiſti. ſed peccatum diminuit ex hoc ꝙ ei difficilius reſiſtit. hoc. n. ꝑtinet ad infirmitatē pecca tis vt non facile reſiſtat peccato. peccatū autem quod ē ex infirmitate leuius iudicatur nō ergo peccatum habet grauitatē ex parte ſue cāe. Pre. ꝯcupiſcentia eſt genera lis q̄dā cauſa peccati. vñ dicit glo. ſup illud Ro. vij. nā concupiſcentia neſciebā ꝛc. Bona eſt lex q̄ dū cōcup. ſi centiam ꝓhibet omne malum ꝓhibet. ſ; q̄nto homo fue rit victus maiori cōcupiſcentia. tāto eſt minus peccatum. grauitas ergo peccati diminuitur ex magnitudine cauſe. Pre. ſicut rectitudo rationis eſt cauſa virtuoſi actus. ita defectus rationis videtur eſſe cauſa peccati. ſ; defectus rationis quanto fuerit maior. tāto eſt minus peccatū. itā ꝙ qui caret vſu ratiōis oīno excuſetur a peccato. ꝛ qui ex ignorantia peccat leuius peccat. ergo grauitas peccati nō augetur ex magnitudine cauſe. Sed contra multipli cata cauſa multiplicatur effectus. ḡ ſi cauſa peccati maior fuerit peccatum erit grauius. Rñ. dōm ꝙ in genere pec cati ſicut et ī q̄libet alio genere poteſt accipi duplex cauſa Vna que eſt per ſe ꝛ propria cauſa peccati. que eſt ipſa voluntas peccandi. comparatur. n. ad actum peccati ſicut arbor ad fructū. vt dicitur in glo ſup illud Matth. vij. Nō poteſt arbor bona fructus malos facere. ꝛ hmōi cau ſa q̄nto fuerit maior. tanto peccatū erit grauius. quanto enim voluntas fuerit maior ad peccandum. tanto homo grauius peccat. Alie vero cauſe peccati accipiuntur quaſi extrinſece ꝛ remote. ex quibus. ſ. voluntas inclinatur ad peccandum. Et in his cauſis eſt diſtinguendum. Que dā. enim harum inducunt voluntatem ad peccandum ſm̄ ipſam naturam volūtatis. ſicut finis quod ē ꝓpriū obiectū volūtatis. et ex tali cauſa augetur pctm̄. grauius enī peccat cuius volūtas ex intentione peioris finis īclinatur ad peccandum. Alie vero cauſe ſunt que īclinant volun tatem ad peccandum preter naturā ꝛ ordinem ipſius vo luntatis. que nata eſt moueri libere ex ſeipſa ſm̄ iudiciū rationis. vnde cauſe que diminuunt iudicium rationis ſicut ignorantia vel que diminuūt liberum motum vo luntatis. ſicut infirmitas vel violentia aut metus aut ali quid hmōi. diminuunt peccatum ſicut ꝛ diminuunt vo

luntarium. intm̄ ꝙ ſi actus ſit omino inuoluntarius nõ
haber rationẽ peccati. ¶ Ad .i. ergo dõm ꝙ obiectio illa
procedit de cauſa mouente extrinſeca que diminuit volũ
tarium. cuius quidem cauſe augmentum diminuit pec-
catum vt dictũ ẽ. ¶ Ad .ij. dõ ꝙ ſi ſub ↄcupiſcẽtia inclu
datur. etiã ipſe mot⁹ volũtatis. ſic vbi ẽ maior cõcupiſcen
tia eſt maius peccatum. Si vero cõcupiſcentia dicatur
paſſio quedã q̃ eſt mot⁹ vis ↄcupiſcibilis. ſic maior cõ
cupiſcentia p̃cedens iudicium rationis ⁊ motũ volunta
tis ↄminuit peccatum. q: qui maiori cõcupiſcẽtia ſtimu
latus peccat cadit ex grauiori temptatione. vñ minus ei
imputatur. Si vero cõcupiſcentia ſic ſumpta ſequat̃ iudi
ciũ rationis ⁊ motũ voluntatis. ſic vbi ẽ maior concu-
piſcentia ẽ maius peccatũ. inſurgit. n. interdũ maior cõcu-
piſcentie motus ex hoc ꝙ voluntas ineffrenate tendit in
ſuum obiectum. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ ratio illa procedit de
cauſa que cauſat inuoluntariũ. ⁊ hec diminuit peccatum
vt dictum eſt.

# AD ſeptimũ ſic procedi-

tur. Uidetur ꝙ circũſtantia non aggrauet pecca
tum. Peccatum. n. habet grauitatẽ ex ſua ſpecie. circum
ſtantia autem nõ dat ſpeciẽ peccato. cũ ſit quoddã accñs
eius. ergo grauitas peccati nõ cõſideratur ex circumſtantia.
¶ Pre. aut circumſtantia eſt mala. aut nõ. ſi circũſtan-
tia mala eſt. ipſa per ſe cauſat q̃ndã ſpeciẽ mali. ſi vero nõ
ſit mala. nõ habet vnde augeat malũ. ergo circũſtãtia nullo
modo auget peccatum. ¶ Pre. malicia peccati eſt ex pte
auerſionis. ſed circũſtantie cõſequũtur peccatũ ex pte cõ-
uerſionis. ergo non augent maliciam peccati. ¶ Sed con-
tra eſt ꝙ ignorantia circũſtantie diminuit peccatum. qui
enim peccat ex ignorantia circumſtantie meretur veniã.
vt dicit̃ in .iij. ethicoꝝ. hoc autem nõ eſſet niſi circũſtantia
aggrauaret peccatum ergo circũſtantia peccatũ aggrauat. ¶
Rñ. dõm ꝙ vnũquodq; ex eodẽ natũ eſt augeri ex quo
cauſatur. ſicut phũs dicit de habitu virtutis in .ij. ethi.
Manifeſtũ eſt aũt ꝙ peccatũ cauſat̃ ex defectu alicuius
circumſtantie. ex hoc. n. receditur ab ordine rationis ꝙ ali-
quis in operando nõ obſeruat debitas circumſtãtias. vñ
manifeſtũ ẽ ꝙ peccatũ natũ ẽ aggrauari per circũſtãtiã.
Sꝫ hoc quidẽ cõtingit tripl'r. Uno q̃dẽ mõ inq̃tũ circũ
ſtantia transfert in aliud genus peccati. ſicut peccatũ for-
nicationis conſiſtit in hoc ꝙ homo accedit ad nõ ſuam. ſi
autem addatur hec circũſtantia vt illa ad quã accedit ſit
alterius vxor. transfertur iam in aliud genus peccati. ſcꝫ
in iniuſticiã. inq̃tum homo vſurpat rẽ alteri⁹. ⁊ ſm hoc
adulteriũ eſt grauius peccatũ q̃ fornicatio. Aliq̃n vero
circumſtantia non aggrauat peccatũ quaſi trahẽs in ali-
ud genus peccati. ſed ſolum q: multiplicat rationem pec
cati. ſicut ſi prodigus det q̃n non debet. ⁊ cui nõ debet mul
tiplicius peccat eodem genere peccati. q̃ ſi ſolũ det cui ñ
debet. ⁊ ex hoc ipſo peccatum fit grauius. ſicut etiã egritudo
ẽ grauior que plures partes corporis inficit. Uñ ⁊ Tullius
dicit in paradoxis ꝙ in patris vita violãda multa peccan
tur. violat̃. n. is qui procreauit. q̃ aluit. q̃ erudiuit. q̃ in ſede
ac domo atq; in rẽ publicam collocauit. Tertio mõ cir-
cũſtantia aggrauat peccatum ex eo ꝙ auget deformitatẽ
prouenientẽ ex alia circũſtãtia. ſicut accipe alienũ cõſtituit
peccatum furti. ſi aũt addatur hec circumſtãtia vt multũ
accipiat de alieno. erit peccatũ grauius. q̃uis accipe mul
tũ vel parũ de ſe nõ dicat rationem boni vel mali. ¶ Ad
i. ergo dõm ꝙ aliqua circumſtantia dat ſpeciẽ actui morali

vt ſupra habitũ ẽ. ⁊ tñ circũſtantia q̃ non dat ſpeciem po
teſt aggrauare peccatum. q: ſicut bonitas rei non ſolũ pẽ
ſat̃ ex ſua ſpẽ. ſed etiam ex aliquo accidẽte. ita malicia ac
tus nõ ſolũ penſat̃ ex ſpẽ actus. ſꝫ etiã ex circumſtantia. ¶
Ad .ij. dõm ꝙ vtroq; mõ circũſtantia poteſt aggrauare
peccatum. ſi. n. ſit mala nõ tñ propter hoc oportet ꝙ conſti-
tuat ſpeciem peccati. põt. n. eadẽ ratione malicie in eadẽ
ſpecie. vt dictum ẽ. ſi aũt nõ ſit mala. põt aggrauare pec-
catum in ordine ad maliciam alterius circũſtantie. ¶ Ad
apparēs motiuū cū defectu debiti motiui. ſcꝫ regule rōis
vł legis diuine. apꝫ motiuū qđ ē apparēs bonū ptiet ad ap
phēſiōez ſenſ⁹ ⁊ appetitū. ipa aūt abſentia debite regule p
tinet ad rōnez q̄ nata ē hmōi regulā ꝯſiderare. ſꝫ ipa pfec
tio volūtarij act⁹ peti ptinet ad volūtatē. ita ꝙ ipe volū
tatis act⁹ pmiſſis ſuppoſitis iā ē qddam petm̄. ¶ Ad. i. g̃
dđ. ꝙ id ꝙ ē itrinſecū ſic potētia naturalis ſemp ieſt. id
aūt qđ ē itrinſecū ſic act⁹ iterior appetitiue vł apphēſiue
virtutis nō ſemp ieſt. ipa aūt potētia volūtatis ē cā peti in
potētia. ſꝫ reducitur ī actū p mot⁹ pcedētes ⁊ ſenſitiue ptis
primo ⁊ rōnis cōſequenter. ex hoc. n. ꝙ aliqđ pponitur vt ap
petibile ſm ſenſū. ⁊ appetit⁹ ſenſitiu⁹ īclinatur in illđ. rō in
terdū ceſſata a ꝯſideratiōe regule debite. ⁊ ſic volūtas p
ducit actū peti. qꝛ igitur mot⁹ pcedētes ñ ſep ſūt ī actu neqꝫ
petm̄ ſemp ē ī actu. ¶ Ad. ij. dđ. ꝙ nō oēs mot⁹ iteriores
ſūt de ſubſtātia peti qđ cōſiſtit pncipaliter ī actu volūta
tis. ſꝫ qdaz pcedūt ⁊ qdā ꝯſequūtur ipm petm̄. ¶ Ad. iij. dđ
ꝙ illđ qđ ē cā peti ſic potētia pducēs actū ē naturale. mo
tus etiā ſenſitiue ptis ex q̄ ſequitur petm̄ īterdū ē naturalis
ſic cū ppter appetitū cibi aliqs peccat. ſꝫ efficitur petm̄ inatu
rale ex hoc ipſo ꝙ deficit regula naturalis. quā homo ſm
naturā ſuam debet attendere.

AD tertium ſic pcedi t. Videtur ꝙ petm̄ nō hēat
cauſā exteriorē. Petm̄. n. ē act⁹ volūtati⁹. volūta
tis aūt ſūt eoꝝ q̄ ſūt ī nobis. ⁊ ita ñ habēt exteriorē cauſaz
g̃ petm̄ ñ hꝫ exteriorē cauſā. ¶ Pre. ſicꝫ natura ē pncipiū
interi⁹. ita etiā volūtas. ſꝫ petm̄ ī reb⁹ naturalib⁹ nūꝙ ac
cidit niſi ex aliq̄ īteriori cā vt pote mōſtruoſi part⁹ pueni
ūt ex corruptiōe alicuius pncipij īterioris g̃ neqꝫ in mora
lib⁹ pōt ꝯtingere petm̄ niſi ex īteriori cā nō. g̃ hꝫ petm̄ cau
ſam exteriorem. ¶ Pre. multiplicata cā multiplicatur effe
ctus. ſꝫ q̄to plura ſūt ⁊ maiora exteri⁹ inducētia ad peccā
dū. tāto minus id qđ q̄s īordinate agit ei imputatur ad pec
catū. g̃ nihil exterius ē cā peti. ¶ Sꝫ cōtra ē qđ dī Nūeri
xxxi. Nonne iſte ſunt que deceperūt filios iſrael. ⁊ puari
cari vos fecerunt in domino ſuper peccato phogor. ergo
aliquid exterius poteſt eſſe cauſa faciens peccare.

Rń. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū ē. cauſa interior peccati eſt ⁊ voluntas vt perficiens actū peccati. ⁊ ratio quantū ad carentiam debite regule. ⁊ appetitus ſenſitiuꝰ inclinans. Sic ergo aliquid extrinſecū tripliciter poſſet eē cauſa peccati. vel q2 mouēt immediate ipaꝫ voluntatē. vel q2 moueret rōnem. vel q2 moueret appetitū ſenſitiuū. voluntatem aūt vt ſupra dictū ē. interius mouere nō pōt niſi deus. q nō pōt eē cauſa pcti. vt infra oſtēdet. Vel relinquit ꝙ nihil exterius pōt eē cauſa pcti. niſi vel inquantū mouet rōnem. ſicut hō vel demon pſuadens peccatū. vel ſicut mouens appetitū ſenſitiuū. ſicut aliqua ſenſibilia exteriora mouent appetitū ſenſitiuum Sed neqꝫ pſuaſio exterior in rebus agendis ex neceſſitate mouet rōnem. neqꝫ etiaꝫ res exterius ꝓpoſite ex neceſſitate mouēt appetitū ſenſitiuum. niſi forte aliquo modo diſpoſitū. ⁊ tn̄ etiam appetitus ſenſitiuus nō ex neceſſitate mouet rōnem ⁊ voluntatē. vnde aliqd exterius pōt eē aliqua cauſa mouēs ad peccandū nō tn̄ ſufficienter ad peccandū inducēs. ſed cā ſufficienter ꝯplens peccatū ē ſola voluntas. Ad. i. ḡ dōm ꝙ ex hoc ipſo ꝙ exteriora mouētia ad peccandū nō ſufficienter ⁊ ex neceſſitate inducunt. ſequitur ꝙ remaneat i nobis peccare ⁊ non peccare. Ad. ij. dōm ꝙ ꝑ hoc ꝙ ponitur interior cā peccati nō excluditur exterior. nō eni id qꝺ ē exterius. ē cauſa peccati niſi mediante cā interiori. vt dictum ē. Ad. iij. dicēdū ꝙ multiplicatis exterioribꝫ cauſis inclinantibꝫ ad peccandū multiplicantur actꝰ peccati. q2 plures ex illis cauſis ⁊ pluries inclinant ad actus pcti. ſed tamen minuitur rō culpe que conſiſtit in hoc ꝙ aliqd ſit voluntarium ⁊ in nobis.

## AD quartum ſic proce

ditur. Videtur ꝙ peccatū nō ſit cauſa pcti. Sūt enim quattuor genera cauſarum. quoꝝ nullū pōt ad hoc cōgruere ꝙ peccatū ſit cā pcti. finis eni hꝫ rōneꝫ boni. qꝺ nō cōpetit pctō qꝺ de ſua rōne ē malū. ⁊ eadem rōne nec peccatū pōt eē cā efficiens. q2 malū nō ē cauſa agens. ſed ē infirmum ⁊ impotens vt Dio. dicit. iiij. ca. de diui. no. cauſa aūt materialis ⁊ formalis videntur hīc ſolum locum in naturalibus corporibus que ſunt cōpoſita ex materia ⁊ forma. ergo peccatū non poteſt habere cām materialē ⁊ formalē. Pre. Agere ſibi ſimile ē rei pfecte. vt dicitur in. iiij. ethi. ſed peccatum de ſui rōne ē imꝑfectum ḡ peccatū nō pōt eē cauſa peccati. Pre. Si huiꝰ peccati ſit cā aliud peccatū. eadē rōne ⁊ illius erit cā aliqꝺ aliud peccatū. ⁊ ſic procedetur in infinitum. qꝺ eſt inconueniens. nō ḡ peccatū ē cā peccati. Sed ꝯtra ē qꝺ Gregꝰ dicit ſup Ezech. Peccatū qꝺ ꝑ pniam citꝰ nō delet. peccatū ē cā ⁊ peccati. Rń. dōm ꝙ cū peccatū habeat cauſaꝫ ex parte actus. hoc modo vnū peccatū poſſet eē cā alteriꝰ. ſicut vnus actus humanus pōt eē cā alteriꝰ. Cōtingit igitur vnū peccatū eē cām alterius ſcḋm quattuor genera cāꝝ. Primo quidē ſcḋm modū cāe efficientis vel mouentis ⁊ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accidēs. Per accidēs quidē ſicut remouēs prohibens dicit mouens ꝑ accidēs. cū eni ꝑ vnū actū peccati hō amittit grām vel charitatē vel verecundiaꝫ vel quodcunqꝫ aliud retrahēs a pctō. incidit ex hoc in aliud peccatum. ⁊ ſic primū peccatū ē cā ſecundi ꝑ accñs. Per ſe quidē ſicut cū ex vno actu peccati hō diſponit ad hoc ꝙ aliū actū cōſimilē facilius ꝯmittit. Ex actibus eni cauſant diſpoſitiones ⁊ habitus inclinantes ad ſimiles actus. Secundum vero genus cauſe materialis vnum peccatum ē cauſa alterius inquantū pparat ei materiam. ſicut auaricia pparat materiam litigio. qꝺ plerūqꝫ ē de diuitijs cōgregatis. Secundū vero genus cauſe finalis vnū peccatū eſt cauſa alterius inquantū ꝓpter finem vnius peccati aliquis cōmittit aliud peccatū. ſicut cū aliqs cōmittit ſimoniam ꝓpter finē ambitionis. vel fornicationem ꝓpter furtū. Et quia finis dat formam in moralibus vt ſupra habitum ē. ex hoc etiam ſequitur ꝙ vnum peccatū ſit formalis cauſa alterius. in actu eni fornicationis. q ꝓpter furtū cōmittit ē quidem fornicatio ſicut materiale. furtuꝫ vero ſicut formale. Ad. i. ḡ dōm ꝙ peccatū inquantū ē inordinatū habet rōnem mali. ſed inquantū ē actus quidam habet aliqꝺ bonū ſaltem apparens ꝓ fine. ⁊ ita ex pte actꝰ pōt eē cauſa ⁊ finalis ⁊ effectiua alterius peccati. licet nō ex pte inordinationis. materiā aūt habet peccatū ex qua. ſed circa quā. formaꝫ aūt hꝫ ex fine. ⁊ iō ſcḋm quattuor genera cauſaꝝ peccatū pōt dici cauſa peccati. vt dictum eſt. Ad. ij. dicendū ꝙ peccatū ē impfectū imperfectiōe morali ex pte inordinationis. ſed ex parte actus pōt hēre perfectionē nature. ⁊ ſcḋm hoc pōt eē cauſa peccati. Ad. iij. dōm ꝙ nō omnis cauſa peccati ē peccatū. vñ nō oportet vt pcedat in infinitū. ſed pōt pueniri ad aliqꝺ peccatum cuius cauſa nō ē aliud peccatū.

Queſtio LXXVI

## DEinde conſiderandū

ē de cauſis peccati in ſpēali. Et primo de cauſis interioribꝫ peccati. Scḋo de exterioribus. Tertio de peccatis que ſūt cauſa alioꝝ peccatoꝝ. Prima autē cōſideratio ſcḋm premiſſa erit tripꝉta. nā primo aget de ignorantia que eſt cauſa peccati ex parte rōnis. Secūdo de infirmitate ſeu paſſione que eſt cauſa peccati ex pte appetitus ſenſitiui. Tertio de malicia q eſt cauſa pcti ex parte voluntatis. Circa primum querunt quattuor. Primo vtrum ignorantia ſit cauſa peccati. Secundo vtrꝫ ignorantia ſit peccatum. Tertio vtruꝫ totaliter a peccato excuſet. Quarto vtrum diminuat peccatum.

## AD primuꝫ ſic procedi

tur. Videt ꝙ ignorantia nō poſſit eē cauſa peccati. q2 qꝺ nō eſt nullius ē cauſa. ſed ignorantia eſt non ens cū ſit priuatio quedā ſcie. ḡ ignorantia nō ē cauſa peccati. Pre. Cāe peccati ſunt accipiende ex pte cōuerſionis. vt ex ſupra dictis pꝫ. ſed ignorantia videt reſpicere auerſionē. ḡ non debet poni cauſa peccati. Pre. Oē peccatū in volūtate cōſiſtit. vt ſupra dictū ē. ſed voluntas non fert niſi in aliqꝺ cognitum. q2 bonū apprehenſum eſt obiectū voluntatis. ḡ ignorantia nō pōt eē cauſa pcti. Sꝫ ꝯtra eſt qꝺ Augꝰ dicit in li. de natura ⁊ gratia. ꝙ quedam ꝑ ignorantiam peccant. Rń. dōm. ꝙ ſcḋm phm̄ i viij phiſicoꝝ. cauſa mouēs eſt duplex. Vna per ſe. ⁊ alia per accidens. Per ſe quidem eſt que propria virtute mouet. ſicut generans ē cauſa mouēs grauia ⁊ leuia. Per accidens autē ſicut remouēs ꝓhibens. vel ſicut ipſa remotio prohibentis. ⁊ hoc modo ignorantia pōt eſſe cauſa actus peccati. Eſt enim priuatio ſciencie perficientis rationem que prohibet actum peccati. Inquantum dirigit actus humanos. Conſiderandum eſt autem ꝙ ratio ſcḋm duplicē ſciam ē hūanoꝝ actuū directiua. ſ. ſcḋm ſciam vlem ⁊ ꝑticularē ꝯferēs eni de agendis vtit quodā ſylogiſmo cuiꝰ ꝯcluſio iudiciū ē ſeu electio vel opatio. actiones autem in ſingularibꝰ ſūt. vnde ꝯcluſio ſylogiſmi opatiui ē ſingularis. ſingularis autē ꝓpoſitio nō ꝯcluditur ex vli niſi mediante aliqua ꝓpoſitiōe ſingulari ſic ab actu hō ꝓhibet

ab actu patricidij per hoc ꝙ scit patrem non esse occiden-
dum. ⁊ per hoc ꝙ scit hunc eẽ patrem. vtriusq; ergo igno-
rantia põt causare ꝑricidij actũ. s. ⁊ vniuersalis pricipij.
qḋ ẽ quedã regula rõnis ⁊ singularis circũstantie. vñ pꝫ
ꝙ nõ quelibet ignorantia peccatis ẽ cã pcti. s illa tñ que
tollit sciam ꝓhibentẽ actũ peccati. vñ si voluntas alicu-
ius eẽt sic disposita ꝙ nõ ꝓhiberet̃ ab actu patricidij. etiã
si pr̃eꝫ agnosceret ignorantia pr̃is nõ ẽ huic cã pcti. ſꝫ con
comitanter se hꝫ ad pctm̃. ⁊ iõ talis nõ peccat ꝓpter igno-
rantiã. sed peccat ignorans ſm phm̃ in. iij. ethi. ¶ Ad .i.
g̃ dõm ꝙ nõ ens nõ põt eẽ alicuius cã ꝑ se. põt tñ esse cã
ꝑ accidẽs sicut remouens ꝓhibẽs. ¶ Ad .ij. dõm. ꝙ sicut
scia quã tollit ignorantia respicit pctm̃ ex pte ↄuersionis
ita etiã ignorantia ex pte ↄuersionis ẽ cã peccati vt remo
uens prohibens. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ in illud qḋ ẽ oĩno ad
oĩa ignotũ nõ põt ferri volũtas. sed si aliquid ẽ ſm aliqḋ
notũ ⁊ ſm aliqḋ ignotũ. põt voluntas illud velle. ⁊ hoc
modo ignorãtia ẽ cã peccati. sicut cũ aliquis scit hũc queꝫ
occidit esse hominẽ. sed nescit eũ eẽ pr̃em. vel cuꝫ aliquis
scit aliquẽ actũ eẽ delectabilẽ. nescit tñ eũ eẽ peccatum.

# AD secunduꝫ sic proce

ditur. Videt̃ ꝙ ignorantia nõ sit peccatũ. Pec-
catũ enĩ ẽ dictũ vel factũ vel ↄcupitũ ↄtra legẽ dei. vt su-
pra habitũ ẽ. sed ignorantia nõ importat aliquẽ actũ ne
q; interiorẽ neq; exteriorẽ. g̃ ignorantia nõ est peccatum.
¶ Pre. Peccatũ directius opponit̃ grẽ q̃ scie. sed priua
tio grẽ nõ est pctm̃. sed magis pena q̃dam ↄsequẽs pctm̃.
g̃ ignorãtia q̃ ẽ priuatio scie nõ ẽ pctm̃. ¶ Pre. Si igno
rantia est pctm̃ hoc nõ ẽ nisi inquantũ ẽ voluntaria. sed si
ignorantia sit peccatũ inq̃tũ ẽ voluntaria. videt̃ peccatũ
in ipso actu voluntario ↄsistere magis q̃ in ignorantia. g̃
ignorantia nõ erit peccatũ. sed magis aliqḋ ↄñs ad pecca
tũ. ¶ Pre. Oẽ peccatũ ꝑ penitentiã tollit̃. nec aliquod
peccatuꝫ trãsiens reatu remanet actu nisi soluꝫ originale
ignorantia aũt nõ tollit̃ ꝑ pniam. ſꝫ adhuc remanet actu
omni reatu per pniam remoto. g̃ ignorantia nõ ẽ peccatũ
nisi forte sit originale. ¶ Pre. Si ipsa ignorantia sit pec
catũ q̃diu remaneret ignorantia in hoĩe. tãdiu actu pec-
caret. sed ↄtinue manet ignorantia in ignorante. g̃ igno-
rans ↄtinue peccaret. qḋ pꝫ eẽ falsũ. q: sic ignorantia eẽt
grauissimũ. nõ g̃ ignorantia ẽ peccatũ. ¶ Sed ↄtra. ni-
hil meret̃ penã nisi peccatũ. sed ignorantia meret̃ penam
ſm illud. i. ad Coꝛ. xiiij. Si quis ignorat ignorabitur. g̃
ignorantia ẽ peccatũ. ¶ Rñ. dõm ꝙ ignorantia in hoc a
nescientia differt. q: nescientia dicit simplicẽ scie negati-
onẽ. vnde cuicunq; deest aliqua rer̃ scia põt dici nescire
illã. ſm quẽ modũ Dio. in angelis nescientiã ponit. vi.
c. cel. hierar. ignorantia vero iportat scie priuationẽ. dũ. s.
alicui deest scia eoꝝ q̃ aptus natus ẽ scire. Hoꝝ autẽ que
dã aliquis scire tenet̃. illa. s. sine quoꝝ scia nõ põt debituꝫ
actũ recte exercere. vñ oẽs tenent̃ scire cõiter ea que sũt fi-
dei ⁊ vniuersalia iuris ꝑcepta. singuli aũt ea q̃ ad eorum
statũ vł officiũ spectãt. Vnusquisq; vero scire tenet̃ ea q̃ ad
suũ officiũ spectãt. Quedã vero sunt q̃ ⁊ si aliquis natus
ẽ scire. ñ tñ ea scire tenet̃. sicut theoremata geometrie ⁊ cõ
tingentia ꝑticularia nisi in casu. Manifestũ ẽ autẽ ꝙ q̃-
cunq; negligit habere vel facere id qḋ tenet̃ habere vel fa-
cere id qḋ tenet̃ habere vel facere. peccat pctõ omissionis
vnde propter negligentiam ignorantia eorum q̃ aliquis
scire tenet̃ ẽ peccatum. nõ aũt imputat̃ hoĩ ad negligenti
am si nesciat ea q̃ scire nõ põt. vnde hoꝝ ignorantia inui

cibilis dicit̃. q: studio superari nõ põt. ⁊ ꝓpter hoc tal' igno-
rantia cũ nõ sit voluntaria eo ꝙ nõ ẽ in pr̃ate nr̃a eaꝫ re
pellere nõ ẽ peccatũ. ex quo pꝫ ꝙ nulla ignorãtia inuinci
bilis ẽ peccatũ. ignorantia aũt vincibilis ẽ peccatuꝫ. si sit
eoꝝ que aliquis scire tenet̃. nõ aũt si sit eoꝝ que q̃s scire ñ
tenet̃. ¶ Ad .i. g̃ dõm ꝙ sicut supra dictũ ẽ. in hoc ꝙ di-
cit̃ dictũ vel factũ vel ↄcupitũ. sunt intelligende etiã ne-
gationes opposite ſm ꝙ omissio hꝫ rõnẽ pcti. ⁊ ita negligẽ
tia ſm quã ignorantia ẽ peccatũ ↄtinet̃ sub ꝑdicta diffini
tione pcti. inq̃tũ ꝑtermittit̃ aliqḋ qḋ debuit dici vel fieri
vel ↄcupisci ad sciam debitã acq̃rendã. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ
priuatio grẽ ⁊ si ſm se nõ sit peccatũ. tñ rõne negligentie
ꝑparandi se ad grãm põt habere rõnẽ pcti sicut ⁊ ignoran
tia. ⁊ tñ quantũ ad hoc ẽ dissimile. q: hõ põt aliquã sciaꝫ
acquirere ꝑ suos act9. grã vero nõ acquirit̃ ex nr̃is actibus
sed ex dei munere. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ sicut in pctõ trãsgres-
sionis. peccatũ nõ ↄsistit in solo actu voluntatis. sed etiã
in actu volito qui ẽ imꝑatus a volũtate. ita in pctõ omis-
sionis nõ solũ actus voluntatis ẽ peccatũ. sed etiam ipsa
omissio inquantũ ẽ aliqualiter voluntaria. ⁊ hoc mõ ipsa
negligentia sciendi vel etiã ipsa incõsideratio ẽ peccatum
¶ Ad .iiij. dõm ꝙ licet transeunte reatu ꝑ penitentiã re-
maneat ignorantia ſm ꝙ ẽ priuatio scie. non tñ remanet
negligẽtia ſꝫ quã ignorãtia pctm̃ dicit̃. ¶ Ad .v. dõm. ꝙ
sicut in alijs pctis omissionis solo illo tpe hõ actu peccat
pro quo preceptũ affirmatiuũ obligat. ita est ⁊ de peccato
ignorantie. nõ enĩ ↄtinue ignorãs actu peccat. sed solum
qñ est tempus acq̃rendi scientiam quam habere tenetur.

# AD tertium sic procedi

tur. Videt̃ ꝙ ignorantia ex toto excuset a pctõ. q:
vt Aug9 dicit. oẽ peccatũ volũtariũ ẽ. ſꝫ ignorãtia causat
inuoluntariũ vt supra habitũ ẽ. g̃ ignorantia totaliter ex
cusat peccatũ. ¶ Pre. Id qḋ aliquis facit ꝑter intentio
nẽ ꝑ accñs agit. sed intentio nõ põt eẽ de eo qḋ ẽ ignotuꝫ
g̃ id qḋ ꝑ ignorantiã hõ agit ꝑ accñs se hꝫ in actibꝫ huma
nis. sed ꝙ ẽ ꝑ accidẽs nõ dat speꝫ. nihil g̃ qḋ ẽ ꝑ ignoran
tiã factũ dꝫ iudicari peccatũ vel virtuosũ in hũanis actibꝫ
¶ Pre. Hõ ẽ subiectũ virtutis ⁊ peccati inquantuꝫ ẽ ꝑ-
ticeps rõnis. sed ignorantia excludit sciam ꝑ quã rõ ꝑficit̃
g̃ ignorãtia totaliter excusat a pctõ. ¶ Sꝫ ↄtra ẽ ꝙ Aug9
dicit in li. de li. arbi. ꝙ quedã ꝑ ignorantiã facta recte im
probant̃. sed solũ illa recte improbant̃ q̃ sunt pctã. g̃ que
dã ꝑ ignorantiã facta sunt pctã. nõ g̃ ignorãtia oĩno excu
sat peccatuꝫ. ¶ Rñ. dõm ꝙ ignorantia de se hꝫ ꝙ faciat
actũ quẽ causat inuoluntariũ eẽ. iam aũt dictũ ẽ ꝙ igno-
rantia dicit̃ causare actũ quẽ scia opposita prohibebat. ⁊
ita talis actus si scia adesset. eẽt ↄtrarius voluntati. qḋ im-
portat nomẽ inuolũtarij. si vero scia que ꝑ ignorantiã pri
uat̃ nõ ꝓhiberet actũ propter inclinationẽ voluntatis in
ipsum. ignorantia huius scie nõ facit hoĩeꝫ inuolũtarium
sed nõ volentẽ. vt dicit̃ in. iij. ethi. ⁊ talis ignorãtia q̃ non
est causa actus peccati. vt dictũ ẽ. q: nõ causat inuolũta-
riũ. nõ excusat a pctõ. Et eadẽ rõ ẽ de quacũq; ignorantia
nõ causante sed ↄsequente vel cõcomitante actum peccati
sed ignorantia que ẽ causa actus quia causat inuolunta-
rium. de se habet ꝙ excuset a peccato. eo ꝙ voluntarium
est de ratione peccati. Sed ꝙ aliquando nõ totaliter ex-
cuset a peccato potest cõtingere ex duobus. Vno mõ ex ꝑ
te rei ipsius ignorate. intantũ enĩ ignorantia excusat a pec
cato inq̃tũ ignorat̃ aliqḋ eẽ pctm̃. ꝑt ãt ↄtingere ꝙ aliq̃s ignoret
q̃dã aliq; circũstãtiã pcti q̃ si sciret, retraheret̃ a peccando

ſiue illa circumſtantia faciat ad rationem peccati ſiue nō ꝛ tñ adhuc remanet in eius ſciā aliqd ꝑ qđ cognoſcit illđ eē actū pcti. puta ſi aliquis percutiens aliquē ſciat qdem ipm eē hominē. qđ ſufficit ad rōnē pcti. nō tñ ſcit eū eſſe patrē q̄đ ē circūſtantia ↄſtituens nouā ſpēm pcti. vel forte neſcit ꝙ ille ſe defendens repcuciat eū. qđ ſi ſciret nō ꝑcuteret qđ nō ꝑtinet ad rōnem pcti. vñ licet talis ꝓpter ignorantiam peccet nō tñ totaliter excuſat a pctō. qꝛ adhuc remanet ei cognitio peccati. Alio mō pōt hoc ↄtingere ex pte ipſius ignorantie. qꝛ. ſ. ipſa ignorantia ē volūtaria vl' directe. ſicut cū aliquis ſtudioſe vult neſcire aliqua vt liberius peccet. vel indirecte. ſicut cū aliquis ꝓpter laborē vel ꝓpter aliquas occupationes negligit addiſcere id per qđ a pctō retraheret. talis enī negligentia facit ignorantiam ipſā eē voluntariam ꝛ pctm̄. dūmodo ſit eoꝝ q̄ quis ſcire tenet ꝛ pōt. ꝛ iō talis ignorantia nō totaliter excuſat a pctō. Si vero ſit talis ignorantia que oīno ſit inuoluntaria. ſiue qꝛ ē inuincibilis. ſiue qꝛ ē eius qđ quis ſcire nō tenet. talis ignorantia oīno excuſat a pctō. ¶ Ad. i. ğ dđ. ꝙ nō omnis ignorantia cauſat inuoluntariū. ſicut ſupra dictū ē. vnde nō omnis ignorantia totaliter excuſat a peccato. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ inquantū remanet in ignorante ↄ̄ voluntario. intm̄ remanet de intenſione peccati. ꝛ ſm hoc nō erit ꝑ accñs pctm̄. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ ſi eēt talis ignorātia que totaliter vſum rōnis excluderet. oīno a pctō excuſaret. ſicut pꝫ in furioſis ꝛ amentibꝫ. nō aūt ſemꝑ ignorātia cauſans pctm̄ ē talis. ꝛ iō non ſemꝑ totaliter excuſat a peccato.

## AD quartū ſic procedit

Videt ꝙ ignorantia nō diminuat pctm̄. Illud enim ꝙ ē cōe in omni pctō nō diminuit pctm̄. ſed ignorantia eſt cōis in omni pctō. Dicit. n. phūs in. iij. ethi. ꝙ omnis malus ē ignorās. ğ ignorantia non diminuit pctm̄. ¶ Pre. peccatū addito pctō facit maius pctm̄. ſed ipa ignorantia ē pctm̄. vt dictū ē. ğ nō diminuit pctm̄. ¶ Pre. Nō ē eiuſdem aggrauare ꝛ diminuere pctm̄. ſed ignorantia aggrauat pctm̄. q̄m ſuper illud Apli. Ignoras q̄m benignitas dei ꝛc. dicit Ambroſius. grauiſſime peccas ſi ignoras. ergo ignorantia nō diminuit peccatū. ¶ Pre. Si aliqua ignorātia diminuit peccatū hoc maxime videt de illa que totaliter tollit vſum rōnis. ſed hmōi ignorātia nō minuit pctm̄. ſed magis auget. Dicit. n. phūs in. iij. ethi. ꝙ ebrius meret duplices maledictiones. ğ ignorātia nō minuit peccatū. ¶ Sed ↄtra. quicquid ē rō remiſſionis peccati alleuiat pctm̄. ſed ignorantia ē hmōi. vt pꝫ. i. ad Timo. i. Miſericordiā ↄſecutus ſum qꝛ ignorans feci. ğ ignorātia diminuit vel alleuiat pctm̄. ¶ Rñ. dđm ꝙ qꝛ oē peccatū ē voluntariū. intm̄ ignorātia pōt diminuere pctm̄ inq̄ntum diminuit voluntariū. ſi aūt voluntariū non diminuat. nullo mō diminuet pctm̄. Manifeſtū ē aūt ꝙ ignorantia que totaliter a pctō excuſat. qꝛ totaliter voluntariū tollit. pctm̄ nō minuit. ſed oīno aufert. ignorantia vero q̄ nō eſt cā peccati. ſed ↄcomitāter ſe hꝫ ad pctm̄. nec minuit peccatū. nec auget. Illa igit ſola ignorantia pōt pctm̄ minuere q̄ eſt cā peccati. ꝛ tñ totaliter a pctō non excuſat. Contingit aūt qñq ꝙ talis ignorantia directe ꝛ per ſe ē volūtaria. ſicut cū aliqs ſua ſponte neſcit aliqd vt liberius peccet. ꝛ talis ignorantia videt augere voluntariū ꝛ pctm̄. ex intenſione enim volūtatis ad peccandū prouenit ꝙ aliquis vult ſubire ignorantie damnū ꝓpter libertatē peccandi. Qñq vero ignorantia que ē cā peccati nō ē directe voluntaria. ſed indirecte vel per accñs. puta cū aliquis nō vult laborare in ſtudio. ex quo ſequit eum eſſe ignorantē. vel cū aliquis vult bibere vinū imoderate. ex q ſequit eū inebriari ꝛ diſcretione carere. ꝛ talis ignorātia diminuit voluntariū. ꝛ ꝑ ↄſequēs pctm̄. cū enī aliqd nō cognoſcit eē pctm̄. nō pōt dici ꝙ voluntas directe ꝛ per ſe ferat in pctm̄. ſed ꝑ accñs. vnde ē ibi minor ↄtemptus. ꝛ ꝑ ↄñs minus pctm̄. ¶ Ad. i. ergo dđm. ꝙ ignorantia ſm quā oīs malus ē ignorās nō ē cā pcti. ſed aliqd ↄſequēs ad cām. ſ. ad paſſionē vel habitū inclinantem in peccatū. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ pctm̄ pctō additū facit plura pctā. nō tñ facit ſemꝑ maius pctm̄. qꝛ forte nō coincidūt in idē pctm̄ ſed ſunt plura. ꝛ pōt ↄtingere ſi primū diminuat ſecūdū ꝙ ambo ſimul nō habeant tantā grauitatē quantā vnum ſolum haberet ſicut homicidiū grauius peccatū ē ſi ſit a ſobrio hoīe factū q̄ ſi fiat ab ebrio homīe. quāuis hec ſint duo pctā. qꝛ ebrietas plus diminuit de rōe ſequentis peccati q̄ ſit ſua grauitas. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ verbū Ambroſij pōt intelligi de ignorātia ſimpliciter affectata. vel pōt intelligi in genere peccati ingratitudinis in qua ſummus gradus eſt ꝙ hō etiā beneficia nō recognoſcat. vel pōt intelligi de ignorantia infidelitatis q̄ fundamentū ſpūalis edificij ſubuertit. ¶ Ad. iiij. dđm ꝙ ebrius meret quidē duplices maledictiones ꝓpter duo pctā que committit. ſ. ebrietatē. ꝛ aliud pctm̄ qđ ex ebrietate ſequit. tñ ebrietas rōne ignorantie adiuncte diminuit ſequēs peccatum. ꝛ forte plus q̄ ſit grauitas ipſius ebrietatis. vt dictum eſt. Vel pōt dici ꝙ illud verbum inducit ſm ordinationē cuiuſdā pythaci legiſlatoris. qui ſtatuit ebrios ſi percuſſerint amplius puniendos. nō ad veniā reſpiciēs quā ebrij debēt magis habere. ſed ad vtilitatē. qꝛ pluries iniuriant ebrij q̄ ſobrij. vt pꝫ per phūm in. ij. politicorum.

¶ Queſtio LXXVII

## DEinde conſiderādū

eſt de cauſa peccati ex parte appetitus ſenſitiui. vtrum paſſio aīe ſit cauſa peccati. Et circa hʼ querunt octo. Primo vtꝝ paſſio appetitus ſenſitiui poſſit mouere vel inclinare voluntatē. Scđo vtꝝ poſſit ſuperare rōnem ↄtra eius ſciam. Tertio vtrum pctm̄ qđ ex paſſione prouenit ſit peccatū ex infirmitate. Quarto vtrum hec paſſio q̄ ē amor ſui ſit cauſa omnis peccati. Quinto de illis tribus cauſis que ponunt. i. Job. ij. ↄcupiſcētia oculoꝝ. ↄcupiſcentia carnis. ꝛ ſupbia vite. Sexto vtrū paſſio que ē cā peccati diminuat ipſum. Septimo vtrū totaliter excuſet. Octauo vtrum peccatum qđ ex paſſiōe eſt poſſit eſſe mortale.

## AD primū ſic proceditur.

Videtur ꝙ voluntas nō moueat a paſſiōe appetitus ſenſitiui. nulla enī potentia paſſiua mouet niſi a ſuo obiecto. voluntas aūt eſt potentia paſſiua ꝛ actiua ſimul inquantum ē mouens ꝛ mota. ſicut phūs dicit in iij. de anima vniuerſaliter de vi appetitiua. cū ergo obiectū voluntatis non ſit paſſio appetitus ſenſitiui. ſed magis bonum rōnis. videtur ꝙ paſſio appetitus ſenſitiui nō moueat voluntatem. ¶ Pre. Superior motor nō mouetur ab inferiori. ſicut aīa nō mouet a corpore. ſed voluntas que eſt appetitus rōnis comparatur ad appetitum ſenſitiuum. ſicut motor ſuperior ad inferiorem. Dicit enim philoſophus in. iij. de anima ꝙ appetit⁹ rōnis mouet appetitū ſenſitiuū. ſic ī corporibꝫ celeſtibꝫ ſpera mouet ſperā

ꝗ voluntas nõ põt moueri a paſſione appetitus ſenſitiui. ¶ P̄re. Nullũ ĩmateriale põt moueri ab aliquo materiali. ſed volũtas ē potētia quedã ĩmaterialis. non eñi vtit̃ organo corporali cũ ſit in rõne. vt dicit̃ in .iij. de aĩa. appetitus aũt ſenſitiu⁹ ē vis materialis. vtpote fundata in organo corporali. ꝗ paſſio appetitus ſenſitiui nõ põt mouere appetitũ intellectiuũ. ¶ Sꝫ ꝯtra ē qḋ dicit̃. Daniel .xiij. Cõcupiſcētia ſubuertit cor tuũ. ¶ Rñ. dõꝫ ꝙ paſſio appetitus ſenſitiui nõ põt directe trahere aut mouere voluntatē. ſed indirecte põt. ⁊ hoc dupliciter. Uno quidem mõ ſcḋm quandã abſtractionē. cũ eñi oēs potētie aīe ĩ vna eẽntia aīe radicent̃. neceſſe ē ꝙ qñ vna potentia intendit̃ in ſuo actu. altera in ſuo actu remittat̃ vel etiam totaliter in ſuo actu ĩpediat̃. tũ qr oĩs virtus ad plura diſpſa ſit minor. vnde ecõtrario qñ intendit̃ circa vnũ minus põt ad alia diſpergi. tũ qr in opib⁹ aīe animalib⁹ requirit̃ quedã intentio. q̄ dũ vehementer applicat̃ ad vnũ non põt alteri vehementer attendere. ⁊ ſcḋm hunc modũ ꝑ quandã diſtractionē qñ motus appetitus ſenſitiui fortificat̃ ſcḋm quãcũꝗ paſſionē. neceſſe ē ꝙ remittat̃ vel totaliter impediatur motus ꝓprius appetitus rõnalis. qui ē volũtas. Alio mõ ex pte obiecti voluntatis qḋ ē bonũ rõne apprehenſum. impeditur enim iudicium ⁊ apprehenſio rationis propter vehementē ⁊ inordinatã apphenſionē imaginationis. ⁊ iudiciũ virtutis eſtimatiue. vt pꝫ in amētib⁹. Manifeſtũ ē aũt ꝙ paſſionē appetitus ſenſitiui ſequit̃ imaginatiõis apprehenſio ⁊ iudiciũ eſtimatiue. ſicut etiã diſpoſitionē lingue ſequit̃ iudiciũ guſtus. vnde videmus ꝙ hoīes in aliqua paſſione exiſtētes nõ facile imaginationē auertũt ab his circa que afficiunt̃. vñ ꝑ ꝯſequēs iudicium rõnis plerũꝗ ſequit̃ paſſionē appetitus ſenſitiui. ⁊ per conſequēs motus voluntatis qui natus ē ſemꝑ ſequi iudiciũ rõnis. ¶ Ad .i. ergo dõm ꝙ per paſſionē appetitus ſenſitiui ſit aliqua immutatio circa iudiciũ de obiecto voluntatis. ſicut dictũ ē. quãuis ipa paſſio appetit⁹ ſenſitiui nõ ſit directe voluntatis obiectũ. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ ſuperius nõ mouet̃ ab inferiori directe. ſed indirecte quodãmodo moueri põt. ſicut dictũ eſt. ¶ Et ſilr̃ dicēdũ ē ad tertiũ.

AD ſecunduꝫ ſic proceditur. Uidetur ꝙ ratio nõ poſſit ſuꝑari a paſſiõe ꝯtra ſuam ſciam. Fortius. n. nõ vincit̃ a debiliori. ſed ſciẽntia propter ſuã certitudinē eſt fortiſſimum eorum que in nobis ſunt. ꝗ nõ põt ſuꝑari a paſſione que ē debilis ⁊ cito tranſiens. ¶ P̄re. Uoluntas nõ ē niſi boni vel apparentis boni. ſed cũ paſſio trahit voluntatē in id qḋ eſt vere bonũ. nõ inclinat rõnem ꝯtra ſciam. cum aũt trahit eã in id qḋ eſt apparens bonum ⁊ nõ exiſtens. trahit eã in id qḋ rõni videt̃. hoc aũt ē in ſcia rõnis qḋ ei videt̃. ergo paſſio nunꝗ inclinat rõnem ꝯtra ſuã ſcientiã. ¶ Si dicat̃ ꝙ trahit rõnem ſcientē aliqḋ in vniuerſali vt cõtrariũ iudicet in particulari. ¶ Contra. vniuerſalis ⁊ pticularis ꝓpoſitio ſi opponant̃. opponunt̃ ſcḋm cõtradictionem. ſicut oīs homo ⁊ nõ omnis homo. ſed due opiniones que ſunt ꝯtradictorie ſunt cõtrarie. vt dicit̃ in .ij. ꝑiarmenias. ſi igitur aliquis ſciēs aliquid in vniuerſali iudicaret oppoſitũ in ſingulari. ſequeret̃ ꝙ haberet ſimul cõtrarias opiões qḋ ē impoſſibile. ¶ P̄re. Quicunꝗ ſcit vniuerſale ſcit etiã pticulare qḋ nouit ſub vniuerſali cõtineri. ſicut qui ſcit oēm mulã eē ſterilē ſcit hoc aīal eſſe ſterile dũmodo ipſũ ſciat eē mulã. vt pꝫ ꝑ id qḋ dicit̃ in primo poſterioꝝ. ſed ille qui ſcit aliquid in vniuerſali. puta nullã fornicationē eē faciendã. ſcit hoc pticulare ſub vniuerſali contineri. puta hunc actũ eē fornicatiuũ. ꝗ videt̃ ꝙ etiã in pticulari ſciat. ¶ P̄re. Ea que ſunt in voce ſunt ſigna intellectus aīe ſcḋm phm̃. ſed hõ in paſſione exñs frequēter ꝯfitet̃ id qḋ eligit eē malũ etiã in pticulari. ꝗ etiã in pticulari hꝫ ſcientiam. ſic igit̃ videt̃ ꝙ paſſiones nõ poſſint trahere rõnē ꝯtra ſciam vniuerſalē. qr nõ põt eē ꝙ habeat ſciam vniuerſalē ⁊ eſtimet oppoſitũ in pticulari. ¶ Sed ꝯtra ē qḋ dicit Apls Ro. vij. Uideo aliã legē in mēbris meis repugnantē legi mentis mee. ⁊ captiuantē me in lege peccati. lex aũt que ē in mēbris ē cõcupiſcētia de qua ſupra locutus fuerat. cũ igit̃ cõcupiſcētia ſit paſſio quedam. videt̃ ꝙ paſſio trahat rõnem etiã contra hoc qḋ ſcit. ¶ Rñ. dõm ꝙ opinio Socratis fuit vt phs̃ dicit in .vij. ethi. ꝙ ſcia nũꝗ poſſet ſuꝑari a paſſione. vñ ponebat oēs virtutes eē ſcientias. ⁊ oia pctã eē ignorãtias. in quo quidē aliqualiter recte ſapiebat. qr cũ voluntas ſit boni vel apparētis boni. nunꝗ volũtas in malũ moueret̃ niſi id qḋ nõ eſt bonũ aliqualiter rõni bonũ appareret. ⁊ ꝓpter hoc voluntas nunꝗ in malũ tenderet niſi cũ aliqua ignorantia vel errore rõnis. Unde dicit̃ Prouer. xiiij. Errant qui opant̃ malũ. Sed qr experimento pꝫ ꝙ multi agunt cõtra ea quorũ ſciam hñt. ⁊ hoc etiã auctoritate diuina ꝯfirmat̃. ſcḋm illḋ Luc. xij. Seruus qui cognouit voluntatē dñi ſui ⁊ nõ facit plagis vapulabit multis. Et Iaco. iiij. dicit̃. Scienti bonũ facere ⁊ nõ facienti. peccatũ eſt illi: nõ ſimplr̃ verũ dixit. ſed oportet diſtinguere. vt phs̃ tradit in .vij. ethi. Cũ. n. ad recte agendũ hõ dirigat̃ duplici ſcia. ſ. vniuerſali ⁊ pticulari. vtriuſꝗ defectus ſufficit ad hoc ꝙ impediat̃ rectitudo voluntatis ⁊ opis. vt ſupra dictũ ē. Cõtingit ꝗ ꝙ aliquis hꝫ ſciam in vniuerſali puta nullã fornicationē eē faciendã. ſꝫ tñ nõ cognoſcat in pticulari hũc actũ q̄ eſt fornicatio nõ eē faciendũ. ⁊ hoc ſufficit ad hoc ꝙ voluntas nõ ſequat̃ vniuerſalē ſciam rõnis. Et itez cõſiderandũ eſt ꝙ nihil prohibet aliquid ſciri in habitu. qḋ tñ actu nõ cõſiderat̃. Poteſt igit̃ cõtingere ꝙ aliquis etiã rectã ſciētiã habeat in ſingulari ⁊ nõ ſolũ ĩ vniuerſali. ſed tamē ĩ actu nõ cõſiderat. ⁊ tunc non videt̃ difficile ꝙ ꝓter id qḋ actu cõſiderat hõ agat. ꝙ aũt hõ nõ cõſideret in particulari id qḋ habitualiter ſcit. qñꝗ quidē ꝯtingit ex ſolo defectu intentionis. puta cũ hõ ſciēs geometriã nõ intēdit ad conſiderandũ geometrie ꝯcluſiones. quas ſtatim in promptu habet cõſiderare. Qñꝗ aũt hõ nõ ꝯſiderat id qḋ habet ĩ habitu ꝓpter aliqḋ impedimētũ ſuꝑueniēs. puta propter aliquã occupationē exteriorē. vel propter aliquã infirmitatē corporalē. ⁊ hoc mõ ille qui ē in paſſione cõſtitutus nõ ꝯſiderat in pticulari id qḋ ſcit in vniuerſali inquantum paſſio impedit talē ꝯſiderationē. Impedit aũt tripliciter. Primo quidem ꝑ quandã diſtractionē. ſicut ſupra expoſitũ eſt. Secũdo ꝑ ꝯtrarietatē. qr plerũꝗ paſſio ĩclinat ad ꝯtrariũ hui⁹ qḋ ſcia vniuerſalis habet. Tertio ꝑ quãdã ĩmutationē corꝑalem. ex q̄ rõ quodãmodo ligat̃ ne libere in actũ exeat. ſicut etiã ſomnus vel ebrietas quadã corporali tranſmutatione facta ligant vſum rõnis. ⁊ ꝙ hoc contingat in paſſionib⁹ patet ex hoc ꝙ aliqñ cũ paſſiones multũ intendunt̃. hõ amittit totaliter vſum rõnis. multi. n. propter abũdantiã amoris ⁊ ire ſunt in inſaniã ꝯuerſi. ⁊ per hunc modũ paſſio trahit rõnem ad iudicandũ in pticulari ꝯtra ſcientiam quã habet in vniuerſali. ¶ Ad primũ ergo dicendum ꝙ ſciētia vniuerſalis que ē certiſſima nõ hꝫ pricipalitatē ĩ operatiõe ſꝫ magis ſcia pticularis eo ꝙ operationes ſunt circa ſingularia. vñ nõ ē mirũ ſi ĩ operabilib⁹ paſſio

agit ɔtra ſciam vniuerſalē abſente ɔſideratiōe ī pticulari
Ad.ij.dō.q hoc pm q rōni videat in pticulari aliqd
bonū qd nō ē bonū.cōtingit ex aliqua paſſione. ⁊ tñ hoc
pticulare iudicium ē cōtra vniuerſalē ſcientiam rationis
Ad.iij.dōm q nō poſſit cōtingere q aliqs haberet ſi-
mul in actu ſcientiam aut opinionē veram de vniuerſali
affirmatiuo.⁊ opinionē falſam de pticulari negatiuo aut
econuerſo ſed bene pōt cōtingere q aliquis habeat veram
ſciam habitualiter de vniuerſali affirmatiuo ⁊ falſā opi-
nionē in actu de pticulari negatiuo.actus enī directe nō
cōtrariatur habitui ſed actui. Ad.iiij.dōm q ille qui
hȝ ſciam in vniuerſali ppter paſſionē impeditur ne poſſit
ſub illa vniuerſali ſumere ⁊ ad cōcluſionē puenire. ſȝ aſ-
ſumit ſub alia vniuerſali quā ſuggerit inclinatio paſſiōis
⁊ ſub ea cōcluditur.vnde phūs dicit ī .vij.ethi. q ſylogiſ-
mus incōtinentis hȝ quattuor ꝓpoſitiones.duas vniuer-
ſales.quarꝫ vna eſt rōnis.puta nullā fornicationē eē cō-
mittendā.alia ē paſſionis.puta delectationē eē ſectandaȝ
Paſſio igitur ligat rōnem ne aſſumat ⁊ cōcludat ſub pri-
ma.vnde ea durante aſſumit ⁊ cōcludit ſub ſecunda.
Ad.v.dōm q ſicut ebrius qñqꝫ pferre pōt verba ſignan-
tia pfundas ſententias.quas tamē mente diiudicare nō
poteſt ebrietate prohibente.ita ī paſſione exiſtens ⁊ ſi ore
proferat hoc nō eē faciendū.tamē interius hoc aīo ſentit
q ſit faciendū.vt dicitur in.vij.ethicorum.

## Ad tertium ſic procedi-

tur.Videtur q peccatum qd eſt ex paſſione nō
debeat dici ex infirmitate.Paſſio enī ē quidā vehemens
motus appetitus ſenſitiui.vt dictū ē.vehementia autem
motus magis atteſtatur fortitudini qȝ infirmitati.ḡ pec-
catū qd ē ex paſſione nō debet dici ex infirmitate. Pre.
Infirmitas hoīs maxime attenditur ſm illud qd ē ī eo
fragilius.hoc aūt ē caro.vnde dicitur in.ps.Recordatus
eſt qr caro ſunt.ḡ magis debet dici pctm ex infirmitate qd
eſt ex aliquo corpis defectu qȝ quod ē ex aīe paſſione.
Pre.Ad ea nō videtur hō eē infirmus que ei9 voluntati
ſubduntur.ſed facere vel nō facere ea ad que paſſio incli-
nat hoīs voluntati ſubditur.ſm illud Geñ.iiij.Subter
te erit appetitus tuus.⁊ tu dominaberis illius.ḡ peccatuȝ
qd ē ex paſſione nō ē ex infirmitate. Sed cōtra eſt q
Tullius in.iiij.li.de tuſculanis queſtionibꝫ paſſiōes aīe
egritudines vocat.egritudines aūt ē alio noīe infirmita-
tes dicūtur.ḡ pctm qd ē ex paſſione dȝ dici ex infirmitate
Rñ.dōm q cā pctī ꝓpria ē ex pte aīe in qua principa-
liter ē peccatū.pōt aūt dici infirmitas in aīa ad ſimilitu-
dinē infirmitatis corporis.dicit aūt corp9 hoīs eē īfirmū
quando debilitat vel impedit in executione ꝓpie opatio-
nis ppter aliquā inordinationē ptiū corporis.ita.ſ.q hu-
mores ⁊ mēbra hoīs nō ſubdant virtuti regitiue ⁊ moti-
ue corpis.vnde ⁊ mēbꝝ dicit eē infirmū quādo non pōt
pficere opationē mēbri ſani.ſicut oculus quādo non pōt
clare videre vt dicit phūs in.x.de hiſtoriꝭ aīalium.vnde
⁊ infirmitas anime dicit quādo impedit aīa in ꝓpria opa-
tione ppter inordinationē ptiū ipſius.ſicut aūt ptes cor-
poris dicuntur eſſe inordinate qñ nō ſequunt ordinē na-
ture.ita ⁊ partes aīe dicūtur eē inordinate quādo nō ſub-
dunt ordini rōnis.rō enī eſt vis regitiua ptium anime.
Sic ergo qñ extra ordinē rōnis vis ɔcupiſcibilis aut ira-
ſcibilis aliqua paſſione afficit.⁊ p hoc īpedimentū pſtat
n odo pdicto debite actioni hoīs.dicit pctm eē ex infirmi-
tate.vnde ⁊ phūs in.i.ethicoꝝ cōpat incōtinentē paraly-
tico.cuius ptes mouent in cōtrariū eius qd ipe diſponit.
Ad primum ḡ dicendū q ſicut quanto fuerit mot9 for-
tior in corpore pter ordinē nature tanto ē maior infirmi-
tas.ita quanto fuerit motus fortior paſſionis pter ordinē
rōnis.tanto ē maior infirmitas aīe. Ad.ij.dōm q pec-
catū principaliter cōſiſtit in actu voluntatis.qui non im-
pedit per corporis infirmitatē.pōt enī qui ē corpore infir-
mus pmptam habere volūtatē ad aliquid faciendū. im-
pedit aūt p paſſionē vt ſupra dictū ē .vnde cū dicit pctm
eē ex infirmitate.magis eſt referendū ad infirmitatē aīe
qȝ ad infirmitatē corpis.dicit tñ etiā ipſa infirmitas aīe
infirmitas carnis.inquantū ex cōditione carnis paſſiōes
aīe inſurgunt in nobis.eo q appetitus ſenſitiu9 ē virtus
vtens organo corpali. Ad.iij.dōm q in ptāte quideȝ
voluntatis ē aſſentire vel nō aſſentire his in que paſſio
inclinat.⁊ pro tanto dicit noſter appetitus ſub nobis eſſe
ſed tamen iſte aſſenſus vel diſſenſus voluntatis impedi-
tur per paſſionem modo pdicto.

## Ad quartū ſic procedit

Videt q amor ſui nō ſit principiū oīs pctī. Id enī qd ē
ſm ſe bonū ⁊ debitū nō ē ꝓpria cā pctī.ſed amor ſui ē ſm
ſe bonū ⁊ debitū.Vñ pcipit hoī vt diligat proximū ſicut
ſeipſum.Leuiti.xix.ḡ amor ſui non pōt eſſe ꝓpria cā pctī
Pre.Aplſ dicit Ro.vij.Occaſione accepta pctm per
mandatū opatū ē in me oēm ɔcupiſcentiā.vbi glo. dicit
q bona eſt lex q̄ dū cōcupiſcētiā phibet omne malū pro-
hibet.quod dicit ppter hoc.qr ɔcupiſcētia ē cā omnis pctī
ſed ɔcupiſcētia ē alia paſſio ab amore vt ſupra habitū ē.
ḡ amor ſui nō ē cā omnis peccati. Pre.Aug9 ſuper il-
lud ps.Incenſa igni ⁊ ſuffoſſa.dicit q oē pctm eſt ex
amore male inflāmante vl ex timore male humiliāte.nō
ḡ ſolus amor ſui eſt cā peccati. Pre.Sicut hō peccat
qñqꝫ ppter inordinatū ſui amorē.ita etiā interduȝ peccat
ppter inordinatū amorē pximi.ḡ amor ſui nō ē cā omnis
pctī. Sed ɔtra ē quod Aug9 dicit in.xiiij.de ciui.dei.q
amor ſui vſqꝫ ad cōtemptū dei facit ciuitatē babylonis.ſȝ
per quodlibet peccatū pertinet hō ad ciuitatē babylonis.
ḡ amor ſui ē cauſa omnis peccati. Rñ.dicēdū q ſicut
ſupra dictū ē,ꝓpria ⁊ per ſe cā peccati accipienda ē ex pte
cōuerſionis ad ɔmutabile bonū.ex qua quidē pte omnis
actus peccati pcedit ex aliquo inordinato appetitu alicu-
ius tpalis boni.q autem aliquis appetat inordinate ali-
quod tpale bonū pcedit ex hoc q inordinate amat ſeipſū
hoc enim ē amare aliquē velle ei bonū. Unde manifeſtū
ē q inordinatus amor ſui ē cā omnis peccati. Ad.i.ḡ
dicendum q amor ſui ordinatus ē debitus ⁊ naturalis
ita.ſ.q velit ſibi bonū quod ɔgruit.ſȝ amor ſui inordina-
tus qui perducit ad cōtemptū dei ponit eē cā peccati ſm
Aug. Ad.ij.dicendum q concupiſcentia qua aliquis
appetit ſibi bonū reducit ad amorē ſui.ſicut ad cauſam.
vt iam dictū eſt. Ad.iij.dicendum q aliquis dr ama-
re et illud bonuȝ qd optat ſibi.⁊ ſe cui bonū optat.amor
igitur ſm q dicitur eius eē quod optatur.puta q aliquis
dicit amare vinū vel pecuniā.recipit p cā timorē qui pti-
net ad fugam mali.omne enim peccatum prouenit vel ex
inordinato appetitu alicuius boni. vel ex inordinata fu-
ga alicuius mali.ſed vtrumqꝫ hoꝝ reducitur ad amorem
ſui.ppter hoc enim hō vel appetit bona vel fugit mala.qr
amat ſeipſum. Ad.iiij.dicendum q amicus eſt quaſi
alter ipſe.⁊ ideo quod peccatur propter amorem amici.vi-
detur propter amorem ſui peccari.

## Ad quintum ſic ꝓcedit̃.

Videt̃ ꝙ icõueniẽter ponãt̃ cãe pctõꝝ eẽ ↄcupiſcẽtia carnis. cõcupiſcẽtia oculoꝝ. ⁊ ſupbia vite. q: ſcḋm apl̃m i. ad Timo. vl. Radix oĩuꝫ maloꝝ ẽ cupiditas. ſ ſupbia vite ſub cupiditate nõ cõtinet̃. ergo nõ debet poni īter cauſas pctõꝝ. ¶ Pre. Cõcupiſcẽtia carnis maxie ex viſione oculoꝝ excitat̃. ſcḋm illud Daniel. xiij. Spẽs decepit te. g̃ nõ dꝫ diuidi ↄcupiſcẽtia oculoꝝ ↄtra ↄcupiſcẽtiã carnis ¶ Pre. Cõcupiſcẽtia ẽ delectabilis appetitꝰ. vt ſup habitũ ẽ. delectatiões aũt ↄtingunt nõ ſolũ ſcḋm viſum. ſed etiã ſcḋm alios ſenſus. g̃ deberet etiã poni ↄcupiſcẽtia auditus ⁊ alioꝝ ſenſuũ. ¶ Pre. Sicut hõ inducit̃ ad peccandũ ex inordinata ↄcupiſcẽtia boni. ita etiã ex inordiata fuga mali vt dictũ eſt. ſed nihil hic enumerat̃ ptinens ad fugã mali. g̃ inſufficienter cãe peccatoꝝ tãgunt̃. ¶ Sꝫ ↄtra ẽ qḋ dicit̃. i. Joh. ij. Oẽ qḋ ẽ in mundo aut ẽ ↄcupiſcentia carnis aut ↄcupiſcẽtia oculoꝝ aut ſuperbia vite. In mundo aũt dicit̃ aliqḋ eẽ ꝓpter pctm̃. vñ ⁊ ibidẽ dic̃ ꝙ totus mundus in maligno poſitus ẽ. g̃ pdicta tria ſunt cãe peccatoꝝ. ¶ Rñ. dicẽdũ ꝙ ſicut iã dictũ ẽ. inordinatus amor ſui ẽ cã oĩs pcti. in amore autẽ ſui includit̃ inordiatus appetitus boni. vnuſquiſqꝫ. n. appetit bonuꝫ ei quem amat. Vñ manifeſtũ ẽ ꝙ inordinatꝰ appetitus boni eſt cã oĩs pcti. bonũ aũt dupliciter ẽ obiectũ ſenſibilis appetitꝰ in quo ſunt aĩe paſſiões que ſunt cauſa pcti. Vno modo abſolute ſcḋm ꝙ eſt obiectũ ↄcupiſcibilis. Alio mõ ſub rõe ardui put ẽ obiectũ iraſcibilis. vt ſupra dictũ ẽ. Eſt autẽ duplex ↄcupiſcẽtia ſicut ſupra habitũ ẽ. Vna quidem naturalis q̃ ẽ eoꝝ quibꝰ natura corporis ſuſtentat̃ ſiue qn̄tũ ad ↄſeruationẽ indiuidui. ſicut cibo ⁊ potꝰ ⁊ alia hmõi ſiue qn̄tum ad cõfirmationẽ ſpẽi ſicut in venereis. ⁊ hoꝝ inordinatus appetitus dicit̃ ↄcupiſcẽtia carnis. Alia ẽ cõcupiſcentia aĩalis. eoꝝ ſcꝫ que p ſenſum carnis ſuſtentationẽ aut delectationẽ nõ afferunt. ſed ſunt delectabilia ſcꝫ apphenſionẽ imaginationis aut aliciꝰ hmõi acceptionis. ſicut ſunt pecunia. ornatus veſtiũ. ⁊ alia hmõi. ⁊ hec qdẽ aĩalis ↄcupiſcẽtia vocat̃ ↄcupiſcẽtia oculoꝝ. ſiue intelligat̃ ↄcupiſcẽtia oculoꝝ. i. ipſius viſionis que fit p oculos vt referat̃ ad curioſitatẽ ſcḋm ꝙ Augꝰ exponit in. x. cõfeſ. ſiue referat̃ ad cõcupiſcẽtiã reꝝ que exteriꝰ oculis ꝓponunt̃ vt referat̃ ad cupiditatẽ ſcḋm ꝙ ab alijs exponit̃. Appetitus aũt inordinatꝰ boni ardui ptinet ad ſupbiã vite. nã ſuperbia eſt appetitus inordinatꝰ excellentie. vt inferius dicet̃. Et ſic pꝫ ꝙ ad iſta tria reduci poſſunt oẽs paſſiones q̃ ſũt cã peccati. nã ad duo prima reducunt̃ oẽs paſſiones cõcupiſcibilis. ad tertiũ aũt oẽs paſſiones iraſcibilis. qḋ ideo nõ diuidit̃ in duo. q: oẽs paſſiones iraſcibilis cõformantur cõcupiſcẽtie aĩali. ¶ Ad. i. g̃ dicẽdũ ꝙ ſcḋm ꝙ cupiditas importat vniuerſaliter appetitũ cuiuſlibꝫ boni. ſic etiã ſupbia vite cõtinet̃ ſub cupiditate. quõ aũt cupiditas ſcḋm ꝙ ẽ ſpeciale vitiũ qḋ auaritia noiat̃ ſit radix oĩuꝫ peccatoꝝ infra dicet̃. ¶ Ad. ij. dicẽdũ ꝙ cõcupiſcẽtia oculoꝝ nõ dicitur hic cõcupiſcẽtia oĩuꝫ reꝝ q̃ videri oculis pñt. ſ ſolũ earũ in quibꝰ nõ querit̃ delectatio carnis q̃ ẽ ſcḋm tactuꝫ. ſed ſolum delectatio oculi. i. cuiuſcunqꝫ appꝫhenſiue virtutꝫ ¶ Ad. iij. dicẽdũ ꝙ ſenſus viſus ẽ excellentior inter oẽs alios ſenſus ⁊ ad plura ſe extendẽs. vt dicit̃ i. metaphi. ⁊ iõ nomẽ eius transfert̃ ad oẽs alios ſenſus ⁊ etiam ad oẽs interiores apphenſiones. vt Augꝰ dicit in li. de verbis dñi. ¶ Ad. iiij. dõ. ꝙ fuga mali cauſat̃ ex appetitu boni. vt ſupra dictũ ẽ. ⁊ iõ ponunt̃ ſolũ paſſiones inclinãtes ad bonum tanqꝫ cauſe earum que faciunt inordinate fugam mali.

## Ad ſextuꝫ ſic proceditur.

Videt̃ ꝙ peccatũ nõ alleuiet̃ ꝓpter paſſionẽ. Augmẽtum eñi cauſe auget effectum. ſi enim calidum diſſoluit magis calidũ magis diſſoluit. ſed paſſio ẽ cã pcti. vt habitum ẽ. g̃ quanto eſt intentior paſſio tanto eſt maius peccatum. paſſio igit̃ nõ minuit peccatum ſꝫ auget. ¶ Pre. Sicut ſe hꝫ paſſio bona ad meritũ. ita ſe habet mala paſſio ad peccatũ. ſed bona paſſio auget meritũ. tanto eñi aliquis magis videt̃ mereri quanto ex maiori miſericordia pauperi ſubuenit. g̃ etiã mala paſſio magꝰ aggrauat peccatũ qꝫ alleuiet. ¶ Pre. Quanto intenſiori volũtate aliquis facit peccatũ tanto grauiꝰ videt̃ peccare. ſed paſſio ipellẽs voluntatẽ facit eã vehementius ferri in actum pcti g̃ paſſio aggrauat pctm̃. ¶ Sed ↄtra paſſio ipa ↄcupiſcẽtie vocat̃ temptatio carnis. ſꝫ quãto aliquis maiori temptatione ꝓſternit̃ tãto minus peccat. vt pꝫ per Augꝰ. ergo paſſio diminuit pctm̃. ¶ Rñ. dicẽdũ ꝙ pctm̃ eẽntialit̃ cõſiſtit in actu liberi arbitrij qḋ ẽ facultas volũtatis ⁊ rõnis paſſio aũt eſt motus appetitus ſenſitiui. appetitus aũt ſenſitiuus põt ſe hr̃e ad liberũ arbitriũ ⁊ antecedẽter ⁊ conſequẽter. Antecedẽter qdẽ ſcḋm ꝙ paſſio appetitꝰ ſenſitiui trahit vel inclinat rõnẽ vel volũtatẽ. vt ſu p dctm̃ ẽ. Cõſequẽter aũt ſcḋm ꝙ motus ſuperioꝝ viriũ ſi ſint vehemẽtes redũdãt in inferiores. nõ eñi põt volũtas intẽſe moueri in aliqḋ qn̄ excitet̃ aliqua paſſio in appetitu ſenſitiuo. Si igit̃ accipiat̃ paſſio ſcḋm ꝙ ꝓcedit actũ peccat. ſic neceſſe ẽ ꝙ diminuat pctm̃. actus eñi intm̃ eſt pctm̃ inqn̄tũ ẽ volũtariũ. ⁊ in nobis exiſtens. eẽ aũt aliqḋ in nobis dicit̃ p rõnem ⁊ voluntatẽ. vnde quãto rõ ⁊ voluntas ex ſe aliqḋ agũt nõ ex impulſu paſſionis. magis ẽ volũtariũ ⁊ in nobis exñs ⁊ ſcḋm hoc paſſio minuit pctm̃ inqn̄tũ minuit voluntariũ. paſſio aũt cõſequẽs nõ diminuit pctm̃. ſꝫ magis auget. vel potius ẽ ſignũ magnitudinis eiꝰ. inqn̄tũ. ſ. demonſtrat intenſionẽ volũtatis ad actũ peccati. ⁊ ſic verũ eſt ꝙ quanto aliquis maiori libidine vel ↄcupiſcẽtia peccat tanto magis peccat. ¶ Ad. i. g̃ dicẽdũ ꝙ paſſio ẽ cã pcti ex pte cõuerſionis. grauitas aũt pcti magis attendit̃ ex pte auerſiõis q̃ quidẽ ex cõuerſione ſequit̃ p accñs. i. pter intentionem peccantis. cãe aũt p accñs augmẽtate nõ augmentãt effectus ſed ſolũ cãe per ſe. ¶ Ad. ij. dicẽdũ ꝙ bona paſſio cõſequens iudiciũ rõnis augmẽtat meritũ. ſi aũt ꝓcedat vt ſupra hõ magis ex paſſione qꝫ ex iudicio rõnis moueat̃ ad bene agendũ. talis paſſio diminuit bonitatẽ ⁊ laudẽ actꝰ ¶ Ad. iij. dicẽdũ ꝙ ⁊ ſi motus voluntatꝫ ſit intẽſior ex paſſione incitatus. nõ tñ ita eſt voluntatis proprius. ſicut ſi ſola rõne moueret̃ ad peccandum.

## Ad ſeptimuꝫ ſic procedit̃.

Videt̃ ꝙ paſſio totaliter excuſet a peccato. Quicqḋ eñi cauſat inuoluntariũ excuſat totaliter a pctõ ſed ↄcupiſcentia carnis q̃ ẽ quedã paſſio cauſat inuoluntariũ. ſcḋm illud Gal. v. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpũm vt nõ quecunqꝫ vultis illa faciatꝫ. ergo paſſio totaliter excuſat a pctõ. ¶ Pre. Paſſio cauſat ignorantiã quandaꝫ in particulari. vt dictum eſt. ſed ignorantia pticularis totaliter excuſat a pctõ. ſicut ſupra habitum eſt. ergo paſſio totaliter excuſat a pctõ. ¶ Pre. Infirmitas aĩe grauior ẽ qꝫ infirmitas corporis. ſꝫ infirmitas corpis totalr̃ excuſat a pctõ. vt pꝫ i freneticis. g̃ mltomagꝰ paſſio q̃ ẽ infirmitas aĩe

¶ Sed ↄtra ē ꝙ Apl's Ro.vij. vocat paſſiones peccatoꝝ nō niſi qꝛ peccata cauſant. qḋ nō eēt ſi a peccato totaliter excuſarent. ergo paſſiones nō totaliter a peccato excuſant. ¶ Rñ. dicendū ꝙ ſm hoc ſoluꝫ actus aliq's q̄ de genere ſuo eſt malus totaliter a pctō excuſat' ꝙ totaliter inuolūtarius reddit'. vñ ſi ſit talis paſſio q̄ totaliter inuoluntarium reddat actū ſequentē totaliter a pctō excuſat. alioquin nō totaliter. Circa qḋ duo ↄſideranda vident'. Primo quidē ꝙ aliquid pōt eē voluntariū vel ſm ſe. ſicut qñ voluntas directe in ipſum fert'. vel ſm ſuam cauſaꝫ qñ volūtas fertur in cauſam ⁊ nō in effectū. vt pꝫ in eo qui voluntarie inebriat'. ex hoc enī quaſi voluntariū ei iputat' qḋ p ebrietatē cōmittit. Secūdo cōſiderandū ē ꝙ aliquid dicit' voluntariū directe ⁊ indirecte. directe quidem id in qḋ volūtas fert'. indirecte autē illud qḋ voluntas potuit prohibere ſꝫ nō prohibet. ſm hoc igit' diſtinguendum ē. qꝛ paſſio q̄nqꝫ quidē ē tanta ꝙ totaliter aufert vſuꝫ rōnis. ſicut pꝫ in his qui ꝓpter amorē vel iram inſaniūt. ⁊ tunc ſi tal' paſſio a principio fuerit voluntaria. imputat' actus ad pctm̄. qꝛ ē voluntarius in ſua cauſa. ſicut etiam de ebrietate dictū ē. Si vero cauſa nō fuerit volūtaria ſꝫ naturalis. puta cū aliquis ex egritudine vel aliqua hm̄ōi cauſa incidit ī talē paſſionē q̄ totaliter aufert vſum rōnis. actus oīno redditur inuoluntari'. ⁊ p ↄñs totaliter a pctō excuſat'. Qñqꝫ vero paſſio nō eſt tanta ꝙ totaliter intercipiat vſū rōnis. ⁊ tunc rō pōt paſſionē excludere diuertendo ad alias cogitationes. vel ipedire ne ſuū cōſequat' effectū. qꝛ membra nō applicant' opi niſi p cōſenſum rōnis. vt ſupra dictū ē. vñ talis paſſio nō totaliter excuſat a pctō. ¶ Ad.i. ergo dicendū ꝙ hoc qḋ dicit'. vt nō quecunqꝫ vultis illa faciatis. nō eſt referendū ad ea que fiunt p exteriorē actū. ſed ad interiorē cōcupiſcētie motū. vellet enī hō nūqꝫ cōcupiſcere malū ſicut etiaꝫ exponit' id qḋ dicit' Ro.vij. Qḋ odi maluꝫ illud facio. Vel pōt referre ad voluntatē p̄cedentē paſſionē vt pꝫ in cōtinentibꝫ qui cōtra ſuū ꝓpoſituꝫ agunt propter ſua cōcupiſcentiā. ¶ Ad.ij. dicendū ꝙ ignorātia particularis q̄ totaliter excuſat ē ignorātia circūſtantie. quā quide quis ſcire nō pōt debita diligentia adhibita. ſꝫ paſſio cauſat ignorātiā iuris ī particulari dum impedit applicationē cōis ſcīe ad particularē actū. quā quidē paſſionē rō repellere pōt. vt dictū ē. ¶ Ad.iij. dicendū ꝙ infirmitas corporis ē inuolūtaria. eēt aūt ſimilis ſi eēt voluntaria ſicut de ebrietate dictū eſt. que eſt quedam corporalis infirmitas.

## AD octauū ſic procedi

tur. Videt' ꝙ pctm̄ qḋ ē ex paſſiōe non poſſit eſſe mortale. Veniale. n. pctm̄ diuidit ↄtra mortale. ſꝫ pctm̄ qḋ ē ex infirmitate ē veniale. cū hēat in ſe cām venie. cum igit' pctm̄ qḋ ē ex paſſione ſit ex infirmitate. videt' ꝙ nō poſſit eē mortale. ¶ Pre. Cā nō ē potior effectu. ſed paſſio nō pōt eē pctm̄ mortale. nō. n. in ſenſualitate ē pctm̄ mortale vt ſup habitū ē. ergo pctm̄ qḋ ē ex paſſione nō pōt eē mortale. ¶ Pre. Paſſio abducit a rōne. vt ex dictis pꝫ. ſꝫ rōnis ē ↄuerti ad deū vel auerti a deo. in q̄ ↄſiſtit rō pcti mortalis. pctm̄ ergo qḋ ē ex paſſione nō pōt eē mortale. ¶ Sꝫ contra ē qḋ apl's dicit Ro.vij. ꝙ paſſiones pctōꝝ operant' ī mēbris nr̄is ad fructificandū morti. hoc aūt eſt propriū mortalis peccati ꝙ fructificet morti. ergo pctm̄ qḋ ē ex paſſione pōt eē mortale. ¶ Rñ. dicendū ꝙ pctm̄ mortale vt ſup dictū ē ↄſiſtit in auerſione ab vltimo fine qui ē de'. q̄ quidē auerſio ptinet ad rōnē deliberantē. cui' etiā ē ordinare ī finē. hoc igit' ſolūmō pōt ↄtingere ꝙ inclinatio aīe in aliqḋ qḋ ↄtrariat' vltimo fini nō ſit pctm̄ mortale. qꝛ rō deliberās nō pōt occurrere q̄ḋ ↄtingit in ſubitis motibꝫ. Cū aūt ex paſſione aliquis ꝓcedit ad actū pcti vel ad ↄſenſuꝫ deliberatū. hoc nō fit ſubito. vñ rō deliberās pōt hic occurrere. pōt. n. excludere vel ſaltē ipedire paſſionē vt dictū eſt. vñ ſi nō occurrat ē pctm̄ mortale. ſicut videm' ꝙ multa homicidia ⁊ multa adulteria p paſſionē cōmittunt'. ¶ Ad.i. ergo dicendū ꝙ veniale dicit' tripli'. Vno mō ex cā qꝛ. ſ. hꝫ aliq̄ꝫ cām venie q̄ diminuit pctm̄. ⁊ ſic pctm̄ ex infirmitate vel ignorantia dicit' veniale. Alio mō ex euentu. ſicut oē pctm̄ p pniām fit veniale. i. veniā ↄſequit'. Tertio mō dicit' veniale ex genere ſicut verbū ocioſū. ⁊ hoc ſolū veniale opponit' mortali. obiectio autē ꝓcedit de primo. ¶ Ad.ij. dicendū ꝙ paſſio ē cā pcti ex parte ↄuerſionis. ꝙ aūt ſit mortale eſt ex parte auerſionis. q̄ p accñs ſeq̄t' ad ↄuerſionē. vt dictū ē. vñ rō nō ſequit'. ¶ Ad.iij. dicendū ꝙ rō nō ſemp in ſuo actu totaliter a paſſione ipedit'. vñ remanet ei liberum arbitriuꝫ vt poſſit auerti vel cōuerti ad deuꝫ. ſi aūt totaliter tolleret' vſus rōnis. iā nō eēt pctm̄ nec mortale nec veniale.

¶ Queſtio LXXVIII

# DEinde ↄſiderandū

ē de cā pcti q̄ ē ex parte voluntatis. que dicit' malicia. Et circa hoc querunt' quattuor. Primo vtꝝ aliquis poſſit ex certa malicia ſeu induſtria peccare. Secūdo vtrum quicūqꝫ peccat ex habitu peccet ex certa malicia. Tertio vtrum quicūqꝫ peccat ex certa malicia peccet ex habitu. Quarto vtrum ille qui peccat ex certa malicia grauius peccet q̄ꝫ ille qui peccat ex paſſione.

## AD primum ſic procedi

ter peccet. ¶ Pre. quicũq; amore alicui rei inheret ei vel
ſicut fruens. vel ſicut vtens. vt patet per Aug. in primo
de doc. xp̃iana. ſed nullus peccãs inheret bono cõmutabi/
li quaſi vtens. Non enim refert ip̃m ad bonum qđ nos
beatos facit. quod ꝓprie eſt vti. vt Aug⁹ dicit i. idem. er/
go quicunq; peccat fruitur bono cõmutabili. ſed frui re/
bus vtendis eſt humana peruerſitas. vt Aug⁹ dicit i li.
lxxxiij. q. cum ergo peruerſitas peccatum mortale nominet
videt̃ ꝙ quicunq; peccat mortaliter peccet ¶ Pre. cui/
cunq; accedit ad vnũ terminũ ex hoc ipſo recedit ab alio
ſed quicunq; peccat accedit ad bonum cõmutabile. ergo
recedit a bono incõmutabili. ergo peccat mortaliter non
ergo cõuenienter peccatum veniale contra mortale diui
ditur. ¶ Sed contra eſt qđ Aug⁹ dicit in omel. xij. ſup
Ioh. ꝙ crimen eſt qđ dãnationem meretur. veniale aũt
eſt qđ non meretur dãnationem. Sed crimen nominat
peccatum mortale. ergo veniale peccatum conuenienter
diuiditur contra mortale ¶ Rñ. dďm ꝙ aliqua ſm̄ ꝙ ꝓ/
prie accipiunt̃ nõ videntur eſſe oppoſita. que ſi metapho
rice accipiant̃ opponi inueniuntur. ſicut ridere non oppo
nitur ei qđ eſt areſcere. ſꝫ ſm̄ ꝙ ridere metaphorice de pra
to dicitur ꝓpter eius floritionem ⁊ virorem. opponitur ei
qđ eſt areſcere. Similiter ſi mortale ꝓprie accipiatur. ꝓut
refertur ad mortem corꝑalem. non videtur oppoſitũ ha
bere cum veniali. nec ad idem genus ꝑtinere. Sꝫ ſi mor
tale accipiatur metaphorice ſm̄ ꝙ dicitur in peccatis. mor
tale opponitur ei qđ eſt veniale. Cum enim peccatũ ſit
quedam infirmitas anime. vt ſupra habitum eſt. pecca/
tum aliqđ mortale dicitur ad ſimilitudinẽ morbi. dicit̃
mortalis ex eo ꝙ inducit defectum irreꝑabilem ꝑ deſtitu
tionem alicuius principij. vt dictum eſt. Principiũ au/
tem ſpũalis vite que eſt ſm̄ virtutẽ. eſt ordo ad vltimũ
finem. vt ſupra dictum eſt. qui quidem ſi deſtitutus fue/
rit repari non poteſt per aliqđ principium intrinſecum.
ſed ſolum ꝑ virtutem diuinã. vt ſupra dictum eſt. quia
inordinationes eoꝝ que ſunt ad finẽ reparant̃ ex fine. ſicut
error qui accidit circa ꝯcluſiones per veritatẽ principioꝝ.
Defectus ergo ordinis vltimi finis nõ põt ꝑ aliquid ali
ud repari qđ ſit principalius ſicut nec error qui eſt circa
principia. ⁊ hmõi peccata dicunt̃ mortalia quaſi irrepa/
bilia. Peccata autem q̃ habẽt inordinationẽ circa ea q̃
ſunt ad finem ꝯſeruato ordine ad vltimum finẽ repara/
bilia ſunt. ⁊ hec dicuntur venialia. Tunc enĩ peccatum ve
niam habet quando reatus pene tollit̃. qui ceſſat ceſſante
peccato. vt dictum ẽ. ſm̄ hoc ergo mortale ⁊ veniale oppo
nũtur. ſicut reparabile ⁊ irreparabile. ⁊ hoc dico ꝑ princi
pium interius. non aũt per cõparationem ad virtutẽ diui/
nam. que omnẽ morbum ⁊ corporalem ⁊ ſpũalem poteſt
reparare. ⁊ ꝓpter hoc veniale peccatum ꝯuenienter diuidi
tur cõtra mortale. ¶ Ad. j. ergo dďm ꝙ diuiſio peccati in
veniale ⁊ mortale non eſt diuiſio generis ĩ ſpecies q̃ equali
ter participant rõnem generis. ſed analogi in ea de quibꝰ
ꝑdicatur ſm̄ prius ⁊ poſterius. ⁊ ideo ꝑfecta ratio pecca/
ti quã Aug⁹ ponit cõuenit peccato mortali. Peccatũ au
tem veniale dicitur peccatum ſm̄ rõnem imperfectam et
in ordine ad peccatum mortale. ſicut accidẽs dicitur ens
in ordine ad ſubſtãtiam ſm̄ imꝑfectam rationem entis.
non enĩ eſt contra legem. quia venialiter peccans non fa/
cit qđ lex ꝓhibet. nec ꝑtermittit id ad qđ lex per ꝑceptum
obligat. ſed facit ꝑter legem. quia non obſeruat modũ ra
tionis quem lex intẽdit. ¶ Ad. ij. dďm ꝙ illud preceptũ
ap̃li eſt affirmatiuũ. vnde non obligat ad ſemꝑ. ⁊ ſic non
facit contra hoc ꝑceptum. quicunq; non actu refert ĩ glo
riam dei omne qđ facit. Sufficit ergo ꝙ aliquis habitu
aliter referat ſe ⁊ omnia ſua in deum ad hoc ꝙ nõ ſemper
mortaliter peccet. cum aliquẽ actum non refert in gloriã
dei actualiter. Veniale autem peccatũ non excludit habi/
tualẽ ordinationẽ actus humani in gloriã dei. ſed ſolũ
actualem. qꝛ non excludit charitatem que habitualiter or
dinat in deum. vnde non ſequitur ꝙ ille qui peccat veni/
aliter peccet mortaliter ¶ Ad. iij. dď. ꝙ ille qui peccat ve/
nialiter inheret bono tẽporali. non vt fruẽs. qꝛ non conſti
tuit in eo finem. ſed vt vtens referens in deum non actu
ſed habitu. ¶ Ad. iiij. dďm ꝙ bonum cõmutabile nõ ac
cipitur vt terminus ꝯtrapoſitus incõmutabili bono. niſi
quando cõſtituitur in eo finis. qđ enim eſt ad finem nõ
habet rationem termini.

## Ad ſecundũ ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ peccatum veniale ⁊ mortale nõ differant ge
nere. ita ſcꝫ ꝙ aliqđ ſit peccatum mortale ex genere. ⁊ ali/
qđ veniale ex genere. Bonum enĩ et malum ex genere in
actibus humanis accipit̃ ꝑ cõparationem ad materiã ſiue
ad obiectũ. vt ſupra dictũ ẽ. ſed ſm̄ quodlibet obiectũ vel
materiam ꝯtingit peccare mortaliter ⁊ venialiter. quodli
bet enĩ bonum cõmutabile põt homo diligere. vel infra de
um quod eſt peccare venialiter. vel ſupra deũ quod ẽ pec
care mortaliter. ergo peccatũ veniale ⁊ mortale non diffe
runt genere. ¶ Pre. ſicut dictum ẽ ſupra peccatum mor
tale dicitur qđ ẽ irreparabile. peccatum autẽ veniale qđ
ẽ reparabile. ſed eſſe irreꝑabile conuenit peccato qđ fit ex
malicia. qđ ſm̄ quoſdam irremiſſibile dicitur. eſſe autẽ
reꝑabile ꝯuenit peccato qđ fit ꝑ infirmitatẽ vel ignoran
tiam. qđ dicit̃ remiſſibile. ergo peccatũ mortale ⁊ veniale
differunt ſicut peccatũ qđ eſt ex malicia cõmiſſum. vel ex
infirmitate ⁊ ignorãtia. ſꝫ ſm̄ hoc non differũt peccata ge
nere ſed cauſa. vt ſupra dictũ eſt. ergo peccatũ veniale et
mortale non differunt genere. ¶ Pre. ſupra dictũ eſt ꝙ
ſubiti motus tam ſenſualitatis q̃ꝫ rõnis ſunt peccata ve/
nialia. ſed ſubiti motus inueniuntur in quolibet peccati
genere. ergo non ſunt aliqua peccata venialia ex genere
¶ Sed contra ẽ ꝙ Aug⁹ in ſermone de purgatorio. enu
merat quedã genera peccatoꝝ venialium. et quedam ge/
nera peccatoꝝ mortalium ¶ Rñ. dďm ꝙ peccatum veni
ale a venia dicitur. Poteſt igitur aliqđ peccatũ dici veni
ale vno mõ. qꝛ eſt veniam ꝯſecutum. ⁊ ſic dicit Ambro.

ꝙ omne peccatū ꝑ penitentiā fit veniale. et hoc dr̄ venia/
le ex euentu. Alio modo dicitur veniale quia non habet in
ſe vnde veniā non conſequatur vel totaliter. vel in parte.
in ꝑte quidē ſicut cum habet in ſe aliquid diminuēs cul
pam. vt cum fit ex infirmitate vel ignorantia. ⁊ hoc dicit̄
veniale ex cauſa. in toto autem ex eo ꝙ nō tollit ordinē ad
vltimū finem. vnde non meretur penam eternam. ſ; tē/
poralem. ⁊ de hoc veniali ad pñs intēdimus. de primis
enī duobꝫ conſtat ꝙ non habent genus aliqḋ determina
tum. ſed veniale tertio modo dictum poteſt habere gen⁹
determinatum. ita ꝙ aliqḋ peccatum dicatur veniale ex
genere. ⁊ aliqḋ mortale ex genere. ſm̄ ꝙ genus vel ſpeci/
es actus determinantur ex obiecto. Cum enī volūtas fer
tur in aliquid qḋ ſm̄ ſe repugnat charitati per quā homo
ordinatur in vltimū finē. illud peccatum ex ſuo obiecto
habet ꝙ ſit mortale. vnde ē mortale ex genere. ſiue ſit cō
tra dilectionem dei ſicut blaſfemia. piurium. ⁊ huiuſmo/
di. ſiue cōtra dilectionem ꝓximi. ſicut homicidium. adul/
terium. ⁊ ſimilia. vn̄ hmōi ſunt peccata mortalia ex ſuo
genere. Quandoqꝫ vero voluntas peccantis fertur in id
qḋ in ſe cōtinet quandam inordinationem. non tamē cō
trariatur dilectioni dei ⁊ ꝓximi. ſicut verbum ocioſum. ri
ſus ſuperfluus. ⁊ alia huiuſmodi. ⁊ talia ſunt peccata veni/
alia ex ſuo genere. vt ſupra habitum eſt. quia actus mora
les recipiunt rationem boni ⁊ mali. non ſolū ex obiecto. ſ;
etiam ex aliqua diſpoſitione agentis. vt ſupra habitū ē.
Contingit quādoqꝫ ꝙ id qḋ eſt peccatū veniale ex gene
re ratione ſui obiecti fit mortale ex parte agentis. vel quia
in eo conſtituit finem vltimū. vel quia ordinat ipſū ad
aliquid qḋ eſt peccatum mortale ex genere. puta cum ali
quis ordinat verbum ocioſum ad adulterium cōmitten
dum. Similiter etiam ex pte agentis contingit ꝙ aliqḋ
peccatū qḋ ex ſuo genere eſt mortale fit veniale ꝓpter hoc
ſ; ꝙ actus eſt imꝑfectus. id eſt. non deliberatus ratione
que ē principium ꝓprium mali actus. ſicut ſupra dictum
eſt de ſubditis motibus infidelitatis. Ad .j. ergo dōm
ꝙ ex hocipſo ꝙ aliqꝯ eligit id qḋ repugnat diuine chari
tati. conuincitur ꝓferre illud charitati diuine ⁊ per conſe
quens plus amare ipm̄ q̄ȝ deum. ⁊ ideo aliqua peccata ex
genere que de ſe repugnāt charitati. habent ꝙ aliquid di
ligatur ſupra deū. ⁊ ſic ſunt ex genere ſuo mortalia. Ad
ij. dōm ꝙ ratio illa ꝓcedit d̄ peccato veniali ex cauſa. Ad
iij. dōm ꝙ ratio illa ꝓcedit d̄ peccato qḋ eſt veniale ꝓpter
imperfectionem actus.

## Ad tertium ſic proceditur

Uidetur ꝙ peccatū veniale non ſit diſpoſitio ad morta/
le. Unum enim oppoſitum non diſponit ad aliud. ſ; pec
catum veniale ⁊ mortale ex oppoſito diuidunt̄. vt dictum
eſt. ergo peccatum veniale non eſt diſpoſitio ad mortale
Pre. actus diſponit ad aliquid ſimile ī ſpecie ſibi. vn̄
in. ij. ethi. dicitur ꝙ ex ſimilibus actibus generātur ſimi
les diſpoſitiones ⁊ habitus. ſed peccatum mortale et ve/
niale differunt genere ſeu ſpecie. vt dictum eſt. ergo pec/
catum veniale non diſponit ad mortale. Pre. ſi pecca
tū dicatur veniale qḋ diſponit ad mortale. oportebit ꝙ
quecunqꝫ diſponunt ad mortale peccatū ſint peccata ve
nialia. ſed omnia bona opera diſponūt ad peccatum mor
tale. Dicit enim Aug⁹ in regula ꝙ ſuꝑbia bonis operibꝫ
inſidiatur vt pereant. ergo etiam bona opera erunt pecca
ta venialia. qḋ eſt incōueniens. Sed contra eſt qḋ di/
citur Ecc. xviij. Qui ſpernit minima paulatim defluit. ſ;
ille qui peccat venialiter videtur minima ſpernere. ergo
paulatim diſponitur ad hoc ꝙ totaliter defluat ꝑ peccatū
mortale. Rn̄. dōm ꝙ diſponens eſt quodāmodo cauſa
vnde ſm̄ duplicem modum cauſe eſt duplex diſpoſitiōis
modus. Eſt enim cauſa quedam mouens directe ad effe
ctum. ſicut calidum calefacit. eſt etiam ibi cauſa indirecte
mouens remouendo ꝓhibens. ſicut remouens colūnam
dicitur remouere lapidem ſuppoſitum. ⁊ ſm̄ hoc act⁹ pec
cati dupliciter ad aliquid diſponit. Uno quidem modo
directe. ⁊ ſic diſponit ad actum ſimilem ſm̄ ſpeciē. ⁊ hoc
modo primo ⁊ ꝑ ſe peccatum veniale ex genere non diſpo
nit ad mortale ex genere cū differant ſpecie. ſed per hunc
modum peccatum veniale poteſt diſponere per quandā
conſequentiam ad peccatum qḋ eſt mortale ex parte agē
tis. augmētata enī diſpoſitione vel habitu per actus pec/
catorum venialium. in tantū poteſt libido peccādi creſce/
re ꝙ ille qui peccat finem ſuum conſtituit in peccato ve/
niali. Nā vnicuiqꝫ habenti habitum inq̄ꝫtum huiuſmo
di. finis eſt operatio ſm̄ habitum. ⁊ ſic multotiens peccā
do venialiter diſponetur ad peccatum mortale. Alio mo
do actus humanus diſponit ad aliquid remouendo ꝓhi
bens. ⁊ hoc modo peccatū veniale ex genere poteſt diſpo
nere ad mortale peccatum ex genere. qui enim peccat ve/
nialiter ex genere pretermittit aliquē ordinem. ⁊ ex hoc
ꝙ conſueſcit voluntatem ſuam in minoribus debito or/
dini non ſubijcere. diſponitur ad hoc ꝙ etiam volunta/
tem ſuam non ſubijciat ordini vltimi finis eligēdo id qḋ
eſt peccatum mortale ex genere. Ad. j. ergo dōm ꝙ pec
catum veniale ⁊ mortale nō diuiduntur ex oppoſito ſicut
due ſpecies vnius generis vt dictū eſt. ſed ſicut accidēs
contra ſubſtantiam diuiditur. vnde ſicut accidens poteſt
eſſe diſpoſitio ad formam ſubſtantialem. ita ⁊ veniale pec
catum ad mortale. Ad. ij. dōm ꝙ peccatū veniale nō
eſt ſimile mortali in ſpecie. eſt tamen ſimile ei in genere.
inq̄ꝫtum vtrūqꝫ importat defectum debiti ordinis. ſ; ali/
ter ⁊ aliter vt dictum eſt. Ad. iij. dōm ꝙ opus bonum
non eſt ꝑ ſe diſpoſitio ad mortale peccatum. poteſt tamē
eſſe materia vel occaſio peccati mortalis ꝑ accidēs. ſ; pec/
catum veniale ꝑ ſe diſponit ad mortale. vt dictum ē.

## Ad quartum ſic procedit̄

Uidetur ꝙ peccatum veniale poſſit fieri mortale. Dicit
enim Aug⁹ exponens illud Job. Qui incredulus ē filio
non videbit vitam. peccata minima. id eſt. venialia. ſi ne
gligantur occidunt. ſed ex hoc dicitur peccatum mortale
quia ſpūaliter occidit animam. ergo peccatū veniale po
teſt fieri mortale. Pre. motus ſenſualitatis ante ꝯſen
ſum rationis eſt peccatum veniale. poſt conſenſum vero
eſt peccatum mortale. vt ſupra dictum eſt. ergo peccatū
veniale poteſt fieri mortale. Pre. peccatum veniale ⁊
mortale differunt ſicut morbus curabilis ⁊ incurabilis.
vt dictum eſt. ſed morbus curabilis poteſt fieri incurabi
lis. ergo peccatum veniale poteſt fieri mortale. Pre.
diſpoſitio poteſt fieri habitus. ſed peccatū veniale eſt di
ſpoſitio ad mortale. vt dictum eſt. ergo veniale peccatum
poteſt fieri mortale. Sed contra ea que differunt ī in/
finitum non trāſmutantur in inuicem. ſed peccatū mor/
tale ⁊ veniale differunt in infinitum. vt ex predictis ꝑ;.
ergo veniale nō pōt fieri mortale. Rn̄. dōm ꝙ pecca/
tum veniale fieri mortale poteſt tripliciter intelligi. Uno
modo ſic ꝙ idē actus numero primo ſit peccatū veniale
⁊ poſtea mortale. ⁊ hoc eē nō pōt. q: peccatū ꝑ̄ncipaliter

conſiſtit in actu voluntatis ſicut et quilibet actus moral'
vnde non dicitur vnus actus moraliter ſi voluntas mu-
tetur. q̄uis etiam actio ſcḋm naturam ſit cōtinua. Si an-
tem voluntas non mutetur nō poteſt eſſe ꝙ de veniali fi
at mortale. Alio modo poteſt intelligi vt id quod eſt ve-
niale ex genere fiat mortale. et hoc quidem poſſibile ē in-
q̄tum cōſtituitur in eo finis. vel inq̄tū refertur ad mor-
tale peccatum ſicut ad finem. vt dictum ē. Tertio modo
poteſt intelligi ita ꝙ multa venialia peccata conſtituant
vnum peccatum mortale. ꝙ ſi ſic intelligatur ꝙ ex mul-
tis peccatis venialibus ītegraliter conſtituatur vnū pec
catum mortale. falſum eſt. non enim omnia peccata veni
alia de mundo poſſunt habere tantū de reatu quātū vnū
peccatum mortale. quod patet ex parte durationis. quia
peccatum mortale habet reatum pene eterne. peccatum
autem veniale reatum pene temporalis. vt dictum ē. Pa
tet etiam ex parte pene damni. quia peccatū mortale me
retur carentiam viſionis diuine. cui nulla alia pena com-
parari poteſt. vt Chryſo. dicit. Patet etiā ex parte pene
ſenſus q̄tum ad vermem conſcientie. l3 forte q̄tum ad
penam ignis non ſint improportionabiles pene. Si vero
intelligatur ꝙ multa peccata venialia faciunt vnū mor-
tale diſpoſitiue. ſic verum ē ſicut ſupra oſtenſum eſt. ſcḋm
duos modos diſpoſitionis quo peccatum veniale diſpo
nit ad mortale. ¶ Ad. j. ergo dicēdum ꝙ Aug' loquitur in il
lo ſenſu ꝙ multa peccata venialia diſpoſitiue cauſant mor
tale. ¶ Ad. ij. dicēdum ꝙ ille idem motus ſenſualitatis qui
preceſſit conſenſum rationis nunq̄ fiet peccatum morta-
le. ſed ipſe actus rōnis ꝯſentientis ¶ Ad. iij. dicēdum ꝙ mor
bus corporalis non eſt actus. ſed diſpoſitio quedam ꝑma-
nens. vnde eadem manens poteſt mutari. ſed peccatū ve
niale eſt actus tranſiens qui reſumi non poteſt. ⁊ q̄tum
ad hoc nō eſt ſile. ¶ Ad. iiij. dicēdum ꝙ diſpoſitio que fit ha
bitus eſt ſicut imperfectum in eadē ſpecie. ſicut imꝑfecta
ſciētia dum ꝑficitur fit habitus. ſed veniale peccatū eſt
diſpoſitio alterius generis. ſicut accidens ad formā ſub-
ſtantialem in quam nunq̄ mutatur.

## Ad quintum ſic procedit

Videtur ꝙ circumſtantia poſſit de veniali peccato facere
mortale. Dicit enim Aug' in ſermone de purgatorio. ꝙ
ſi diu teneatur iracundia ⁊ ebrietas ſi aſſidua ſit. tranſeūt
in numerum peccatorū mortalium. ſed ira ⁊ ebrietas nō
ſunt ex ſuo genere peccata mortalia. ſ3 venialia. alioquin
ſemper eſſent mortalia. ergo circūſtantia facit peccatum
veniale eſſe mortale. ¶ Pre. magiſter dicit. xxiiij. diſ. ſe-
cundi li. ſententiaꝝ. ꝙ delectatio ſi ſit moroſa eſt peccatū
mortale. ſi autem non ſit moroſa eſt peccatum veniale. ſ3
moroſitas eſt quedam circūſtantia. ergo circumſtantia fa
cit de peccato veniali mortale. ¶ Pre. plus differūt ma-
lum ⁊ bonum q̄ veniale peccatum ⁊ mortale quorū vtrū
q̄ eſt in genere mali. ſed circumſtantia facit de actu bono
malum. ſicut patet cum quis dat elemoſynam ꝓpter ina-
nem gloriam. ergo multo magis poteſt facere de peccato
veniali mortale. ¶ Sed contra eſt ꝙ cum circumſtantia
ſit accidens. quātitas eius non poteſt excedere q̄titatem
ipſius actus quem habet ex ſuo genere. ſemper enim ſub-
iectum preminet accidenti. ſi igitur actus ex ſuo genere ſit
peccatum veniale non poterit per circūſtantiam fieri pec
catum mortale. cū peccatū mortale in infinitū quodam-
modo excedat q̄titatē venialis. vt ex de eis pz. ¶ Rñ.
dicēdum ſicut ſupra dictum eſt. cum de circumſtantiis agere-
tur circumſtantia inq̄tum huiuſmodi eſt accidens mora
lis actus. contingit tamen circūſtantiam accipi vt differē
tiam ſpecificam actus moralis. et tunc amittit rationem
circūſtantie. ⁊ conſtituit ſpeciem moralis actus. hoc aūt
contingit in peccatis quando circumſtantia addit defor-
mitatē alterius generis. ſicut cum aliquis accedit ad nō
ſuam. eſt actus deformis deformitate oppoſita caſtitati.
ſed ſi accedat ad non ſuam que eſt alterius vxor addit de
formitas oppoſita iuſticie. contra quā eſt vt aliquis vſur-
pet rem alienam. ⁊ ſcḋm hoc huiuſmodi circūſtantia conſti
tuit nouam ſpeciem peccati que dicitur adulterium. im
poſſibile ē autem ꝙ circumſtātia de peccato veniali faci-
at mortale niſi afferat deformitatē alterius generis. Di
ctum ē enī ꝙ peccatū veniale habet deformitatem per
hoc ꝙ importat deordinationem circa ea que ſunt ad finē
peccatum autē mortale habet deformitatem ꝑ hoc ꝙ im-
portat deordinationē reſpectu vltimi finis. vnde manife
ſtum ē ꝙ circūſtantia non poteſt de veniali peccato facere
mortale manens circūſtantia. ſed ſolum tunc quādo trāſ
fertur in aliam ſpeciē. ⁊ fit quodāmodo differentia ſpeci-
fica moralis actus. ¶ Ad. j. ergo dicēdum ꝙ diuturnitas nō
ē circūſtantia trahens in aliam ſpeciem. ſimiliter nec fre-
quentia. vel aſſiduitas niſi forte ꝑ accidens ex aliquo ſu
perueniente. Non enim aliquid acquirit nouam ſpeciem
ex hoc ꝙ multiplicatur vl' procellatur. niſi forte in actu pro
cellato vel multiplicato ſuperueniat aliqḋ quod variet ſpe
ciem. puta inobedientia vel ꝯtemptus. vel aliquid huiuſ
modi. Dicendū ergo ꝙ cum ira ſit motus animi ad no-
cendum proximo ſi ſit tale nocumentū in qḋ tēdit mot'
ire. qḋ ex genere ſuo ſit peccatū mortale ſicut homicidiū.
vel furtum. talis ira ex genere ſuo eſt peccatum mortale.
ſed ꝙ ſit peccatum veniale habet ex imperfectione actus
inq̄tum ē motus ſubitus ſenſualitatis. ſi vero ſit diutur-
na redit ad naturam ſui generis per conſenſum rationis
Si vero nocumentū in qḋ tendit motus ire eſſet veni-
ale ex genere ſuo. puta cum aliquis in hoc iraſcitur ꝯtra
aliquem ꝙ vult ei dicere aliqḋ verbum leue et iocoſum
qḋ modicum ipſum contriſtet. non erit ira peccatū mor-
tale q̄tumcūq̄ ſit diuturna. niſi forte ꝑ accidens. puta ſi
ex hoc genere ſcandalum oriatur. vel ꝓpter aliquid huiuſ
modi. De ebrietate vero dicēdum ē ꝙ ſcḋm ſuam rationē ha-
bet ꝙ ſit peccatū mortale. ꝙ enī homo abſq̄ neceſſitate
reddat ſe impotentē ad vtendum ratione per quā homo ī
deum ordinatur. ⁊ multa peccata occurrētia vitet. ex ſola
voluptate vini expreſſe cōtrariatur virtuti. ſed ꝙ ſit pec-
catum veniale contingit ꝓpter ignorantiam quandā. vl'
infirmitatem. puta cū homo neſcit virtutem vini aut ꝓ-
priam debilitatem. vnde non putat ſe inebriari. tunc enī
nō imputatur ei ebrietas ad peccatum. ſed ſolum ſuper-
abundantia potus. ſed quando frequenter inebriatur. nō
poteſt per hanc ignorantiam excuſari quin videat volun
tas eius eligere magis pati ebrietatē q̄ abſtinere a vino
ſuperfluo. vñ redit peccatū ad ſuā naturā. ¶ Ad. ij. dicēdum
ꝙ delectatio moroſa non dr̄ eſſe peccatū mortale niſi ī his
que ex ſuo genere ſunt peccata mortalia. In quib' ſi de-
lectatio non moroſa ſit peccatum veniale eſt ex imperfe-
ctione actus. ſicut ⁊ de ira dictū eſt. dicitur enim ira diu-
turna et delectatio moroſa propter approbationem ratio-
nis deliberantis. ¶ Ad. iij. dicēdum ꝙ circumſtantia non fa-
cit de bono actu malum niſi conſtituens ſpeciē peccati. vt
ſupra etiam habitum eſt.

## Ad ſextum ſic ꝓceditur.

Uidetur ꝙ peccatum mortale poſſit fieri veniale. Equaliter enim diſtat peccatum veniale a mortali ⁊ ecõuerſo ſed peccatum veniale fit mortale. vt dictum eſt. ergo etiã peccatum mortale poteſt fieri veniale. ¶ Preterea peccatum veniale ⁊ mortale ponuntur differentie ſcḋm hoc ꝙ peccãs mortaliter diligit creaturam plus ꝙ̃ deũ. peccãs aũt venialiter diligit creaturã infra deũ. ꝯtingit aũt ꝙ aliquis cõmittẽs id qḋ eſt ex genere ſuo peccatũ mortale diligat creaturam infra deum. puta ſi aliquis neſciens fornicationem ſimplicem eſſe peccatum mortale et cõtrariã diuino amori fornicetur. ita tamen ꝙ ꝓpter diuinũ amorem paratus eſſet fornicationẽ ꝑtermittere ſi ſciret fornicando ſe cõtra diuinum amorem agere. ergo peccabit venialiter. ⁊ ſic peccatum mortale pt̃ veniale fieri ¶ Pre. ſicut dictum eſt. plus differt bonum a malo ꝙ̃ veniale a mortali. ſed actus qui eſt de ſe malus poteſt fieri bonus. ſicut homicidium põt fieri actus iuſticie. patet in iudice qui occidit latronem. ergo multo magis peccatum mortale põt fieri veniale. ¶ Sed contra eſt ꝙ eternum nunꝙ̃ põt fieri temporale. ſed peccatum mortale meretur penã eternam. peccatum autem veniale temporalem penã. ergo peccatũ mortale nunꝙ̃ põt fieri veniale. ¶ Rñ. dicḋm ꝙ veniale ⁊ mortale differunt ſicut perfectum ⁊ imperfectum in genere peccati. vt dictum eſt. Imꝑfectum autẽ per aliquam additionem põt ad perfectionem venire. vñ ⁊ veniale per hoc ꝙ additur ei deformitas ꝑtinẽs ad genus peccati mortalis. efficitur mortale. ſicut cum aliquis dicit verbum ocioſum vt fornicetur. ſed id qḋ eſt ꝑfectũ non poteſt fieri imperfectum per additionem. ⁊ ideo peccatum mortale non fit veniale per hoc ꝙ additur ei aliqua deformitas pertinens ei ad genus peccati venialis. non enĩ diminuitur peccatum eius qui fornicatur vt dicat verbum ocioſum. ſed magis aggrauatur ꝓpter deformitatem adiunctam. Poteſt tamẽ id quod eſt ex genere mortale eſſe veniale ꝓpter imperfectionem actus. q2 non ꝑfecte pertingit ad rationem actus mortalis. cum non ſit deliberatus ſed ſubditus. vt ex dictis patet. ⁊ hoc fit ꝑ ſubtractionem quandam. ſcꝫ deliberate rationis. ⁊ quia a ratione deliberata habet ſpeciem moralis actus. inde eſt ꝙ per talem ſubtractionem ſoluitur ſpecies. ¶ Ad .j. ergo dicḋm ꝙ veniale differt a mortali ſicut imperfectum a perfecto. vt puer a viro. fit autem ex puero vir. ſed non conuertitur. vnde ratio non cogit ¶ Ad. ij. dicḋm ꝙ ſi ſit talis ignorantia que peccatum omnino excuſet. ſicut eſt furioſi vel amentis. tunc ex tali ignorantia fornicationem cõmittens nec venialiter nec mortaliter peccat. Si vero ſit ignorantia non inuincibilis. tunc ignorantia ipſa ẽ peccatum. ⁊ continet in ſe defectum diuini amoris. inꝙ̃tum negligit homo addiſcere ea ꝑ que poteſt ſe in diuino amore conſeruare ¶ Ad. iij. dicḋm ꝙ ſicut Aug⁹ dicit in libro contra mendacium. Ea que ſunt ſcḋm ſe mala nullo fine bene fieri pñt. homicidiũ autẽ ẽ occiſio innocẽtꝭ. ⁊ hoc nullo mõ bñ fieri pt̃. ſꝫ iudex q̇ occidit latronẽ. vel miles q̇ occidit hoſtẽ rei publice. nõ appellantur homicide. vt Aug⁹ dicit in libro de libero arbitrio. ¶ Queſtio LXXXIX

## Deinde conſideran:

dum eſt de peccato veniali ſcḋm ſe. ⁊ circa hoc queruntur ſex. primo vtrum peccatum veniale cauſet maculam in anima. ſcḋo de diſtinctione peccati venialis ꝓut figuratur per lignum fenum ⁊ ſtipulam .j. Cor. iij. tertio vtꝝ hõ in ſtatu ĩnocentie potuerit peccare venialiter. quarto vtrũ angelus bonus vel malus poſſit peccare venialiter. quinto vtrum primi motus infideliũ ſint peccata venialia. ſexto vtrũ veniale poſſit eſſe in aliꝗ ſimul cum ſolo peccato originali.

## Ad primum ſic procedit.

Uidetur ꝙ peccatum veniale cauſet maculam in anima Dicit enĩ Aug⁹ in libro de penitentia. ꝙ peccata venialia ſi multiplicẽtur. decorẽ noſtrũ ita exterminant. vt a celeſtis ſponſi amplexibus nos ſeparẽt. ſed nihil aliud ẽ macula ꝙ̃ detrimentũ decoris. ergo peccata venialia cauſant maculã ĩ aĩa ꝓpter inordinationẽ actus. ⁊ affect⁹ ipſi⁹ peccãtis. ſꝫ ĩ peccato veniali ẽ quedã deordinatio act⁹ ⁊ affectus ergo peccatũ veniale cauſat maculã in aĩa. ¶ Pre. macula aĩe cauſaꝭ ex ꝯtactu rei tꝑalis ꝑ amorẽ. vt ſupra dictum ẽ. ſed ĩ peccato veniali aĩa inordinato amore ꝯtingit rem tꝑalem. ergo peccatũ veniale inducit maculã in aĩa. ¶ Sed contra ẽ ꝙ dꝛ Ephe. v. Ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccliam nõ habẽtẽ maculã aut rugã. glo. i. aliqḋ peccatũ criminale. ergo ꝓpriũ peccati mortalis eẽ videꝭ ꝙ maculã in aĩa cauſet. ¶ Rñ. dicḋm ꝙ ſicut ex dictis pꝫ macula importet detrimẽtũ nitoris ex aliꝗ cõtactu. ſicut in corꝑalibꝰ pꝫ. ex quibꝰ ꝑ ſimilitudinem nomẽ macule ad aĩaꝫ trãſfertur. Sicut autẽ in corpore ẽ duplex nitor. vn⁹ q̇dẽ ex intrinſeca diſpoſitione mẽbroꝝ ⁊ coloris. Ali⁹ aũt ex exteriori claritate ſuꝑueniẽte. Ita enĩ ĩ aĩa eſt duplex nitor. Unus quidẽ habitualis q̇ſi intrinſec⁹. Alius aũt actualis q̇ſi exterior fulgor. peccatũ aũt veniale impedit quidẽ nitorẽ actualẽ. nõ tñ habitualẽ. q2 nõ excludit neꝗ̃ diminuit habitũ charitatis ⁊ aliaꝝ virtutũ. vt infra patebit. ſꝫ ſolũ impedit eoꝝ actũ. macula aũt importat aliquid manẽs in re maculata. vñ magis videꝭ ꝑtinere ad detrimẽtũ habitualis nitoris ꝙ̃ actualis. vñ ꝓprie loquẽdo peccatũ veniale nõ cauſat maculã in aĩa. ⁊ ſi alicubi dicaꝭ maculaꝫ inducere. hoc eſt ſcḋm quid inꝙ̃tum impedit nitorem qui eſt ex actib⁹ virtutum. ¶ Ad. j. ergo dicḋm ꝙ Aug⁹ loquitur in eo caſu in quo multa peccata venialia diſpoſitiue inducunt ad mortale. aliter autẽ non ſeparatent ab amplexu celeſtis ſponſi ¶ Ad. ij. dicḋm ꝙ inordinatio actus in peccato mortali corrumpit habitum virtutis non autem in peccato veniali. ¶ Ad. iij. dicḋm ꝙ in peccato mortali anima per amorem contingit rem temporalẽ quaſi finem. ⁊ per hoc totaliter impeditur influxus ſplendoris gratie qui ꝓuenit in eos qui deo adherẽt vt vltimo fini per charitatem. ſed in peccato veniali nõ adheret homo creature tanꝙ̃ fini vltimo. vnde non eſt ſimile.

## Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur

Uideꝭ ꝙ incõueniẽter pctã venialia ꝑ lignũ fenũ ⁊ ſtipulã deſignẽꝭ. Lignũ enĩ fenũ ⁊ ſtipulã dicunꝭ ſuꝑedificari ſpũali fũdamẽto. ſꝫ pctã venialia ſũt ꝑter ſpũale edificiũ. ſicut etiã q̇libet falſe opiniões ſũt ꝑter ſciẽtiã. ergo pctã venialia nõ ꝯueniẽter deſignãꝭ ꝑ lignũ fenũ ⁊ ſtipulã ¶ Pre. ille q̇ edificat lignũ fenũ ⁊ ſtipulã. ſic ſalu⁹ erit q̇ſi ꝑ ignẽ ſed quãdoꝗ̃ ille q̇ cõmittit peccata venialia nõ erit ſalu⁹ etiã per ignẽ. puta cũ peccata venialia inueniũtur in eo qui decedit cũ pctõ mortali. ergo incõueniẽter ꝑ lignũ fenum ⁊ ſtipulam peccata venialia deſignanꝭ. ¶ Pre. ſcḋm apl'm aliꝗ ſunt qui edificant aurum. argentũ. lapides p̃cioſos. id eſt. amorem dei ⁊ ꝓximi ⁊ bona opera. ⁊ aliꝗ qui

edificant lignum. fenum ⁊ ſtipulam. ſed peccata venialia
cõmittunt etiam illi qui dili. ſũt deum ⁊ proximum ⁊ bo
na opera faciunt. Dicitur enim. j Job. ij. Si dixerimus
quia peccatum non habemus. nos ipſos ſeducimus. ergo
non conuenienter deſignãtur peccata venialia p iſta tria.
¶ Pre. multe plures differentie ⁊ gradus ſunt peccato/
rum venialium q̃ tres. ergo incõuenienter ſub his tribus
comprehenduntur. ¶ Sed cõtra eſt qḋ apoſto. j. Cor.
iij. dicit de eo qui ſuperedificat lignum. fenum ⁊ ſtipulã.
ꝙ ſaluus erit quaſi per ignem et ſic patietur penam. ſed
non eternam. reatus autem pene temporalis proprie per
tinet ad peccatum veniale. vt dictum eſt. ergo per illa tria
ſignificantur peccata venialia. ¶ Rñ. dõm ꝙ quidam i
tellexerunt fundamentũ eſſe fidem informem ſup quã
aliqui edificant bona opera que figurantur per aurum.
argentum ⁊ lapides precioſos. quidam vero peccata etiã
mortalia que figurantur ſm eos per lignum fenum ⁊ ſti
pulam. ſed hanc expoſitionem improbat Aug. in libro d
fide et operibus. quia vt apoſtolus dicit ad Gal. v. Qui
opera carnis facit regnum dei non conſequetur quod eſt
ſaluum fieri. Apoſtolus autem dicit ꝙ ille qui edificat li
gnum. fenum. ⁊ ſtipulam. ſaluus erit quaſi per ignẽ. vn/
de non poteſt intelligi ꝙ per lignum. fenum. ⁊ ſtipulam.
peccata mortalia deſignentur. Dicunt ergo quidam ꝙ p
lignum. fenum. ⁊ ſtipulam. ſignificantur opera bona que
ſuperedificantur quidem ſpirituali edificio. ſed tamẽ cõ/
miſcẽt ſe eis peccata venialia. ſicut cum aliquis habet cu
ram rei familiaris. quod bonum eſt cõmiſcet ſe ſuperfluus
amor vel vxoris. vel filiorum. vel poſſeſſionum. ſub deo
tamen ita ſcʒ ꝙ pro his homo nihil vellet facere cõtra de/
um. ſed hoc iterum non videtur conuenienter dici. Ma/
nifeſtum eſt enim ꝙ omnia opera bona referũtur ad cha
ritatem dei et proximi. vnde pertinent ad aurum ⁊ argen
tum ⁊ lapides precioſos. nõ ergo ad lignum fenum ⁊ ſti
pulam. Et ideo dicendũ eſt ꝙ ipſa peccata venialia que
admiſcent ſe procurantibus terrena. ſignificantur per li/
gnum fenum ⁊ ſtipulam. ſicut enim huiuſmodi congre/
gantur in domo ⁊ non pertinent ad ſubſtantiam edificij
et poſſunt comburi edificio remanente. ita etiam pecca/
ta venialia multiplicantur in homine manente ſpirituali
edificio. et pro iſtis patitur ignem. vel temporalis tribu
lationis in hac vita. vel purgatorij poſt hanc vitam. ⁊ ta
men ſalutem conſequetur eternam. ¶ Ad. j. ergo dicen/
dum ꝙ peccata venialia non dicuntur ſuperedificari ſpi
rituali fundamento quaſi directe ſupra ipſum poſita. ſʒ
quia ponuntur iuxta ipſa. ſicut accipitur ibi. ſuper flumi/
na babylonis. id eſt. iuxta. quia peccata venialia non de/
ſtruunt ſpirituale edificium. vt dictum eſt. ¶ Ad. ij. dicẽ
dum ꝙ non dicitur d quocunq̃ edificante lignum fenũ
⁊ ſtipulam. ꝙ ſaluus ſit quaſi per ignem. ſed ſolum de eo
qui edificat ſupra fundamentum. quod quidem non ẽ fi/
des informis vt quidam eſtimabant. ſed fides formata
charitate. ſm illud Ephe. iij. In charitate radicati ⁊ fun
dati. Ille ergo qui decedit cum peccato mortali ⁊ venia/
libus. habet quidem lignum fenum ⁊ ſtipulam. ſed non
ſunt ſuperedificata ſupra fundamentũ ſpirituale. ⁊ ideo
non erit ſaluus ſic quaſi per ignem. ¶ Ad. iij. dicendũ ꝙ
illi qui ſunt abſtracti a cura temporalium rerum. ⁊ ſi ali
quando venialiter peccent. tamen leuia peccata venialia
cõmittunt. ⁊ frequentiſſime per feruorem charitatis pur
gantur. vñ tales non ſuperedificant venialia. quia in eis
modicum manent. ſed peccata venialia ipſorum que cir/
ca terrena occupantur diutius manent. quia non ita fre/
quẽter recurrere poſſunt ad huiuſmodi peccata venialia
delenda per charitatis feruorem. ¶ Ad. iiij. dõm ꝙ ſicut
phũs dicit in primo de celo. Omnia tribus includũtur
ſcʒ principio. medio. ⁊ fine. ⁊ ſm hoc omnes gradus ve/
nialium peccatorum ad tria reducuntur. ſcʒ ad lignũ qḋ
diutius manet in igne. ad ſtipulam que citiſſime expedi
tur. ad fenũ quod medio modo ſe habet. ſm enim ꝙ pec
cata venialia ſunt maioris vel minoris adherentie vel gra
uitatis citius vel tardius p ignem purgãtur.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videtur ꝙ homo in ſtatu innocẽtie potuerit peccare ve/
nialiter. Quia ſuper illud. j. ad Timo. ij. Adam non eſt
ſeductus. dicit glo. Inexpertus diuine ſeueritatis. in eo
falli potuit vt crederet veniale eſſe cõmiſſum. ſed hoc nõ
credidiſſet niſi venialiter peccare potuiſſet. ergo venialiter
peccare potuit non peccando mortaliter. ¶ Pre. Aug. xi
ſuper Geñ. ad litteram. Non eſt arbitrandum ꝙ eẽt ho/
minem deiecturus temptator. niſi preceſſiſſet i anima ho
minis quedam elatio comprimenda. elatio autem deie/
ctionem precedens que facta eſt per peccatum mortale.
non potuit eſſe niſi peccatum veniale. Similiter etiam i
eodem Aug. dicit ꝙ virum ſollicitauit aliqua experien
di cupiditas cum mulierem vidiſſet ſumpto vetito pomo
non eſſe mortuam. videtur etiam fuiſſe in Eua aliquis in
fidelitatis motus in hoc ꝙ de verbis domini dubitauit
vt patet per hoc quod dixit. Ne forte moriamur. vt habe
tur Geñ. iij. hec autem videntur eſſe venialia peccata.
ergo homo potuit venialiter peccare anteq̃ mortaliter
peccaret. ¶ Preterea peccatum mortale magis opponi/
tur integritati primi ſtatus q̃ peccatum veniale. ſed ho/
mo potuit peccare mortalit non obſtante integritate pri/
mi ſtatus. ergo etiam potuit peccare venialiter. ¶ Sed
contra eſt ꝙ cuilibet peccato debetur aliqua pena. ſed ni/
hil penale eſſe potuit in ſtatu innocentie vt Auguſ. dicit
xiiij. de ciuita. dei. ergo non potuit peccare aliquo pecca/
to quo non eijceretur ab illo integritatis ſtatu. ſed pecca/
tum veniale non mutat ſtatum hominis. ergo non potu/
it peccare venialiter. ¶ Rñ. dicendum ꝙ cõmuniter po
nitur ꝙ homo in ſtatu ĩnocentie nõ potuit venialiter pec
care. hoc etiam non eſt ſic intelligendum quaſi id qḋ no/
bis eſt veniale ſi ipſe cõmitteret eſſet ſibi mortale propter
altitudinem ſui ſtatus. dignitas enim perſone eſt quedã
circumſtantia aggrauans peccatum. non tamen transfert
in aliam ſpeciem. niſi forte ſuperueniente deformitate in
obedientie. vel voti. vel alicuius huiuſmodi qḋ in propo
ſito dici non poteſt. vnde id quod eſt de ſe veniale nõ po
tuit transferri in mortale propter dignitatem primi ſtat.
ſic ergo ĩtelligendũ ẽ ꝙ non potuit peccare venialiter. qr
nõ potuit eſſe vt cõmitteret aliqd qḋ eẽt de ſe peccatũ ve
niale anteq̃ integritatẽ primi ſtatus amitteret peccando
mortaliter. Cuius ratio ẽ qr peccatũ veniale ĩ nobis contin
git vel ꝓpter imperfectionẽ actus. ſicut ſubiti motus in ge
nere peccatorum mortaliũ. vel ꝓpter inordinationẽ exiſtẽtẽ
circa ea q̃ ſunt ad finẽ ſeruato debito ordine ad finẽ. vtrũ
q̃ aũt horum contingit ꝓpter quẽdam defectũ ordinis. ex eo ꝙ
inferius non cõtinetur firmiter ſub ſuperiori. ꝙ enim in
nobis inſurgat ſubitus motus ſenſualitatis. contingit ex
hoc ꝙ ſenſualitas non eſt omnino ſubdita rationi. ꝙ ve
ro inſurgat ſubitus motus in ratione ipſa. prouenit in no/
bis ex hoc ꝙ ipſa executio actus rationis non ſubditur

deliberationi que eſt ex altiori bono vt ſupra dictum eſt. ꝙ vero humanus animus inordinetur circa ea que ſunt ad finē ſeruato debito ordine ad finem, ꝓuenit ex hoc ꝙ ea que ſunt ad finem nō ordinantur infallibiliter ſub fine qui tenet ſummū locum quaſi principium in appetibilibus. vt ſupra dictum ē. In ſtatu autē innocentie vt in primo habitū eſt. erat infallibilis ordinis firmitas vt ſemper inferius cōtineretur ſub ſuperiori ꝗdiu ſummū hominis contineretur ſub deo. vt etiam Aug⁹ dicit. xiiij. de ciui. dei. ⁊ ideo oportebat ꝙ inordinatio in homine nō eſſet niſi inciperet ab hoc ꝙ ſummum hominis nō ſubderetur deo. qđ fit ꝑ peccatū mortale. Ex quo patet ꝙ homo in ſtatu innocentie non potuit peccare venialiter anteꝗ peccaret mortaliter. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ veniale nō ſumitur ibi ſm ꝙ nunc de veniali loquimur. ſed dicitur veniale quod ē facile remiſſibile. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ illa elatio que preceſſit in animo hominis fuit ad primum hominis peccatum mortale. dicitur autē preceſſiſſe deiectionē eius in exteriorem actum peccati. huiuſmodi autem elationem ſubſecuta eſt ⁊ experiēdi cupiditas in viro. ⁊ dubitatio in muliere. que ex hoc ſolo in quandā aliam elationem ꝓrupit ꝙ ꝑcepti mētionem a ſerpente audiuit ꝗſi nollet ſub precepto contineri. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ peccatū mortale i tantū opponitur integritati primi ſtatus ꝙ corrumpit ipſum. qđ peccatum veniale facere non poteſt. et quia non poteſt ſimul eſſe quecūꝗ inordinatio cum integritate primi ſtatus. conſequens eſt ꝙ prim⁹ homo nō potuerit peccare venialiter anteꝗ peccaret mortaliter.

## Ad quartū ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ angelus bonus vel malus poſſit peccare venialiter. Homo enim cum angelis conuenit in ſuperiori anime parte que mens vocatur. ſm illud Grego. in omel. Homo intelligit cum angelis. ſed homo ſm ſupiorē partem anime pōt peccare venialiter. ergo ⁊ angel⁹. ¶ Pre. quicunꝗ poteſt qđ eſt plus poteſt etiam qđ eſt minus. ſed angelus potuit diligere bonum creatum plus ꝗ deū quod fecit peccando mortaliter. ergo etiam potuit bonū creatum diligere infra deum inordinate venialiter peccādo. ¶ Pre. angeli mali videntur aliqua facere que ſunt ex genere ſuo venialia peccata prouocādo homines ad riſum. ⁊ ad alias huiuſmodi leuitates. ſed circūſtantia perſone non facit de veniali mortale. vt dictum eſt niſi ſpeciali prohibitione ſuperueniente. qđ non eſt in ꝓpoſito. ergo angelus poteſt peccare venialiter. ¶ Sed contra ē ꝙ maior eſt ꝑfectio angeli ꝗ perfectio hominis in primo ſtatu. ſed homo in primo ſtatu non potuit peccare venialiter. ergo multo minus angelus. ¶ Rñ. dōm ꝙ intellect⁹ angeli ſicut i primo dictū eſt. nō eſt diſcurſiu⁹. vt ſcȝ ꝓcedat a principijs i ꝯcluſiōes ſeorſū vtrūꝗ itelligēs ſicut i nobis ꝯtingit. vñ oportet ꝙ quādoꝗ ꝯſiderat ꝯcluſiones cōſideret eas ꝓut ſunt i principijs. In appetibilib⁹ autē ſicut multotiēs dictum ē. fines ſunt ſicut principia. ea vero q̄ ſunt ad finem ſunt ſicut ꝯcluſiones. vñ mens angeli nō fert̃ in ea q̄ ſunt ad finem niſi ſm ꝙ ſtant ſub ordine finis. ꝓpter hoc ex natura ſua habent ꝙ nō poſſit in eis eē deordinatio circa ea que ſunt ad finem. niſi ſimul ſit deordinatio circa finem ipſum qđ eſt ꝑ peccatum mortale. ſȝ āgeli boni non mouentur in ea que ſunt ad finem. niſi in ordine ad finem debitū qui eſt deus. ⁊ ꝓpter hoc omnes eorum actus ſunt charitatis. ⁊ ſic in eis non poteſt eē peccatum veniale. Angeli vero mali in nihil mouentur niſi in ordine ad finē peccati ſupbie ipſorum. ⁊ ideo in omnibus peccant mortaliter quecunꝗ ꝓpria voluntate agunt. Secus autem ē de appetitu naturalis boni qui eſt i eis vt in primo dictum eſt. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ homo conuenit quidem cum angelis in mēte ſiue i intellectu. ſȝ differt in modo intelligēdi vt dictum eſt. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ angelus non potuit minus diligere creaturā ꝗ deum. niſi ſimul referens eā in deū ſicut i vltimū finem. vel aliquē finē inordinatum rōne iam dicta. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ omnia illa que videntur eſſe venialia demones ꝓcurant vt homines ad ſui familiaritatem attrahant. et ſic deducant eos in peccatū mortale. vñ in omnibus mortaliter peccāt ꝓpter intentionē finis.

## Ad quintum ſic procedit

Videt̃ ꝙ primi mot⁹ ſenſualitatis i infidelib⁹ ſint peccata mortalia. Dicit enī aplš ad Ro. viij. ꝙ nihil ē dānationis his qui ſunt in chriſto ieſu qui non ſm carnē ambulant. ⁊ loquit̃ ibi de concupiſcētia ſenſualitatis. vt ex pmiſſis apparet. hec ergo cauſa eſt quare concupiſcere non ſit dānabile his qui nō ſm carnē ambulāt. ꝯſentiēdo ſcȝ ꝯcupiſcentie. quia ſunt in xp̄o ieſu. ſed fideles non ſunt in xp̄o ieſu. ergo in infidelibus ē dānabile. primi igit̃ motus infidelium ſunt peccata mortalia. ¶ Pre. Anſhelm⁹ dicit in li. de gratia ⁊ li. ar. Qui nō ſunt in xp̄o ſentiētes carnem ſequitur dānationem etiā ſi non ſm carnē ambulant. ſed dānatio non debetur niſi peccato mortali. ergo cum homo ſentiat carnem ſm primum motum cōcupiſcentie. videtur ꝙ primus motus concupiſcentie i infidelibus ſit peccatum mortale. ¶ Pre. Anſhelmus dicit i eodē li. Sic ē factus homo vt ꝯcupiſcētiā ſentire nō deberet. hoc autem debitū videt̃ homini remiſſum ꝑ gratiā baptiſmalē quā infideles nō habent. ergo quādocūꝗ infidelis cōcupiſcit etiā ſi non conſentiat peccat mortaliter contra debitum faciens. ¶ Sed contra eſt qđ dr̄ Actuū x. Non eſt ꝑſonarū acceptor deus. qđ ergo vni non imputat ad dānationem nec alteri. ſed primos motus fidelib⁹ non imputat ad dānationē. ergo etiam nec infidelibus. ¶ Rñ. dōm ꝙ irrationabiliter dr̄ ꝙ primi mot⁹ infidelium ſint peccata mortalia ſi eis nō ꝯſentiat̃. ⁊ hoc patȝ dupliciter. Primo quidem ꝙ ipſa ſenſualitas non pōt eſſe ſubiectum peccati mortalis vt ſupra eſt habitum. eſt autem eadem natura ſenſualitatis i infidelibus ⁊ fidelib⁹. vnde non poteſt eſſe ꝙ ſolus motus ſenſualitatis in infidelibus ſit peccatum mortale. Alio modo ex ſtatu ipſius peccantis. nunꝗ enim dignitas perſone diminuit peccatum. ſed magis auget. vt ex ſupra dictis patet. vnde nec peccatum ē minus in fideli ꝗ in infideli. ſed multo maius. Nam ⁊ infidelium peccata magis merentur veniā ꝓpter ignorantiam. ſm illud .j. ad Timo. j. Miſericordiam dei conſecutus ſum. quia ignorās feci in incredulitate mea. ⁊ peccata fidelium aggrauantur propter gratie ſacramenta. ſm illud Heb. x. Quāto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui ſanguinem teſtamenti in quo ſanctificatus eſt pollutum duxerit. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ apoſtolus loquitur de damnatione debita peccato originali que aufertur per gratiam ieſu chriſti ꝗuis maneat ꝯcupiſcētie fomes. vñ hoc ꝙ fideles ꝯcupiſcūt nō ē i eis ſignū dānationis originalis peccati ſicut ē i infidelib⁹. ⁊ hoc etiā mō itelligēdū ē dictū Anſhelmi. Unde patet ſolutio ad ſecundū. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ illud debitum non cōcupiſcendi erat ꝑ originalem iuſticiam. vñ id qđ

oppoñitur tali debito non ꝑtinet ad peccatum actuale. ſꝫ ad peccatum originale.

## Ad ſextum ſic proceditur.

Uidetur ꝙ peccatum veniale poſſit eſſe in aliquo cũ ſolo originali. Diſpoſitio enim p̄cedit habitum. ſed veniale eſt diſpoſitio ad mortale. vt ſupra dictum eſt. ergo veniale in infideli cui non remittitur originale inuenit̃ ante mortale. ⁊ ſic quandoq; infideles habent peccata venialia cum originali ſine mortalibus. ¶ Pre. minus habet de cõnexione ⁊ conuenientia veniale cum mortali q̄ mortale peccatum cum mortali. ſed infidelis ſubiect⁹ originali peccato poteſt cõmittere vnum peccatum mortale et non aliud. ergo poteſt cõmittere peccatum veniale et non mortale ¶ Pre. determinari poteſt tempus ĩ quo puer primo poteſt eſſe actor peccati actualis. ad quod tẽpus cum peruenerit poteſt ad minus per aliquod breue ſpacium ſtare quin peccet mortaliter. quia hoc etiã ĩ maximis ſceleratis contingit. In illo autem ſpacio q̄tumcunq; breui poteſt peccare venialiter. ergo peccatum veniale poteſt eſſe in aliquo cum originali peccato abſq; mortali. ¶ Sed contra eſt. quia pro peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum. vbi non eſt pena ſenſus vt infra dicetur. In inferno autẽ detruduntur homines propter ſolum peccatum mortale. ergo non erit locus in quo poſſit puniri ille qui habet peccatum veniale cũ originali ſolo. ¶ Reſ. dõm ꝙ impoſſibile eſt ꝙ peccatũ veniale ſit in aliquo cum originali peccato abſq; mortali. Cuius ratio ẽ. quia anteq̄ ad annos diſcretionis perueniat. defectus etatis prohibens vſum rationis excuſat eũ a peccato mortali. vnde multo magis excuſat eum a peccato veniali ſi cõmittat aliquid quod ſit ex genere ſuo tale. cum vero vſum rationis habere inceperit. non omnino excuſatur a culpa venialis ⁊ mortalis peccati. ſed primum qđ tunc homini cogitandum occurrit eſt deliberare de ſe ipſo. ⁊ ſiquidem ſeipſum ordinauerit ad debitum finem. per gratiam conſequetur remiſſionem originalis peccati. Si vero non ordinet ſeipm̃ ad debitum finem ſm ꝙ ĩ illa etate eſt capax diſcretionis. peccabit mortaliter non faciens ꝙ in ſe eſt. ⁊ ex tunc non erit in eo peccatum veniale ſine mortali niſi poſtq̄ totum fuerit ſibi per gratiã remiſſum ¶ Ad .j. ergo dõm ꝙ veniale non eſt diſpoſitio ex neceſſitate p̄cedens mortale. ſed contingẽter. ſicut quandoq; labor diſponit ad febrem. non autem ſicut calor diſponit ad formam ignis. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ nõ impeditur peccatum veniale eſſe ſimul cũ ſolo originali ꝓpter diſtantiam eius vel ↄuenientiam. ſed ꝓpter defectum vſus rationis. vt dictũ eſt. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ ab alijs peccatis mortalibus poteſt puer incipiens habere vſum rõnis per aliquod tẽpus abſtinere. ſed a peccato omiſſionis p̄dicte nõ liberatur niſi q̄cito poteſt ſe conuertat ad deum. Primũ enim qđ occurrit homini diſcretionem habenti ẽ ꝙ de ſe ipſo cogitet ad quẽ alia ordinet ſicut ad finem. Finis enĩ eſt prior in intẽtione. et ideo hoc eſt tempus pro quo obligatur ex dei p̄cepto affirmatiuo. quo dñs dicit. Conuertimini ad me. ⁊ ego conuertar ad vos. Zacharie primo.

XC

Conſequenter conſiderandũ eſt de principijs exterioribus actuũ. Principium autem exterius ad malum inclinans eſt diabolus. de cuius tẽptatione in primo dictum eſt. Principium autem exterius mouens ad bonum eſt deus. qui ⁊ nos inſtruit per legem. et iuuat per gratiam. vnde primo de lege. ſcđo de gratia dicendũ eſt. Circa legem autem primo oportet conſiderare de ipſa lege in cõmuni. ſcđo de partibus eius. Circa legem autem in communi tria occurrunt conſiderãda. primo quidem de eſſentia ipſius. ſcđo de differentia legum. tertio de effectib⁹ legis. Circa primum queruntur quattuor. primo vtrũ lex ſit aliquid rõnis. ſcđo de fine legis. tertio de cauſa eius. quarto de ꝓmulgatione ipſius.

## Ad primum ſic procedit̃.

Uidetur ꝙ lex non ſit aliquid rationis. Dicit enim apoſtolus ad Roma. vij. Uideo aliã legẽ in membris meis ⁊c. ſed nihil quod eſt rationis eſt in membris. quia ratio non vtitur organo corporali. ergo lex non eſt aliquid rationis. ¶ Pre. in ratione non eſt niſi potentia habitus et actus. ſed lex non eſt ipſa potẽtia rationis. Similiter etiã non ẽ aliquis habitus rõnis. q2 habitus rõnis ſunt virtutes intellectuales. de quibus ſupra dictum eſt. nec etiã actus rationis eſt. quia ceſſante rationis actu lex ceſſaret. puta in dormientibus. ergo lex non eſt aliquid rationis. ¶ Pre. lex mouet eos qui ſubijciuntur legi ad recte agẽdum. ſed mouere ad agendum ꝓprie ꝑtinet ad voluntatẽ vt patet ex premiſſis. ergo lex non pertinet ad rationem. ſed magis ad voluntatem. ſm ꝙ etiam iuriſperitus dicit Quod placuit principi legis habet vigorem. ¶ Sed cõtra eſt ꝙ ad legem pertinet p̄cipere et prohibere. ſed imperare eſt rationis. vt ſupra habitum eſt. ergo lex eſt aliquid rationis. ¶ Reſ. dõm ꝙ lex quedam regula eſt et menſura actuum ſm quã inducitur aliquis ad agendũ. vel ab agendo retrahitur. Dicitur enĩ lex a ligando. quia obligat ad agendum. regula autem ⁊ menſura humanoꝝ actuum ẽ ratio que eſt principium primum actuum humanorum vt ex p̄dictis patet. Rationis enim eſt ordinare ad finẽ qui eſt primum principium in agendis ſm philoſophũ. In vnoquoq; autem genere id quod eſt principium eſt menſura ⁊ regula illius generis. ſicut vnitas ĩ genere numeri. ⁊ motus primus in genere motuum. vnde relinquitur ꝙ lex ſit aliquid pertinens ad rationem ¶ Ad .j. ergo dõm ꝙ cum lex ſit regula quedam et menſura. dicitur dupliciter eſſe in aliquo. Uno modo ſicut in menſurante ⁊ regulante. ⁊ quia hoc eſt ꝓprium rationis. ideo per hunc modum lex eſt in ratione ſola. Alio modo ſicut in regulato ⁊ menſurato. ⁊ ſic lex eſt in omnibus que inclinãtur ĩ aliquid ex aliqua lege. ita ꝙ quelibet inclinatio ꝓueniẽs ex aliq̄ lege p̄t dici lex. nõ eſſentialiter. ſꝫ q̄ſi participatiue. ⁊ hoc mõ ĩclinatio ipſa mẽbroꝝ ad ↄcupiſcẽdũ lex mẽbrorũ vocat̃. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ ſicut ĩ actib⁹ exteriorib⁹ ẽ cõſiderare opationẽ ⁊ opatũ; puta edificationẽ ⁊ edificatũ. ita ĩ opib⁹ rõnis ẽ ↄſiderare ipm̃ actũ rõnis q̄ ẽ ĩtelligere ⁊ rationari. ⁊ aliq̄d ꝑ hmõi actũ ↄſtitutũ. qđ q̄dẽ ĩ ſpeculatiua rõne. primo q̄dẽ ẽ diffinitio. ſcđo enũciatio. tertio vero ſyllogiſm⁹ vel argumẽtatio. ⁊ q2 rõ etiã practica vtit̃ q̄dã ſyllogiſmo ĩ opabilib⁹. vt ſupra habitũ ẽ ſm ꝙ philoſophus docet ĩ. vij. ethi. ideo ẽ iuenire aliquid ĩ rõne practica qđ ita ſe habeat ad opatiões ſicut ſe hꝫ ꝓpoſitio ĩ rõne ſpeculatiua ad cõcluſiões. ⁊ hmõi ꝓpoſitiões vles rõnis practice ordinate ad actiones habent rationẽ legis. q̄ q̄dẽ ꝓpoſitiones aliq̄n actualiter ↄſiderãt̃. aliq̄n vero habitualiter a rõne tenentur ¶ Ad .iij. dõm ꝙ ratio habet vim mouendi a voluntate. vt ſupra dictum eſt. Et hoc enim ꝙ

aliq̇s vult finem. ratio imperat de his que ſunt ad finem ſed voluntas de his que imparantur ad hoc legis rōnē habeat. oportet ꝙ ſit aliqua rōne regulata. ⁊ hoc mō intelligit̃ ꝙ volūtas principis hꝫ vigorē legis. alioquin voluntas principis magis eēt iniquitas ꝙ̄ lex.

## Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ lex non ordinetur ſemꝑ ad bonuꝫ cōmune ſicut ad finem. Ad legem enim ꝑtinet precipere ⁊ ꝓhibere. ſed precepta ordinantur ad quedam ſingularia bona. non ergo ſemper finis legis eſt bonum cōmune. ¶ Pre. lex dirigit hominē ad agendum. ſed actus humani ſunt ī particularibus. ergo ⁊ lex ad aliq̇d particulare bonum ordinatur. ¶ Pre. Yſidor⁹ dicit in li. ethimologiaꝝ. Si ratione lex conſtat lex erit omne q̇d ratione conſtiterit. ſed ratione conſiſtit non ſolum q̇d ordinatur ad bonū cōmune. ſed etiā q̇d ordinatur ad priuatum bonū vnius. ergo lex non ordinatur ſolum ad bonū cōmune. ſed etiā ad bonum priuatum vnius. Sed contra eſt q̇d Yſidor⁹ dicit in. iij. ethimologiarū. ꝙ lex eſt nullo priuato cōmodo. ſed ꝓ cōmuni vtilitate ciuium conſcripta. ¶ Rñ. dd̄m ꝙ ſicut dictum ē ꝙ lex ꝑtinet ad id q̇d eſt principium humanorum actuū ex eo ꝙ eſt regula ⁊ menſura. Sicut aūt ratio ē principiū hūanoꝝ actuū ita etiaꝫ in ipa rōne ē aliq̇d q̇d eſt principiū reſpectu oīuꝫ alioꝝ. vnde ad hoc oportet ꝙ principaliter ⁊ maxime ꝑtineat lex. ꝑmū autem principium in operatiuis quoꝝ eſt ratio practica eſt finis vltimus. Eſt autem vltimus finis hūane vite felicitas vel beatitudo vt ſupra habitū ē. vnde oportet ꝙ lex maxime reſpiciat ordinem qui eſt in beatitudine. rurſus cum omnis pars ordinatur ad totum ſicut imꝑfectum ad ꝑfectū. vnus autem homo eſt pars cōmunitatis ꝑfecte. neceſſe eſt ꝙ lex ꝓprie reſpiciat ordinem ad felicitatem cōmuneꝫ. vnde ⁊ phūs in ꝑmiſſa diffinitione legalium mentioneꝫ facit. ⁊ de felicitate ⁊ cōmunione politica. Dicit enī in. vj. ethi. ꝙ legalia iuſta dicimus factiua ⁊ cōſeruatiua felicitatis ⁊ particularum ipius politica cōmunicatiōe. Perfecta enim cōmunitas ciuitas ē. vt dicitur in primo politice. In quolibet autem genere id q̇d maxime dicitur ē principium alioꝝ. ⁊ alia dicūt̃ ſm ordinē ad ipm. ſicut ignis qui eſt maxime calidus eſt cauſa caliditatis in corporibus mixtis. que in tantū dicūtur calida inq̇ꝫtum participant de igne. vnde oportet ꝙ cum lex maxime dicatur ſm ordinem ad bonū cōmune q̇dcūqꝫ aliud preceptū de particulari ope non habet rationem legis niſi ſm ordineꝫ ad bonum commune. et ideo omnis ad bonum commune ordinatur. ¶ Ad. j. ergo dicendum ꝙ preceptum importat applicationē legis ad ea que ex lege regulantur. ordo autem ad bonum cōmune qui ꝑtinet ad legem ē applicabilis ad ſingulares fines. ⁊ ſm hoc etiam d̓ particularibꝫ quibuſdā precepta dantur. ¶ Ad. ij. dd̄m ꝙ operationes quidem ſunt ī ꝑticularibus. ſed illa ꝑticularia referri poſſunt ad bonum cōmune. nō quidem cōmunitate generis vel ſpeciei. ſed cōmunitate cauſe finalis. ſm ꝙ bonū commune d̓r finis cōmunis. ¶ Ad. iij. dd̄m ꝙ ſicut nihil cōſtat firmiter ſm rōnem ſpeculatiuam niſi ꝑ reſolutioneꝫ ad prima principia indemōſtrabilia. ita firmiter nihil cōſtat ꝑ rōnem practicā ꝑ ordinationem ad vltimū finem. qui eſt bonū cōmune. q̇d autem hoc modo ratione cōſtat legis rationem habet.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Uidet̃ ꝙ cuiuſlibet ratio ſit factiua legis. Dicit enī apl̓s ad Roma. ij. ꝙ cū gētes q̄ legē nō habēt. naturaliter ea q̄ legis ſunt faciunt. ipi ſibi ſunt lex. hoc autē cōmuniter de oīb⁹ dicit. ergo q̇libet ꝑt facere ſibi legē. ¶ Pre. ſic phūs dicit in. ij. ethi. Intētio legiſlatoris ē vt inducat hoīeꝫ ad virtutē. ſꝫ quilibet hō pōt alium inducere ad virtuteꝫ. ergo cuiuſlibet hoīs rō ē factiua legis. ¶ Pre. ſic princeps ciuitatis ē ciuitatis gubernator. ita quilibet paterfamilias eſt gubernator domus. ſꝫ princeps ciuitatis pōt in ciuitate legem facere. ergo quilibet paterfamilias pōt ī ſuo domo facere legē. ¶ Sꝫ ↄtra ē q̇d Yſidor⁹ dicit in li. ethimologiaꝝ. ⁊ habet̃ in decretis diſ. ij. Lex ē cōſtitutio ꝓplī ſm quā maiores natu ſimul cū plebibꝫ aliquid ſanxerūt. nō ē ergo cuiuſlibet facere legē. ¶ Rñ. dd̄m ꝙ lex ꝓprie primo ⁊ principaliter reſpicit ordinem ad bonū cōmune. ordinare aūt aliquid ī bonū cōmune ē vel toti⁹ multitudinis. vel alicui⁹ gerētis vicē toti⁹ multitudinis. ⁊ ideo condere legē. vel ꝑtinet ad totā multitudinē. vel ꝑtinet ad ꝑſonā publicā q̄ toti⁹ multitudinis curā habet. qꝛ et ī oīb⁹ aliis ordinare ī finē eſt ei⁹ cuius ē ꝓprius ille finis. ¶ Ad j. ergo dd̄m ꝙ ſicut ſupra dictū eſt. lex eſt in aliquo nō ſolum ſicut in regulante. ſed etiā ꝑticipatiue ſicut ī regulato. ⁊ hoc modo vnuſquiſqꝫ ſibi eſt lex inq̇ꝫtum ꝑticipat ordinem alicuius regulātis. vnde ⁊ ibidē ſubditur. qui oſtēdunt opus legis ſcriptum in cordibꝫ ſuis. ¶ Ad. ij. dd̄m ꝙ ꝑſona priuata non poteſt inducere efficaciter ad virtutem. poteſt enim ſolum mouere. ſed ſi ſua motio non recipiatur non habet vim coactiuam quā debet hēre lex ad hoc ꝙ efficaciter inducat ad virtuteꝫ. vt phūs dicit in. x. ethi. hanc autem virtutē coactiuam habet multitudo vel ꝑſona publica ad quam ꝑtinet penas infligere. vt infra dicetur. ⁊ ideo ſolius ē eius leges facere. ¶ Ad. iij. dd̄m ꝙ ſicut hō eſt ꝑs dom⁹. ita domus ē ꝑs ciuitatis. ciuitas autē eſt cōmunitas ꝑfecta. vt dicitur in primo politice. ⁊ ideo ſicut bonum vnius hominis non eſt vltimus finis. ſed ad cōmune bonum ordinatur ita etiam ⁊ bonum vnius ciuitatis. que eſt cōmunitas perfecta. vnde ille qui gubernat aliquā familiam. poteſt quidem facere aliqua precepta vel ſtatuta. non tamen q̄ ꝓprie habēt rōnem legis.

## Ad quartuꝫ ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ promulgatio non ſit de ratiōe legis. Lex enī naturalis maxime habet rationeꝫ legis. ſed lex naturalis non indiget ꝓmulgatiōe. ergo non eſt de ratione legis ꝙ promulgetur. ¶ Pre. ad legem pertinet ꝓprie obligare ad aliquid faciendum vel non faciendum. ſed non ſolum obligantur ad implendum legem illi coram quibus ꝓmulgatur lex. ſed etiam alij. ergo ꝓmulgatio non ē de ratione legis. ¶ Pre. obligatio legis extendit̃ etiā in futurum. quia leges futuris negocijs neceſſitateꝫ imponunt. vt iura dicunt. ſed promulgatio fit ad preſentes. ergo promulgatio non eſt de neceſſitate legis. ¶ Sed contra eſt quod dicitur in decretis quarta diſ. ꝙ leges inſtituuntur cuꝫ ꝓmulgantur. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut dictum eſt. lex imponitur aliis per modum regule et menſure. Regula autem et menſura imponitur per hoc ꝙ applicatur his que regulantur ⁊ menſurantur. vnde ad hoc ꝙ lex virtuteꝫ obligandi obtineat. quod eſt ꝓpriū legis. oportet ꝙ applicet̃ hoibus que ſm eam regulari debēt. talis autem applicatio fit ꝑ hoc ꝙ in notitiam eorum deducitur ex ipſa promulgatione. vnde promulgatio ipſa neceſſaria eſt ad hoc ꝙ lex habeat ſuam virtutem. Et ſic ex quattuor predictis

poteſt colligi diffinitio legis. que nihil ē aliud ꝙ̃ quedā rationis ordinatio ad bonum cōmune ab eo qui curā cōmunitatis habet promulgata. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ promulgatio legis nature eſt ex hoc ipſo ꝙ deus eam mentibus hominū inſeruit naturaliter cognoſcendā. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ illi coram quibus lex nō ꝓmulgatur. obligātur ad legem obſeruādam. inq̈ꝫtum in eorum noticiam deuenit per alios. vel deuenire poteſt ꝓmulgatiōe facta ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ꝓmulgatio preſens in futurum extenditur ꝑ firmitatē ſcripture q̄ quodāmodo ſemꝑ eā ꝓmulgat. vñ Iſidoꝝ dicit in primo ethimologiaꝝ ꝙ lex a legēdo vocata eſt. quia ſcripta eſt.

¶ Queſtio XCI

# Deinde conſiderandum

ē de diuerſitate legum. ⁊ circa hoc queruntur ſex. primo vtrum ſit aliqua lex eterna ſcd̄o vtꝝ ſit aliqua lex naturalis. tertio vtruꝫ ſit aliqua lex humana. quarto vtruꝫ ſit aliqua lex diuina. quinto vtrū ſit vna tm̄ vel plures. ſexto vtruꝫ ſit aliqua lex peccati.

## Ad primum ſic proceditur.

Videtur ꝙ non ſit aliqua lex eterna. Omnis enī lex aliquibus imponitur. ſed non fuit ab eterno cui aliqua lex poſſet imponi. ſolus enim deus fuit ab eterno. ergo nulla lex ē eterna ¶ Pre. ꝓmulgatio eſt de ratione legis. ſed ꝓmulgatio non potuit eē ab eterno. quia nō erat ab eterno cui ꝓmulgaretur. ergo nulla lex pōt eſſe eterna. ¶ Pre. lex importat ordinem ad finem. ſed nihil eſt eternuꝫ qḋ ordinetur ad finem. ſolus enim vltimus finis ē eternus. ergo nulla lex ē eterna. ¶ Sed contra ē ꝙ Aug⁹ dicit in primo de li. arbi. Lex que ſūma ratio nominatur non pōt cuipiā ītelligenti non incōmutabilis eternaq̈ꝫ videri. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſic ſupͣ dictū ē nihil ē aliud lex ꝙ̃ dictamē practice rōnis ī ꝑncipe q̄ gubernat aliquā cōītatē ꝑfectā. manifeſtū ē autē ſuppoſito ꝙ mūdus diuina ꝓuidentia regatur. vt in primo habitum eſt. ꝙ tota cōmunitas vniuerſi gubernatur ratiōe diuina. ⁊ ideo ipa ratio gubernationis rerum ī deo ſicut in principe vniuerſitatis exiſtēs legis habet rationē. ⁊ quia diuina ratio nihil concipit ex tempore. ſed habet eternum cōceptū. vt dicit̄ Prouer. viij. inde eſt ꝙ huiuſmodi legem oportet dicere eternaꝫ. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ ea que in ſeipſis non ſunt apud deum exiſtunt inq̈ꝫtum ſunt ab ipo cognita ⁊ preordinata. ſm̄ illud Roma. iiij. Qui vocat ea que non ſunt tāq̈ꝫ ea que ſunt. ſic igitur eternus diuine legis conceptus habet rationē legis eterne ſm̄ ꝙ a deo ordinatur ad gubernationem rerū ab ipo ꝑcognitarum. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ꝓmulgatio fit ⁊ verbo ⁊ ſcripto. ⁊ vtroq̈ꝫ modo lex eterna habet ꝓmulgationē ex pte dei ꝓmulgātis. q2 ⁊ verbū diuinum ē eternū. ⁊ ſcriptura libri vite ē eterna. ſed ex pte creature audiētis aut inſpiciētis non pōt eſſe ꝓmulgatio eterna ¶ Ad .iij. dōm ꝙ lex importat ordinē ad finē actiue. inq̈ꝫtum ſcꝫ ꝑ eā ordinātur aliqua in finem. nō aūt paſſiue id ē. ꝙ ipa lex ordinetur ad finem. niſi ꝑ accidens ī gubernāte. cuius finis ē extra ipm̄. ad quem etiā neceſſe ē vt lex eius ordinetur ſed finis diuine gubernationis ē ipe deus nec eius lex ē aliud ab ipo. vnde lex eterna non ordinatur in alium finem.

## Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ nō ſit ī nobis aliqua lex naturalis. Sufficiēter enī hō gubernat̄ ꝑ legem eternā. dicit enī Aug⁹ in primo de li. ar. ꝙ lex eterna ē qua iuſtum ē vt oīa ſint ordinatiſſima. ſed natura nō abundat in ſuꝑfluis. ſicut nec deficit ī neceſſarijs. ergo nō eſt homini aliq̄ lex naturalis ¶ Pre. per legem ordinatur homo ī ſuis actib⁹ ad finē. vt ſupra habitū eſt. ſꝫ ordinatio humanoꝝ actuū ad finem non eſt ꝑ naturam. ſicut accidit ī creaturis irrationalibus que ſolo appetitu naturali agunt ꝓpter finē. ſꝫ agit homo ꝓpter finē ꝑ rationem ⁊ voluntatē. ergo non eſt aliqua lex hoī naturalis. ¶ Pre. quāto aliquis ē liberior. tanto minus eſt ſub lege. ſed homo ē liberior oībus alijs animalibus ꝓpter liberū arbitriū qḋ pre alijs aīalibus habet. cum igitur alia animalia non ſubdantur legi naturali. nec homo alicui legi naturali ſubdetur ¶ Sed contra ē qḋ dicitur Roma. ij. ſuper illud. Cum gētes que legem non habēt naturaliter ea que legis ſunt faciunt. dicit glo. ꝙ ſi nō habent legem ſcriptam. habent tamen legem naturalē. qua quilibet intelligit ⁊ ſibi conſcius eſt quid ſit bonuꝫ. ⁊ qḋ malum. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. lex cuꝫ ſit regula ⁊ menſura dupliciter pōt eſſe ī aliquo. vno modo ſicut in regulante ⁊ mēſurante. alio modo ſicut in regulato ⁊ menſurato. quia inq̈ꝫtum ꝑticipat aliquid de regula vel menſura. ſic regulatur vel menſuratur. vnde cuꝫ omnia que diuine ꝓuidentie ſubduntur. a lege eterna regulētur ⁊ menſurentur. vt ex dictis patet. manifeſtum ē ꝙ omnia participāt equaliter legē eternaꝫ. inq̈ꝫtū .ſ. ex impreſſione ei⁹ habēt īclinatiōes in ꝓprios act⁹ ⁊ fines. Inter cetera aūt etiā rōnalis creatura excellētiori q̄dam mō diuine ꝓuidētie ſubiacet. inq̈ꝫtū ⁊ ipa fit ꝓuidētie particeps ſibipſi ⁊ alijs ꝓuidēs. vñ ⁊ ī ipa ꝑticipatur rō eterna. ꝑ quam hꝫ naturalem inclinationem ad debitū actuꝫ ⁊ finē. Et talis ꝑticipatio legis eterne in rationali creatura lex naturalis dicit̄. vnde cum ps̄ dixiſſet. ſacrificate ſacrificium iuſticie. quaſi quibuſdam querentib⁹ que ſunt iuſticie opa. ſubiungit. multi dicūt. quis oſtendit nobis bona? Cui queſtioni rñdens dicit. Signatū eſt ſuꝑ nos lumen vultus tui domine. quaſi lumen rationis naturalis quo diſcernimus quid ſit bonum ⁊ quid malum qḋ ꝑtinet ad naturalē legem. nihil aliud ſit ꝙ̃ impreſſio diuini luminis ī nobis. vñ patꝫ ꝙ lex naturalis nihil aliud eſt ꝙ̃ ꝑticipatio legis eterne in rationali creatura ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ ratio illa procederet ſi lex naturalis eēt aliquid diuerſum a lege eterna. non autem eſt niſi quedam participatio eius. vt dictum eſt. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ omnis operatio rationis ⁊ voluntatis deriuatur in nobis ab eo quod eſt ſm̄ naturam. vt ſupra habitum eſt. naꝫ omnis ratiocinatio deriuatur a principijs naturaliter notis. ⁊ omnis appetitus eorum que ſunt ad finem deriuatur a naturali appetitu vltimi finis. ⁊ ſic etiam oportet ꝙ prima directio actuum noſtrorum ad finem fiat ꝑ legē naturalē. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ etiā animalia irrōnalia ꝑticipāt rationem eternam ſuo modo ſicut et rōnalis creatura. ſꝫ quia rōnalis creatura participat eaꝫ ītellectualiter ⁊ rōnaliter ideo ꝑticipatio legis eterne ī creatura rationali ꝓprie lex vocatur. nam lex ē aliquid rōnis vt ſupra dictū ē. ī creatura aūt irrationali nō ꝑticipatur rationaliter. vnde non pōt dici lex niſi ꝑ ſimilitudinem.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ non ſit aliqua lex hūana. Lex enī naturalis eſt participatio legis eterne. vt dictum eſt. ſed per legem omnia ſunt ordinatiſſima. vt Aug⁹ dicit in primo ḋ li. arbi. ergo lex naturalis ſufficit ad omnia hūana ordināda

non ẽ ergo neceſſarium ꝙ ſit aliqua lex humana ¶ Pre. lex habet rationem menſure. vt dictum eſt. ſ; ratio humana non ẽ menſura rerũ. ſed potius econuerſo. vt in. x. metaphiſice dicitur. ergo ex ratione humana nulla lex ꝓcedere poteſt ¶ Pre. menſura debet eſſe certiſſima. vt dicitur in x. metaphiſice. ſed dictamen hũane rationis de reb9 gerendis ẽ incertum. ſm̃ illud Sap. ix. Cogitationes mortalium timide ⁊ incerte ꝓuidentie noſtre. ergo ex ratione hũana nulla lex ꝓcedere poteſt ¶ Sed cõtra eſt ꝙ Aug9 in primo de li. arbi. ponit duas leges. vnam eternã. ⁊ aliã tẽporalem. quam dicit eſſe humanã. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt lex eſt quoddã dictamẽ practice rõnis. Similis autez ꝓceſſus eſſe inuenitur rationis practice ⁊ ſpeculatiue. Vtrac; enim ex quibuſdam principijs ad q̃ſdam cõcluſiones ꝓcedit. vt ſupius habitũ eſt. ſm̃ hoc ergo dicendum eſt ꝙ ſicut ĩ rõne ſpeculatiua ex principijs indemõſtrabilibus naturaliter cognitis ꝓducuntur concluſiones diuerſaꝝ ſcientiarũ. quarũ cognitio non eſt nobis naturaliter indita. ſed per induſtriam rationis inuenta. Ita etiã ex ꝑceptis legis naturalis. quaſi ex quibuſdã principijs cõmunibus ⁊ indemõſtrabilibus. neceſſe eſt ꝙ ratio humana ꝓcedat ad aliqua magis ꝑticulariter diſponenda. ⁊ iſte particulares diſpoſitiones adinuẽte ſm̃ rõnem humanã dicũtur leges humane obſeruatis alijs ꝯditionib9 que ptinent ad rationem legis. vt ſupra dictũ eſt. vnde Tullius dicit in ſua rhetorica ꝙ initiũ iuris eſt a natura ꝓfectum deinde quedam in ꝯſuetudinem ex vtilitate rationis venerũt. poſtea res ⁊ a natura ꝓfectas ⁊ a ꝯſuetudine ꝓbatas. legum metus ⁊ religio ſanxit ¶ Ad i. ergo dõm ꝙ ratio hũana nõ põt ꝑticipare ad plenum dictamen rationis diuine. ſed ſuo modo ⁊ imperfecte. et ideo ſicut ex parte rõnis ſpeculatiue ꝑ naturalem ꝑticipationem diuine ſapientie ineſt nobis cognitio quorũdam cõmuniũ principioꝝ. non autẽ cuiuſlibet veritatis ꝓpria cognitio. ſicut in diuina ſapiẽtia cõtinetur. Ita etiam ex parte rationis practice naturaliter homo ꝑticipat legẽ eternam ſm̃ quedam cõmunia principia. nõ autem ſm̃ particulares directiones ſinguloꝝ. que tamẽ in eterna lege cõtinentur. ⁊ ideo neceſſe eſt vlterius ꝙ ratio humana ꝓcedat ad ꝑticulares quaſdam legum ſanctiones. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ ratio humana ſm̃ ſe non eſt regula rerũ. ſ; principia ei naturaliter indita ſunt regule quedam generales ⁊ mẽſure omniũ eoꝝ que ſunt ꝑ hominẽ agenda quoꝝ ratio naturalis ẽ regula ⁊ menſura. ſ; non ſit mẽſura eorum que ſunt a natura. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ ratio practica ẽ circa operabilia et que ſunt ſingularia ⁊ contingentia. nõ autez circa neceſſaria ſicut ratio ſpeculatiua. et ideo leges humane non poſſunt illam infallibilitatem hẽre quã hñt ꝯcluſiones demonſtratiue ſciẽtiarum. nec oportet ꝙ omnis menſura ſit oĩmodo infallibilis ⁊ certa. ſed ſm̃ ꝙ ẽ poſſibile in genere ſuo.

## Ad quartuz ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ non fuerit neceſſariũ eſſe aliquam legem diuinam. Quia vt dictũ eſt. lex naturalis eſt quedam ꝑticipatio legis eterne in nobis. ſed lex eterna eſt lex diuina vt dictum eſt. ergo nõ oportet ꝙ ꝑter legem naturalem et leges humanas ab ea deriuatas ſit aliqua alia lex diuina. ¶ Pre. Ecc. xv. dicit ꝙ deus dimiſit hominem in manu cõſilij ſui. cõſilium autem eſt actus rationis vt ſupra habitum eſt. ergo hõ dimiſſus eſt gubernationi ſue rationis ſed dictamẽ rationis humane eſt lex humana. vt dictuz eſt. ergo non oportet ꝙ homo alia lege diuina gubernet. ¶ Pre. natura humana ẽ ſufficiẽtioꝛ irrat. oĩalibus creaturis. ſed irrationales creature non habent aliquã legẽ diuinã ꝑter inclinationem naturalem eis inditam. ergo multo minus creatura rationalis debet habere aliquã legem diuinam ꝑter naturalem legem. ¶ Sed cõtra ẽ q̃d Dauid expetit legez a deo ſibi poni dicens. Legem pone mihi domine in via iuſtificationum tuarũ. ¶ Rñ. dõm ꝙ ꝑter legem naturalem ⁊ legem humanaz neceſſarium fuit ad directionem humane vite habere legem diuinaz ⁊ hoc ꝓpter quattuoꝛ rationes. Primo quidem qꝛ per legem dirigitur homo ad actus ꝓprios ĩ ordine ad vltimũ finem. ⁊ ſiquidem homo ordinaretur tm̃ ad finem qui nõ excederet proportionem naturalis facultatis hominis nõ oporteret ꝙ homo haberet aliquid directiuũ ex parte rationis ſupra legem naturalem ⁊ legem humanitus poſitam que ab ea deriuatur. ſed quia homo ordinatur ad finẽ beatitudinis eterne que excedit ꝓportionez naturalis facultatis humane. vt ſupra habitum eſt. ideo neceſſariũ fuit vt ſupra legem naturalem ⁊ humanam dirigeretur etiaz ad ſuum finem lege diuinitus data. Scdo quia ꝓpter incertitudinem humani iudicij ꝑcipue de rebus contingentibus ⁊ ꝑticularib9 contingit de actibus humanis diuerſorum eſſe diuerſa iudicia. ex quibus etiam diuerſe ⁊ cõtrarie leges procedũt. vt ergo hõ abſq; omni dubitatiõe ſcire poſſit quid ei ſit agendũ ⁊ quid vitanduz. neceſſariũ fuit vt in actibus ꝓprijs dirigeretur per legem diuinitus datã. de qua ꝯſtat ꝙ non poteſt errare. Tertio quia d' his poteſt homo legem facere de quibus poteſt iudicare. iudicium autẽ hominis eſſe non poteſt de interioribus motibus qui latent. ſed ſolum de exterioribus actibus qui apparent. ⁊ tamen ad ꝑfectionem virtutis requiritur ꝙ in vtriſq; actib9 homo rectus exiſtat. et ideo lex humana nõ potuit cohibere ⁊ ordinare ſufficienter interiores actus. ſed neceſſariũ fuit ꝙ ad hoc ſupueniret lex diuina. Quarto quia ſicut Aug9 dicit in primo de li. arbi. Lex humana non poteſt omnia que male fiũt punire vel prohibere. qꝛ dum auferre vellet omnia mala. ſequeretur ꝙ etiã multa bona tollerentur ⁊ impediretur vtilitas boni cõmunis q̃d eſt neceſſarium ad cõuerſationem humanam. vt ergo nullũ malũ improhibitũ ⁊ ĩpunitum remaneat. neceſſariũ fuit ſupuenire legẽ diuinã ꝑ quã oĩa peccata ꝓhibẽt Et iſte q̃ttuoꝛ cauſe tangũt in pſ. vbi dr. Lex dñi immaculata. i. nullũ peccati turpitudinẽ ꝑmittẽs ꝯuertens aĩas. qꝛ nõ ſolũ exteriores act9 ſ; etiã ĩteriores dirigit. teſtimoniũ dñi fidele. ꝓpt certitudinẽ veritatis ⁊ rectitudinis. ſapiẽtiã pſtãs puulis. inq̃tũ ordiat hoiez ad ſupnaturalẽ finem ⁊ diuinã. ¶ Ad. i. g dõm ꝙ ꝑ naturalẽ legẽ ꝑticipat lex etna ſm̃ ꝓportionẽ capacitatis hũane naẽ. ſ; opoꝛtet vt altiori mõ dirigat hõ ĩ vltimũ finẽ ſupnaturalẽ. ⁊ ideo ſupadditr lex diuinit9 data. ꝑ quã lex eterna ꝑticipat altiori mõ. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ ꝯſiliũ ẽ inq̃ſitio q̃dam. vnde opꝫ ꝙ ꝓcedat ex aliq̃bꝫ principijs. nec ſufficit ꝙ ꝓcedat ex principijs naturalit' inditis q̃ ſunt ꝑcepta legis nature ꝓpt ꝑdicta. ſ; opꝫ ꝙ ſupaddant q̃dã alia principia. ſ. ꝑcepta legis diuine ¶ Ad. iij. dõm ꝙ creature irrationales nõ ordinãt ad altiorẽ finẽ q̃ꝫ ſit finis q̃ ẽ ꝓportionat9 naturali virtuti ipaꝝ. ⁊ ideo nõ ẽ ſimilis ratio.

## Ad quintũ ſic ꝓceditur.

Videt ꝙ lex diuina ſit vna tm̃. Vnius eni regis ĩ vno regno ẽ vna lex. ſed totũ humanũ genus compat ad deũ

ſicut ad vnum regē. ſm̄ illud p̄s. Rex omnis terre deus ē ergo eſt vna tm̄ lex diuina. ¶ Pre. lex oīs ordinatur ad finem quem legiſlatoꝛ intēdit in eis quibus legē fert. ſed vnū ⁊ idē eſt qḋ deus intēdit in oībus hoībus. ſm̄ illud .j. ad Timot. ij. Uult oēs hoīes ſaluos fieri et in agnitionem veritatis venire. ergo vna tm̄ eſt lex diuina. ¶ Pre. lex diuina ꝓpinquioꝛ eſſe videtur legi eterne que eſt vna ꝙ̄ lex naturalis ꝙ̄to altioꝛ ē reuelatio gratie ꝙ̄ cognitio nature. ſed lex naturalis ē vna omniū hominū. ergo multo magis lex diuina. ¶ Sed ꝯtra ē qḋ apl's dicit ad Hebre. vij. Trāſlato ſacerdotio neceſſe ē vt legis trāſlatio fiat. ſed ſacerdotiū ē duplex vt ibidem dicitur. ſcꝫ ſacerdotiū leuiticū ⁊ ſacerdotiū xp̄i. ergo etiā duplex eſt lex diuina. ſcꝫ lex vetus ⁊ lex noua. ¶ Rń. dōm ꝙ ſicut in primo dictum ē. diſtinctio eſt cauſa numeri. Dupliciter aūt inueniūtur aliqua diſtingui. Uno mō ſicut ea que ſunt omnino ſpecie diuerſa. vt equꝰ ⁊ bos. Alio modo ſicut pfectū ⁊ impfectum in eadē ſpecie. ſicut puer ⁊ vir. ⁊ hoc mō lex diuina diſtinguitur in legē veterem ⁊ legem nouam. vnde apl's ad Gal. iij. cōparat ſtatum veteris legis ſtatui puerili exiſtenti ſub pedagogo. ſtatū autem noue legis cōparat ſtatui viri pfecti qui iam nō ē ſub pedagogo. Attenditur autē pfectio ⁊ impfectio vtriuſqꝫ legis ſm̄ tria que ad legē ptinēt. vt ſupra dictum ē. Primo enī ad legē ptinet vt ordinetur ad bonū cōmune ſicut ad finē. vt ſupra dictū eſt. qḋ quidē pōt eſſe duplex. ſ. bonū ſenſibile ⁊ terrenū. ⁊ ad tale bonū ordinābat directe lex vetus. vñ ſtatim Exo. iij. ī principio legis inuitatur populus ad regnū terrenū cananeoꝝ. ⁊ iterū bonū intelligibile ⁊ celeſte. ⁊ ad hoc ordinat lex noua. vnde ſtatim xp̄s ad regnū celoꝝ in ſue p̄dicationis principio inuitauit dicēs. Penitētiā agite. appropinquabit enī regnū celoꝝ. Mat. iiij. ⁊ ideo Aug. dicit .i. iiij contra Fauſtū. ꝙ tēpalium rerū pmiſſiones teſtamento veteri ꝯtinētur. ⁊ ideo vetus appellatur. ſed eterne vite pmiſſio ad nouū ptinet teſtamentū. Scḋo ad legē ptinet dirigere humanos actus ſm̄ ordinē iuſticie in quo etiā ſupabundat lex noua legi veteri interiores actus animi ordinando. ſm̄ illud. Mat. v. Niſi abūdauerit iuſticia veſtra pluſqꝫ ſcribaꝝ ⁊ phariſeoꝝ. non intrabitis in regnū celorum. ⁊ ideo dicitur ꝙ lex vetus cohibet manū. lex noua animū. Tertio ad legē ptinet inducere hoīes ad obſeruantias mandatoꝝ. ⁊ hoc quidem lex vetus faciebat timore penarū. lex autē noua facit hoc p amorem qui ī cordibꝰ noſtris infunditur p gratiā xp̄i qui ī lege noua cōfertur. ſed in lege veteri figurabatur. ⁊ ideo dicit Aug. cōtra Adamantum Manichei diſcipulū. ꝙ breuis differentia ē legis ⁊ euangelij timoꝛ ⁊ amor. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ ſicut pater familias in domo alia mādata ꝓponit pueris ⁊ adultis. ita etiā vnus rex deus in vno ſuo regno aliam legem dedit hominibus adhuc impfectis exiſtentibus. ⁊ aliam pfectioꝛē iam manuductis p prioꝛem legem ad maioꝛem capacitatem diuinoꝝ. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſalus hominum non poterat eſſe niſi p xp̄m. ſm̄ illud Actuū. iiij. Non eſt aliud nomen datū hoībus in quo opoꝛtebat nos ſaluos fieri. ⁊ ideo lex pfecte omnes ad ſalutem inducens dari non potuit niſi poſt xp̄i aduentum. antea vero dari opoꝛtuit populo ex quo xp̄s erat naſciturus legem p̄paratoriā ad xp̄i ſuſceptionem. in qua quedam rudimenta ſalutaris iuſticie ꝯtinerentur. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ lex naturalis dirigit hoīem ſm̄ quedam p̄cepta cōmunia in quibus cōueniunt tam pfecti ꝙ̄ impfecti. ⁊ ideo eſt vna omniū. ſꝫ lex diuina dirigit hominē etiā in pticularibus quibuſdam ad q̄ nō ſiliter ſe habēt pfecti ⁊ impfecti. et ideo opoꝛtuit legē diuinā eſſe duplicē ſicut iam dictum eſt.

## Ad ſextū ſic proceditur

Uidetur ꝙ non ſit aliqua lex fomitis. Dicit enī Iſidorus in .ij. ethimologiaꝝ. ꝙ lex rōne conſiſtit. fomes autē nō cōſiſtit rōne. ſed magis a ratiōe deuiat. ergo fomes nō habet rōnem legis. ¶ Pre. omnis lex obligatoꝛia ē. ita ꝙ qui eam nō ſeruant trāſgreſſoꝛes dicūtur. ſed fomes nō cōſtituit aliquem trāſgreſſoꝛem ex hoc ꝙ ipm̄ non ſequitur ſed magis trāſgreſſoꝛ redditur ſi quis ipſam ſequatur. ergo fomes non habet rōnem legis. ¶ Pre. lex ordinatur ad bonū cōmune. vt ſupra habitū ē. ſed fomes non inclinat ad bonum cōmune. ſed magis ad bonū priuatum. ergo fomes nō habet rationem legis. ¶ Sed cōtra eſt qḋ apl's dicit Roma. vij. Uideo legem aliā in mēbris meis repugnantem legi mentis mee. ¶ Rń. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum ē lex eſſentialiter inuenitur in regulāte ⁊ mēſurante. pticipatiue autem in eo qḋ mēſuratur et regulatur. ita ꝙ oīs inclinatio vel ordinatio q̄ inuenitur ī his que ſubiecta ſunt legi. pticipatiue dr̄ lex. vt ex ſupra dictis patet. pōt autem ī his q̄ ſubduntur legi aliqua inclinatio inueniri dupliciter a legiſlatoꝛe. Uno modo inqꝙ̄tū directe inclinat ſuos ſubditos ad aliquid. ⁊ diuerſos interdū ad diuerſos actus. ſm̄ quē modū pt̄ dici ꝙ alia ē lex militū. ⁊ alia ē lex mercatoꝛum. Alio modo indirecte inqꝙ̄tum. ſ. p hoc ꝙ legiſlatoꝛ deſtituit aliquem ſibi ſubditū aliqua dignitate. ſequitur ꝙ tranſeat in aliū ordinem ⁊ quaſi ī aliā legem. puta ſi miles ex milicia deſtituatur trāſibit in legem ruſticoꝝ vel mercatoꝝ. Sic igitur ſub deo legiſlatoꝛe diuerſe creature diuerſas habent naturales inclinationes. ita vt qḋ vni eſt quodāmodo lex alteri ſit contra legem. vt ſi dicā ꝙ furibundū eſſe ē quodāmodo lex canis. eſt autē cōtra legē ouis. vel alterius manſueti animalis. ergo hoīs lex quam ſoꝛtitur ex ordinatione diuina ſm̄ ꝓpriam conditionem vt ſm̄ rōnem ꝓpriam operetur. que quidē lex fuit tam valida in primo ſtatu vt nihil vel pter rōnem vel cōtra rōnem poſſet ſurripere homini. ſed dum homo a deo receſſit. incurrit ī hoc ꝙ feratur ſm̄ impetum ſenſualitatis. ⁊ vnicuiqꝫ etiam pticulariter hoc cōtingit etiam ꝙ̄to magis a rōne receſſerit. vt ſic quodāmodo beſtijs aſſimiletur que ſenſualitatis impetu feruntur. ſm̄ illud p̄s. Homo cum in honoꝛe eſſet nō intellexit. cōparatus ē iumētis inſipiētibus ⁊ ſimilis factus eſt illis. ſic igitur ipa ſenſualitatis inclinatio que fomes dicitur. in alijs quidē animalibus ſimpliciter habet rōnem legis. illo tm̄ modo quo in talibus lex dici poteſt ſm̄ directam inclinationē. In hominibus aūt ſm̄ hoc non habet rōnem legis. ſed magis ē deuiatio a lege ratiōis. ſed inqꝙ̄tum p diuinam iuſticiā homo deſtituitur oꝛiginali iuſticia ⁊ vigoꝛe rationis. ipe impetus ſenſualitatis qui eum ducit habet rationem legis inqꝙ̄tum eſt penalis ⁊ ex lege diuina cōſequēs hoīem deſtitutū ꝓpria dignitate. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ ratio illa ꝓcedit de fomite ſm̄ ſe cōſiderato ꝓut inclinat ad malū. ſic enī non habet rōnem legis. vt dictum ē. ſed ſm̄ ꝙ ſequitur ex diuine legis iuſticia. tanqꝫ ſi diceretur lex eē ꝙ aliquis nobilis ꝓpter ſuam culpam ad ſeruilia opera induci pmitteretur. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ obiectio illa procedit de eo qḋ eſt lex quaſi regula ⁊ mēſura. ſic enim deuiantes a lege tranſgreſſoꝛes cōſtituūtur. ſic autem fomes non eſt lex. ſed p quandā pticipationem. vt ſupra dictū eſt. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ratio illa ꝓcedit de fomite ꝙ̄tū ad iclinationē

ꝓpriam. non autẽ ꝗ̃tum ad ſuam originem. ⁊ tamẽ ſi cõ
ſideretur inclinatio ſenſualitatis ꝓut eſt in alijs animali
bus. ſic ordinatur ad bonũ cõmune. id ẽ. ad ↄſeruationez
nature ĩ ſpecie vel ĩ indiuiduo. ⁊ hec ẽ etiaz in hoĩe ꝓut
ſenſualitas ſubditur rõni. ſed fomes dicit̃ ſ͛m ꝙ exit ratī-
onis ordinem. ¶ Queſtio XCII.

# Deinde cõſiderandũ

eſt de effectibus legis. ⁊ circa hoc queruntur
duo. Primo vtrũ effectus legis ſit hoĩes fa-
cere bonos. Scḋo vtrũ effect⁹ legis ſint ĩꝑare. vetare. ꝑ-
mittere. ⁊ punire. ſicut legiſperitus dicit.

## Ad primum ſic procedit.

Videtur ꝙ legis non ſit facere hoĩes bonos. Hoĩes enĩ
ſunt boni ꝑ virtutem. virtus enĩ eſt que bonũ facit habẽ
tem. vt dr̄ in. ij. ethi. ſed virtus eſt homini a ſolo deo. ipſe
enĩ ĩ eam facit in nobis ſine nobis. vt ſupra dictũ ẽ in diffi
nitione virtutis. ergo legis non ẽ homĩes facere bonos.
¶ Pr̄e. lex non ꝓdeſt homini niſi legi obediat. ſed hoc
ipſum ꝙ homo obedit legi ẽ ex bonitate. ergo bonitas ꝑ̃eri
gitur in hoĩe ad legem. non igit̃ lex facit bonos homines
¶ Pr̄e. lex ordinat̃ ad bonum cõmune. vt ſupra dictum
ẽ. ſed quidã bene ſe habent in his q̃ ad cõmune ptinent.
qui tñ in ꝓprijs non bene ſe habent. nõ ergo ad legem ptĩ-
net ꝙ faciat homines bonos. ¶ Pr̄e. quedaz leges ſunt
tyrannice. vt phũs dicit in ſua politica. ſꝫ tyrãnus non in
tendit ad bonitatem ſubditoꝝ. ſed ſolum ad ꝓpriã vtilita
tem. nõ ergo legis ẽ facere hoĩes bonos. ¶ Sꝫ ↄtra ẽ qḋ
phũs dicit in. ij. ethi. ꝙ voluntas cuiuſlibet legiſlatoris
hec eſt vt faciat hoĩes bonos. ¶ Rñ. dicḋm ꝙ ſicut ſupͣ di
ctum ẽ. lex nihil ẽ aliud ꝗ̃ dictamen rationis in ꝓ̃ſidente
quo ſubditi gubernãtur. cuiuſlibet autẽ ſubditi virtus ẽ
vt bene ſubdatur ei a quo gubernat̃. ſicut virtus iraſcibi
lis ⁊ cõcupiſcibilis in hoc conſiſtit ꝙ ſint bñ obedientes
rationi. ⁊ ꝑ hunc modum virtus cuiuſlibet ſubiecti ẽ vt
habens virtutẽ bñ ſubijciatur principanti. vt phũs dicit
in primo polit̃. Ad hoc autez ordinat̃ vnaqueqꝫ lex vt
obediatur ei a ſubditis. vnde manifeſtũ ẽ ꝙ hoc ſit ꝓpriũ
legis inducere ſubiectos ad ꝓpriam ipoꝝ virtutem. Cũ
igitur virtus ſit que facit bonũ habentẽ. ſequitur ꝙ ꝓpri⁹
effectus legis ſit bonos facere eos quibꝫ datur. vel ſimpli
citer. vel ſ͛m quid. Si enĩ intentio ferẽtis legem tendat ĩ
verum bonum qḋ eſt bonuz cõmune ſ͛m iuſticiã diuinã
regulatum. ſequitur ꝙ ꝑ legem hoĩes fiant boni ſimplici
ter. Si vero intẽtio legiſlatoris ferat̃ ad id qḋ nõ ẽ bonũ
ſimpliciter. ſed vtile vel delectabile ſibi. vel repugnãs iu
ſticie diuine. tunc lex nõ facit homines bonos ſimpliciter
ſed ſ͛m quid. ſ. in ordine ad tale regimen. Sic autẽ bonũ
inuenitur etiam in ꝑ ſe malis. ſicut aliquis dicit̃ bonus
latro quia operat̃ accõmode ad finem. ¶ Ad. j. ergo dicḋm
ꝙ duplex eſt virtus. vt ex ſupra dictis patet. ſ. acquiſita et
infuſa. ad vtrãqꝫ autẽ aliquid opatur operum aſſuetudo
ſed diuerſimode. Nam virtutẽ quidẽ acquiſitã cauſat. ad
virtutem aũt infuſam diſponit. ⁊ eam iam habitã cõſer-
uat ⁊ ꝓmouet. ⁊ quia lex ad hoc datur vt dirigat act⁹ hu
manos inꝗ̃tum actus humani opantur ad virtutem. in
tantũ lex facit homĩes bonos. vnde ⁊ phũs dicit in. ij. po
litice. ꝙ legiſlatores aſſuefacientes faciunt bonos. ¶ Ad
ij. dicḋm ꝙ non ſemꝑ aliquis obedit legi ex bonitate per-
fecta virtutis. ſed qñqꝫ quidem ex timore pene. qñqꝫ au-
tem ex ſolo dictamine rationis. qḋ eſt quoddã principiũ
virtutis. vt ſupra habitum eſt. ¶ Ad. iij. dicḋm ꝙ bonitas
cuiuſlibet partis ↄſideratur ĩ ꝓportione ad ſuũ totũ. vñ ⁊
Aug⁹ dicit in primo ↄfe. ꝙ turpis ẽ omnis pars que ſuo
toti nõ cõgruit. Cum igit̃ quilibet homo ſit ps ciuitatis.
impoſſibile ẽ ꝙ aliquis homo ſit bonus niſi ſit bñ ꝓpor-
onatus bono cõmuni. nec totum põt bene exiſtere niſi ex
partibus ſibi ꝓportionatis. Unde impoſſibile eſt ꝙ bonũ
cõmune ciuitatis bene ſe habeat niſi ciues ſint virtuoſi ad
minus illi quib⁹ cõuenit principari. ſufficit autẽ ꝗ̃tũ ad
bonum cõmunitatis ꝙ alij in tantũ ſint virtuoſi ꝙ prin-
cipũ mandatis obediant. et ideo phũs dicit in. iij. politice
ꝙ eadem ẽ virtus principis ⁊ boni viri. non autem eadẽ
eſt virtus cuiuſcunqꝫ ciuis et boni viri. ¶ Ad. iiij. dicḋm
ꝙ lex tyrãnica cũ non ſit ſ͛m rationem non eſt ſimpliciter
lex. ſed magis ẽ quedã ꝑuerſitas legis. ⁊ tamen inꝗ̃tum
habet aliquid de ratione legis intẽdit ad hoc ꝙ ciues ſint
boni. non enĩ habet de ratione legis niſi ſ͛m hoc ꝙ ẽ dicta-
men alicuius ꝓ̃ſidentis in ſubditis. ⁊ ad hoc tẽdit vt ſub-
diti legis ſint bñ obediẽtes. qḋ ẽ eos eſſe bonos. non ſim
pliciter. ſꝫ in ordine ad tale regimen.

## Ad ſecundũ ſic ꝓceditur.

Videtur ꝙ legis actus nõ ſint ↄuenienter aſſignati ĩ hoc
ꝙ dicitur ꝙ legis actus eſt imꝑare. vetare. permittere. ⁊
punire. Lex enim oĩs ꝓ̃ceptum cõmune ẽ. vt legiſcõſult⁹
dicit. ſed idẽ eſt imꝑare qḋ ꝓ̃cipere. ergo alia quattuor ſu
perfluũt. ¶ Pr̄e. effectus legis ẽ vt inducat ſubditos ad
bonũ. ſicut ſupͣ dictum ẽ. ſed ↄſilium ẽ de meliori bono ꝗ̃
ꝓ̃ceptum. ergo magis ptinet ad legem ↄſulere ꝗ̃ ꝓ̃cipere
¶ Pr̄e. ſicut homo aliquis incitat̃ ad bonũ ꝑ penas. ita
etiã ⁊ per ꝓ̃mia. ergo ſicut punire ponit̃ effectus legis. ita
etiam ⁊ ꝓ̃miare. ¶ Pr̄e. intẽtio legiſlatoris ẽ vt homĩes
faciat bonos. ſicut ſupra dictum ẽ. ſꝫ ille qui ſolo metu pe
naꝝ obedit legi non ẽ bonus. nã obedit timore ſeruili q̃ ẽ
timor penaꝝ. ⁊ ſic ſi bonũ aliquis faciat. non tamẽ aliqḋ
bonũ fit. vt Aug⁹ dicit. non ergo videt̃ eſſe ꝓpriũ legis
ꝙ puniat ¶ Sed ↄtra ẽ ꝙ Iſidor⁹ dicit in. ij. ethimolo-
giaꝝ. Omnis lex aut ꝑmittit aliquid. vt vir fortis ꝓ̃miũ
petat. aut vetat. vt ſacraꝝ virginuz nuptias nulli liceat pe
tere. aut punit. vt qui cedem fecerit capite plectat̃. ¶ Rñ.
dicḋm ꝙ ſicut enunciatio ẽ rationis dictamẽ ꝑ modũ enũ-
ciandi. ita etiam lex ꝑ modum ꝓ̃cipiendi. Rationis autẽ
ꝓpriũ ẽ vt ex aliquo ad aliquid inducat. vnde ſicut ĩ de-
mõſtratiuis ſciẽtijs ratio inducit vt aſſentiatur ↄcluſioni
ꝑ q̃dam principia. ita etiam inducit vt aſſentiat̃ legis ꝓ̃-
cepto per aliquid. Precepta autem legis ſunt de actibus
humanis in quibꝫ lex dirigit. vt ſupra dictũ eſt. Sũt au
tem tres differẽtie humanoꝝ actuũ. Nã ſicut ſupͣ dictuz
eſt quidã actus ſunt boni ex genere qui ſũt actus virtutũ
⁊ reſpectu hoꝝ ponitur legis actus precipere vel imꝑare.
Precipit enĩ lex omnes actus virtutum vt dr̄ in. v. ethi.
Quidam vero ſunt actus mali ex genere. ſicut act⁹ vitioſi
⁊ reſpectu hoꝝ lex habet ꝓhibere. Quidã vero ex genere
ſuo ſunt actus indifferentes. ⁊ reſpectu hoꝝ lex habet per
mittere. ⁊ poſſunt etiam indifferentes dici actus qui ſũt
vel parum boni. vel paꝝ mali. Id autem ꝑ qḋ inducit lex
ad hoc ꝙ ſibi obediat̃. ẽ timor pene. ⁊ ꝗ̃tum ad hoc poni
tur legis effectus punire. ¶ Ad. j. ergo dicḋm ꝙ ſicut ceſſa
re a malo habet quãdam rõnem boni. ita etiam ꝓhibitio
habet quandã rõnem ꝓ̃cepti. ⁊ ſ͛m hoc large accipiendo
ꝓ̃ceptum vniuerſaliter lex ꝓ̃ceptum dr̄. ¶ Ad. ij. dicḋm ꝙ
ↄſulere non ẽ ꝓprius actus legis. ſed põt ptinere etiaz ad

pſonam priuatam. cuius nõ ē cõdere legem. vnde etiam apłs .j. ad Cor. vij. cū ꝯſilium quoddã daret dixit. Ego dico non dominus. ⁊ ideo non ponit inter effectus legis. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ etiā pmiare poteſt ad quēlibet ptinere ſꝫ punire nõ ptinet niſi ad miniſtrum legis. cuius auctoritate pena infert. ⁊ ideo pmiare non ponit actus legis ſꝫ ſolum pmiare. ¶ Ad .iiij. dõm ꝙ ꝑ hoc ꝙ aliquis icipit aſſueſacere ad vitandū mala. ⁊ ad implendū bona ꝓpter metum pene. pducitur quãdoqꝫ ad hoc ꝙ delectabiliter ⁊ ex ꝓpria voluntate hoc faciat. ⁊ ſm hoc lex etiā puniendo perducit ad hoc ꝙ hoīes ſint boni. ¶ Queſtio XCIII

# DEinde conſideran:

dum de ſingulis legibus. ⁊ primo đ lege eterna. ſcđo de lege naturali. tertio de lege humana. quarto de lege veteri. quinto de lege noua que eſt lex euangelij. de ſexta autē lege q̄ eſt lex fomitis ſufficiat qđ dictum ē cum de peccato originali ageret. Circa primum q̄runtur ſex. primo quid ſit lex eterna. ſcđo vtrum ſit oībus nota. tertio vtrum oīs lex ab ea deriuet. quarto vtrū neceſſaria ſubijciantur legi eterne. quinto vtrū cõtingentia naturalia ſubijciãtur legi eterne. ſexto vtrum omnes res humane ei ſubijciantur.

## Ad primum ſic procedit.

Videtur ꝙ lex eterna non ſit ſūma ratio in deo exiſtens. Lex enī eterna ē vna tm̄. ſed rationes rerū in mēte diuina ſunt plures. Dicit enī Aug⁹ in li. lxxxiij. q. ꝙ deus ſingula fecit ꝓprijs rationibꝫ. ergo lex eterna nõ videtur eē idē qđ ratio in mēte diuina exiſtens. ¶ Pre. de ratiõe legis eſt ꝙ verbo ꝓmulgetur. vt ſupra dictum ē. ſed verbum in diuinis dicit pſonaliter. vt in primo habitū ē. ratio autem dicit eſſentialiter. nõ igitur idē ē lex eterna qđ ratio diuina. ¶ Pre. Aug⁹ in li. đ vera religione. Apparet ſup mētem noſtrā legē eſſe q̄ veritas dicit. lex autē ſupra mētes noſtrā exiſtens ē lex eterna. ergo veritas ē lex eterna. ſed non ē eadem ratio veritatis ⁊ rationis. ergo lex eterna nõ eſt idē cū ratione ſūma. ¶ Sed contra ē qđ Aug⁹ dicit ī primo de li. arbi. ꝙ lex eterna ē ſumma ratio cui ſemꝑ obtēperandū eſt. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut in quolibet artifice preexiſtit ratio eorū que ꝯſtituūtur ꝑ artem. ita etiam ī quolibet gubernante oportet ꝙ preexiſtat ratio ordinis eorum que agēda ſunt ꝑ eos qui gubernationi ſubdunt. ⁊ ſicut ratio rerū fiendarū ꝑ artē vocat ars vel exemplar rerū artificiatarū. ita etiā ratio gubernãtis act⁹ ſubditorū rõnem legis obtinet ſeruatis alijs q̄ ſupra eē diximus de legis ratione. Deus autē ꝑ ſuā ſapiētiā ꝯditor ē vniuerſarū rerum ad quas comparatur ſicut artifex ad artificiata. vt ī primo habitū ē. Eſt etiā gubernator oīum actuū ⁊ motionum q̄ inueniunt in ſingulis creaturis. vt etiā in primo habitū eſt. vnde ſicut ratio diuine ſapiētie in q̄ntum ꝑ eam cūcta ſunt creata rõnem habet artis vel exemplaris vel ydee. ita ratio diuine ſapiētie mouēns oīa ad debitum finem obtinet rõnem legis. et ſm hoc lex eterna nihil aliud ē q̄ ratio diuine ſapiētie ſm ꝙ ē directiua oīum actuū ⁊ motionū. ¶ Ad .j. ergo dõm ꝙ Aug⁹ loquit ibi de ratiõibꝫ ydealibus q̄ reſpiciunt ꝓprias naturas ſingularū rerū. ⁊ ideo in eis inuenit quedam diſtinctio et pluralitas ſm diuerſos reſpectus ad res. vt ī primo habitū eſt. ſed lex dicit directiua actuū ī ordine ad bonū cõmune. vt ſupra dictum eſt. Ea autē q̄ ſunt in ſeipſis diuerſa cõſiderant vt vnum ſm ꝙ ordinant ad aliquod cõmune. ⁊ ideo lex eterna ē vna q̄ eſt ratio huius ordinis. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ circa verbū quodcunqꝫ duo poſſunt conſiderari. ſcꝫ ipm verbū. ⁊ ea q̄ verbo exprimunt. verbū enim vocale ē quiddam ab ore hoīs ꝓlatum. ſed hec verbo exprimunt q̄ verbis hūanis ſignificãtur. ⁊ eadem ratio ē de verbo hoīs mentali qđ nihil ē aliud q̄ quiddā mente ꝯceptum quo hō exprimit mētaliter ea de quibus cogitat. Sic igitur ī diuinis ipm verbum qđ ē cõceptio paterni ītellect⁹. pſonaliter dr̄. ſed oīa quecunqꝫ ſunt in ſcientia patris ſiue eſſentialia ſiue pſonalia ſiue etiā dei opa exprimunt hoc verbo. vt patꝫ ꝑ Auguſ. in xv. de tri. ⁊ inter cetera q̄ hoc verbo exprimitur. nec tamē ꝓpter hoc ſequitur ꝙ lex eterna perſonaliter in diuinis dicatur. appropriatur tm̄ filio ꝓpter ꝯuenientiam quā habet ratio ad verbū. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ ratio ītellectus diuini aliter ſe habet ad res q̄ ratio hūani ītellect⁹. Intellect⁹ enī human⁹ ē mēſuratus a rebus. vt ſcꝫ cõceptus hominis non ſit verus ꝓpter ſeipſm. ſꝫ dr̄ verus ex hoc ꝙ ꝯſonat rebus. Ex hoc enī ꝙ res ē vel non ē opinio vera vel falſa ē. Intellectus vero diuin⁹ ē mēſura rerū. q2 vnaqueqꝫ res in tantū habet de veritate in q̄ntū imitat intellectū diuinum vt in primo dictum ē. et ideo ītellectus diuinus ē verus ſm ſe. vnde ratio eius ē ipſa veritas.

## Ad ſecundū ſic ꝑceditur

Videtur ꝙ lex eterna non ſit oībus nota. Quia vt dicit Apłus .j. Cor. ij. Que ſunt dei nemo nouit niſi ſpūs dei. ſed lex eterna ē quedam ratio in mēte diuina exiſtens. ergo oībus ē ignota niſi ſoli deo. ¶ Pre. ſicut Aug⁹ dicit ī li. de li. arbi. Lex eterna ē q̄ iuſtum ē vt oīa ſint ordinatiſſima. ſed nõ oēs cognoſcūt q̄liter oīa ſunt ordinatiſſima. nõ ergo oēs cognoſcūt legē eternā. ¶ Pre. Aug⁹ dicit in li. de vera religione. ꝙ lex eterna ē de q̄ hoīes iudicare nõ poſſunt. ſꝫ ſicut in primo ethi. dr̄ vnuſquiſqꝫ bn̄ iudicat que cognoſcit. ergo lex eterna non ē nobis nota. ¶ Sed cõtra ē ꝙ Aug⁹ dicit in li. de li. arbi. ꝙ eterne legis notio nob' īpreſſa ē. ¶ Rñ. dõm ꝙ dupliciter aliqđ cognoſci pt. Vno modo ī ſeipſo. Alio mõ ī ſuo effectu in q̄ aliqua ſimilitudo ei⁹ inuenit. ſicut aliquis nõ vidēs ſolem in ſua ſubſtātia. cognoſcit ipm ī ſua irradiatiõe. Sic igit dõm ē ꝙ legem eternā nullus pōt cognoſcere ſm ꝙ in ſeipſa ē niſi ſolus deus ⁊ beati qui deū ꝑ eſſentiā vidēt. ſꝫ oīs creatura rationalis ipſam cognoſcit ſm aliquā eius irradiationem vł maiorem vel minorē. oīs enī cognitio veritatis ē quedam irradiatio ⁊ ꝑticipatio legis eterne q̄ eſt veritas incõmutabilis. vt Aug⁹ dicit in li. de vera religiõe. Veritatem autē oēs equaliter cognoſcūt ad min⁹ q̄ntū ad principia cõmunia legis naturalis. in alijs vero quidā plus ⁊ quidā min⁹ ꝑticipãt de cognitione veritatis. ⁊ ſm hoc etiā plus vel min⁹ cognoſcūt legē eternam. ¶ Ad .j. ergo dõm ꝙ ea q̄ ſunt dei in ſeipſis quidem cognoſci a nobis nõ poſſunt. ſꝫ tm̄ in effectibꝰ ſuis nobis manifeſtãtur. ſm illud Roma .j. Inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſunt ītellecta ꝯſpiciūt. ¶ Ad .ij. dõm ꝙ legē eternā ⁊ ſi vnuſquiſqꝫ cognoſcat ꝑ ſua capacitate ſm modū pdictū. null⁹ tm̄ eam cõprehēdere pōt. Nõ enī totaliter manifeſtari pt ꝑ ſuos effectus. ⁊ ideo nõ oportet ꝙ quicunqꝫ cognoſcit legē eternam ſm modū pdictū. cognoſcat totū ordinē rerū q̄ oīa ſunt ordinatiſſima. ¶ Ad .iij. dõm ꝙ iudicare de aliquo pt intelligi dupliciter. Vno modo ſicut vis cognitiua dijudicat de ꝓprio obiecto. ſm illud Job .xij. Nonne auris verba dijudicat ⁊ fauces cõmedētis ſaporē? ⁊ ſm iſtum modum iudicij phūs dicit ꝙ vnuſqſqꝫ bn̄ dijudicat que

cognoſcit. iudicãdo ſcʒ an ſit verũ qđ ꝓponitur. Alio mõ
ſꝫm ꝙ ſupioꝛ iudicat de inferioꝛi quodaʒ practico iudicio
an ſcʒ ita debeat eſſe vel non ita. ⁊ ſic nullus põt iudicare
de lege eterna.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Uideť ꝙ non oĩs lex a lege eterna deriuať. Eſt enĩ que-
dam lex fomitis. vt ſupra dictum ẽ. ipſa autẽ non deriuať
a lege diuina q̃ eſt lex eterna. ad ipſam enĩ ptinet pruden
tia carnis. de qua Apl'us dicit ad Roma. viij. ꝙ legi dei
nõ põt eſſe ſubiecta. ergo non oĩs lex ꝓcedit a lege eterna.
¶ Pre. a lege eterna nihil iniquũ ꝓcedere põt. q2 ſicut
dictum eſt. lex eterna ẽ ſꝫm quam iuſtũ ẽ vt oĩa ſint ordi-
natiſſima. ſʒ q̃daʒ leges ſunt inique. ſꝫm illud Eſa. x. Ue
qui condunt leges iniquas. ergo nõ oĩs lex ꝓcedit a lege
eterna. ¶ Pre. Aug' dicit in primo de li. ar. ꝙ lex que po
pulo regendo ſcribiť. recte multa pmittit que ꝑ diuinam
ꝓuidentiã vindicanť. ſʒ ratio diuine ꝓuidentie ẽ lex eter
na. vt dictum ẽ. ergo nec etiã oĩs lex recta procedit a lege
eterna. ¶ Sed contra ẽ qđ Prouer. viij. diuina ſapiẽtia
dicit. Per me reges regnant ⁊ legũ conditores iuſta decer-
nunt. Ratio aũt diuine ſapientie ẽ lex eterna vt ſupra di
ctũ ẽ. ergo oẽs leges a lege eterna ꝓcedunt. ¶ Rñ dđm
ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. lex importat rationẽ quandã di
rectiuã actuũ ad finẽ. In oĩbus aũt mouentibus ordina
tis oportet ꝙ virtus ſcđi mouentis deriueť a virtute mo
uentis primi. q2 mouens ſcđm nõ mouet niſi inq̃ʒtũ mo
uetur a primo. vñ in oĩbus gubernãtibus idẽ videm' ꝙ
ratio gubernatiõis a primo gubernãte ad ſecũdos deriua
tur. ſicut ratio coꝝ q̃ ſunt agenda in ciuitate deriuať a re-
ge ꝑ ꝓceptum ĩ inferiores adminiſtratores. Et in artifici
alibus etiã ratio artificialiũ actuũ deriuatur ab archite-
ctore ad inferiores artifices q̃ manu opantur. cũ ergo lex
eterna ſit ratio gubernatiõis in ſupremo gubernante. ne-
ceſſe ẽ ꝙ omnes rões gubernationis q̃ ſunt ĩ inferioribꝫ
gubernãtibus a lege eterna deriuenť. Huiuſmodi aũt ra-
tiones inferioꝝ gubernantiũ ſunt q̃cũq3 alie leges preter
legẽ eternã. vñ oẽs leges inq̃ʒtum pticipãt de rõne recta
in tm̃ deriuantur a lege eterna. Et ꝓpter hoc Aug' dicit ĩ
primo de li. arbi. ꝙ ĩ tpali lege nihil ẽ iuſtum ac legitimũ
qđ nõ ex eterna hoĩes ſibi deriuauerũt. ¶ Ad. j. ergo dđm
ꝙ fomes habet rõnem legis in hoĩe inq̃ʒtum ẽ pena ↄſe-
quens diuinã iuſticiã. ⁊ ſꝫm hoc manifeſtũ ẽ ꝙ deriuať a
lege eterna. Inq̃ʒtum vero inclinat ad peccatũ. ſic ↄtraria
tur legi dei ⁊ non habet rõneʒ legis. vt ex ſupra dictis ptʒ
¶ Ad. ij. dđm ꝙ lex humana in tm̃ habet ronem legis in
q̃ʒtum ẽ ſꝫm rõnem rectam. ⁊ ſꝫm hoc manifeſtũ ẽ ꝙ a lege
eterna deriuať. inq̃ʒtum vero a rõne recedit ſic dr̃ lex iniq̃
⁊ ſic nõ habet rõnem legis. ſed magis violẽtie cuiuſdam.
⁊ tñ in ipa lege iniq̃ inq̃ʒtum ſeruať aliquid de ſilitudine
legis ꝓpter ordinem poteſtatis eius qui legẽ fecit. ſꝫm hoc
etiã deriuať a lege eterna. Oĩs enĩ poteſtas a dño deo ẽ.
vt diciť Roma. xiij. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ lex hũana diciť ali
qua pmittere. nõ q̃ſi ea approbans. ſed quaſi ea dirigere
nõ potẽs. multa autẽ diriguntur lege diuina q̃ dirigi non
poſſunt lege hũana. plura enĩ ſubdũtur cauſe ſupioꝛi q̃ʒ
inferioꝛi. vnde hocipm ꝙ lex humana nõ ſe itromittit de
his que dirigere nõ pt. ex ordine legis eterne ꝓuenit. Se
cus autem eſſet ſi approbaret ea que lex eterna reprobat.
vnde ex hoc non habeť ꝙ lex humana non deriuať a lege
eterna. ſʒ ꝙ non eã ꝑfecte aſſequi poſſit.

## Ad quartum ſic procediť

Uidetur ꝙ neceſſaria ⁊ eterna ſubijciať legi eterne. Om
ne enĩ qđ rationale ẽ rõni ſubditur. ſʒ volũtas diuina ẽ
rationabilis cuʒ ſit iuſta. ergo rationi ſubdiť. ſʒ lex eterna
ẽ ratio diuina. ergo volũtas dei ſubdiť legi eterne. volũ-
tas aũt dei ẽ aliquid eternũ. ergo etiaʒ eterna ⁊ neceſſaria
legi eterne ſubdũť. ¶ Pre. quicquid ſubijciť regi ſubijci
tur legi regis. Filius autẽ vt dr̃. j. ad Coꝝ. xv. ſubiectus
erit deo ⁊ patri cũ tradiderit ei regnũ. ergo fili' q̃ eſt etern'
ſubijciť legi eterne. ¶ Pre. lex eterna ẽ ratio diuine ꝓui
dentie. ſʒ multa neceſſaria ſubdũť diuine ꝓuidentie ſicut
pmanentia ſubſtantiaꝝ incorpalium ⁊ corpoꝝ celeſtiũ. er
go legi eterne ſubdũtur etiã neceſſaria. ¶ Sed cõtra ea q̃
ſunt neceſſaria ĩpoſſibile ẽ aliter ſe habere. vñ cohibitiõe
nõ indigent. ſʒ imponiť homini lex vt cohibeať a malis.
vt ex ſupradictis ptʒ. ergo ea q̃ ſunt neceſſaria legi nõ ſub
dunť. ¶ Rñ. dđm ꝙ ſicut ſupra dictũ ẽ. lex eterna ẽ ratio
diuine gubernationis. Quecũq3 ergo diuine gubernati-
oni ſubdũtur. ſubijciũtur etiã legi eterne. q̃ vero guberna
tioni eterne nõ ſubdũtur. neq3 legi eterne ſubdũtur. Ho
rum aũt diſtinctio attẽdi põt ex his q̃ circa nos ſunt. hu-
mane enĩ gubernationi ſubdũť ea q̃ ꝑ hoĩes fieri poſſunt
que vero ad naturã hoĩs ptinent. nõ ſubdũtur gubernati
oni humane ſcʒ ꝙ homo habeat aĩaʒ. vel manum aut pe
des. Sic igiť legi eterne ſubdũtur oĩa que ſunt in rebus
a deo creatis. ſiue ſint cõtingentia. ſiue ſint neceſſaria. ea
vero que ptinẽt ad naturã vel eſſentiã diuinaʒ legi eterne
non ſubdũtur. ſʒ ſunt realiter ipa lex eterna. ¶ Ad. j. ergo
dđm ꝙ đ volũtate dei dupliciter poſſumus loqui. Uno
modo q̃ʒtum ad ipam voluntatẽ. ⁊ ſic cum voluntas dei
ipſa ſit eſſentia eius. nõ ſubdiť gubernationi diuine. neq3
legi eterne. ſed idẽ ẽ qđ lex eterna. Alio modo poſſumus
loqui de voluntate diuina q̃ʒtum ad ipſa q̃ de' vult circa
creaturas. que quidẽ ſubiecta ſunt legi eterne inq̃ʒtũ ho-
rum ratio ẽ in diuina ſapiẽtia. ⁊ rõne hoꝝ voluntas dei
dr̃ rationabilis. alioquin rõne ſuipſius magis ẽ dicenda
ipa ratio. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ fili' dei nõ ẽ a deo fact'. ſed na
turaliter ab ipo genit'. et ideo nõ ſubdiť diuine ꝓuidẽtie
aut legi eterne. ſʒ magis ipẽ ẽ lex eterna ꝑ quandã appro-
priationẽ. vt ptʒ ꝑ Aug. in li. de vera religiõe. Diciť aũt
eſſe ſubiect' patri rõne hũane natura ſꝫm quã etiaʒ pater
dr̃ eſſe maioꝛ eo. ¶ Tertiũ ↄcedim'. q2 ꝓcedit de neceſſa-
rijs creatis. ¶ Ad. iiij. dđm ꝙ ſicut phũs dicit ĩ. v. meta
phiſice. Quedã neceſſaria habẽt cauſam ſue neceſſitatis
⁊ ſic hocipm ꝙ impoſſibile ẽ ea aliter ſe habere habent ab
alio. ⁊ hocipm ẽ cohibitio q̃dã efficaciſſima. Nã q̃cunq3
cohibeť in cõmuni in tm̃ cohiberi diciť inq̃ʒtum non põt
aliter facere q̃ʒ de eis diſponatur.

## Ad quintum ſic procediť

Uideť ꝙ naturalia ↄtingẽtia nõ ſubſint legi eterne. Pro
mulgatio enĩ ẽ de rõne legis. vt ſupra habitũ ẽ. ſʒ ꝓmul-
gatio nõ põt fieri niſi ad creaturas rõnales q̃bꝫ ꝑt aliq̃d
denũciari. ergo ſole creature rõnales ſubſunt legi eterne.
nõ ergo naturalia contingẽtia ¶ Pre. ea q̃ obediũt rõni
pticipãt aliqualiter rõne vt dr̃ in primo ethi. Lex aũt eter
na ẽ ratio ſũma. vt ſup̃ dictũ ẽ. cũ igiť naturalia ↄtingen-
tia nõ pticipẽt aliq̃liter rõne. ſʒ penit' ſint irrõnabilia. vi-
detur ꝙ nõ ſubſint legi eterne. ¶ Pre. lex eterna ẽ effica-
ciſſima. ſʒ ĩ naturalibꝫ ↄtingẽtibꝫ accidit defect'. nõ ergo
ſubſunt legi eterne. ¶ Sʒ ↄtra ẽ quod dr̃ Prouer. viij.

Quando circūdabat mari terminū ſuū. ⁊ legē dabat aq̄s ne trāſirent fines ſuos. ¶ Rñ. dōm ꝙ aliter ē de lege hominis dōm. ⁊ aliter de lege eterna q̄ eſt lex dei. Lex enim hoīs nō ſe extendit niſi ad creaturas rōnales que homini ſubijciūtur. Cuiꝰ ratio ē. q2 lex ē directiua actuū q̄ cōueniūt ſubiectis gubernationi alicuiꝰ. vñ nullꝰ ꝓprie loquēdo ſuis actibꝰ legē imponit. Queciq3 aūt agūtur circa vſū rerū irrationabiliū homini ſubditaꝝ. agunf ꝑ actū ipſius hoīs mouētis hmōi res. nam hmōi irrationales creature nō agunt ſeipſas. ſ3 ab alijs aguntur. vt ſup habitū ē. ⁊ ideo rebus irrationabilibꝫ hō legē imponere nō pōt q̄tūcūq3 ei ſubijciant̄. rebus aūt rōnabilibꝰ ſibi ſubiectis pōt imponere legē inq̄ntū ſuo ꝑcepto vel denūciatiōe q̄cūq3 imprimit mēti eiꝰ quādā regulā q̄ ē principiū agendi. ſicut aūt hō imprimit denūciādo q̄ddā interius principium actuū homini ſibi ſubiecto. ita etiā deꝰ imprimit toti nature principia ꝓprioꝝ actuū. ⁊ ideo ꝑ hūc modū3 deꝰ dr̄ ꝑcipe toti nature. ſ̄m illud p̄s. Preceptū poſuit ⁊ nō preteribit. ⁊ per hāc etiā rōnē3 oēs motꝰ ⁊ actiōes nature legi eterne ſubdūtur. vñ alio mō creature irrationales ſubdūtur legi eterne inq̄ntum mouēt̄ a diuina ꝓuidētia. nō aūt ꝑ intellectū diuini precepti ſicut creature rationales. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ hoc mō ſe hꝫ impſſio actiui principij intrinſeci q̄ntum ad res naturales ſicut ſe hꝫ ꝓmulgatio legis q̄ntū ad homines. q2 ꝑ legis ꝓmulgationem imprimitur hoibꝰ q̄ddā3 directiuū principiū humanoꝝ actuū vt dictū eſt. ¶ Ad ij. dōm ꝙ creature irrationales nō ꝑticipāt rōne hūana. nec ei obediūt. ꝑticipāt tñ ꝑ modū obediētie rōne diuina Ad plura eni ſe extēdit virtus rōnis diuine q̄3 virtus rationis hūane. ⁊ ſicut mēbra corpis hūani mouent̄ ad imperiū rōnis. nō tñ ꝑticipāt rōne. q2 nō habent aliquā apprehenſionē ordinatā ad rōnē3. Ita etiā creature irrationales mouent̄ a deo. nec tñ ꝓpter hoc ſunt rōnales. ¶ Ad iij. dōm ꝙ defectus qui accidūt i rebus naturalibꝫ q̄uis ſint p̄ter ordinē cauſaꝝ vniuerſaliū. ⁊ ꝑcipue cauſe prime q̄ deꝰ ē. cuiꝰ ꝓuidētiā nihil ſubterfugere pōt. vt i primo dictum ē. ⁊ q2 lex eterna ē rō diuine ꝓuidētie. vt dictum ē. ideo defectus rerū naturaliū legi eterne ſubduntur.

## Ad ſextū3 ſic proceditur

Uidetur ꝙ lex humana non imponat homini neceſſitatē foro cōſcientie. Inferior enim poteſtas non poteſt impo nere legem in iudicio ſuꝑioris poteſtatis. ſed poteſtas hu mana que fert legem humanam eſt infra poteſtatem diui nam. ergo lex humana non poteſt imponere legē quātum ad iudicium diuinū qđ eſt iudicium conſcientie. ¶ Pre. iudicium cōſcientie maxime dependet ex diuinis manda tis. ſed quandoq₃ diuina mandata euacuantur per leges humanas. ſm illud Math. xv. Irritum feciſtis manda tum dei ꝓpter traditiones veſtras. ergo lex humana non imponit homini neceſſitatem quātum ad ꝯſcientiā. ¶ Pre. leges humane frequenter ingerunt calūniam ⁊ iniuriam hominibus. ſm illud Eſa. x. Ue qui cōdunt leges iniq̄s ⁊ ſcribentes iniuſticias ſcripſerunt vt opprimerent in iu dicio pauperes et vim facerent cauſe humilium populi mei. ſed licitum eſt vnicuiq₃ oppreſſionem ⁊ violentiam euitare. ergo leges humane non imponunt neceſſitatem homini quātum ad cōſcientiam. ¶ Sed contra eſt qđ dici tur .j. Pet. ij. Hec eſt gratia ſi ꝓpter cōſcientiam ſuſtineat quis triſticias patiens iniuſte. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ leges poſi te humanitus vel ſunt iuſte vel iniuſte. ſi quidem iuſte ſint. habent vim obligādi in foro conſcientie a lege eter na a qua deriuantur. ſm illud Prouer. viij. Per me re ges regnant ⁊ leges cōditores iuſta decernunt. Dicūtur autem leges iuſte ⁊ ex fine. quando ſ₃ ordinantur ad bo num cōmune. et ex actore. quando ſ₃ lex lata non excedit poteſtatem ferentis. ⁊ ex forma. quando ſ₃ ſm equalita tem ꝓportionis imponūtur ſubditis onera in ordine ad bonū cōmune. cū₃ enī vnus homo ſit ps multitudinis. quilibet hō hoc ipm qđ ē ⁊ qđ habet ē multitudinis. ſicut ⁊ quelibet ps id qđ eſt ē totius. vn̄ et natura aliqđ detri mentū infert parti vt ſaluet totū. ⁊ ſm hoc leges hmōi one ra ꝓportionabiliter inferētes iuſte ſunt. et obligāt in foro cōſciētie. ⁊ ſunt leges legales. Iniuſte aūt ſunt leges du pliciter. Uno mō ꝑ ꝯtrarietatē ad bonū humanū ecōtra his ꝑdictis. vel ex fine. ſicut cū aliquis ꝑſidens leges im ponit oneroſas ſubditis nō ꝑtinētes ad vtilitatem cōmu nem. ſed magis ad propriam cupiditatē vel gloriā. vel etiam ex actore. ſicut cum aliquis legem fert vltra ſibi cō miſſum poteſtatem. vel etiā ex forma. puta cum inequali ter onera multitudini diſpenſanſ etiam ſi ordinentur ad bonum cōmune ⁊ huiuſmodi magis ſunt violentie quā le ges. quia ſicut Aug⁹ dicit in libro đ libero arbi. Lex eē nō videtur que iuſta non fuerit. vnde tales leges non obli gant in foro cōſcientie niſi forte ꝓpter vitandum ſcanda lum vel turbationem. ꝓpter qđ etiā homo iuri ſuo debet cedere. ſm illđ Math. v. Qui angariauerit te mille paſ ſus vade cum eo alio duo. ⁊ qui abſtulerit tibi tunicam da et pallium. Alio modo leges poſſunt eſſe iniuſte per cōtrarietatem ad bonum diuinum. ſicut leges tyrānorū inducentes ad idolatriam. vel ad quodcūq₃ aliud quod ſit contra legem diuinam. ⁊ tales leges nullo modo lic₃ obſeruare. quia ſicut dicitur Act. iiij. Obedire oportet deo magis quā hominibus. ¶ Ad .j. ergo dicendum ꝙ ſic Apo ſtolus dicit ad Roma. xiij. Omnis poteſtas humana a deo ē. ⁊ ideo qui poteſtati reſiſtit in his que ad poteſtatis or dinem ꝑtinent. dei ordinationi reſiſtit. ⁊ ſm hoc efficitur reus quātum ad conſcientiam. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ratio illa ꝓcedit de legibus humanis que ordinantur ꝯtra dei mā datum. ⁊ ad hoc ordo poteſtatis non ſe extendit. vnde in talibus legi humane non eſt parendum. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ratio illa ꝓcedit de lege que infert grauamen iniuſtū ſubditis ad quod etiam ordo poteſtatis diuinitus cōceſ ſus non ſe extendit. vnde nec in talibus homo obligaſ vt obediat legi ſine ſcādalo vel maiori detrimento reſiſte re poſſit.

## Ad quintum ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ non omnes legi ſubijciantur. Illi enim ſoli ſubijciuntur legi quibus lex ponitur. ſed Aplus dicit .j. ad Timo. j. ꝙ iuſto non eſt lex poſita. ergo iuſti nō ſubij ciuntur legi humane. ¶ Pre. Urbanus papa dicit ⁊ ha betur in decre. xix. q. ij. Qui lege priuata ducitur nulla ra tio exigit vt publica conſtringantur. lege autem priuata ſpiritusſancti ducuntur omnes viri ſpirituales qui ſūt filij dei. ſm illud Roma. viij. Qui ſpiritu dei aguntur hi filij dei ſunt. ergo nō omnes hoīes legi humane ſubijci untur. ¶ Pre. Iuriſperit⁹ dicit ꝙ princeps legib⁹ ſolu tus ē. qui aūt ē ſolut⁹ a lege nō ſubdiſ legi. ergo non oēs ſubiecti ſunt legi. ¶ S₃ ꝯtra ē qđ Aplus dicit Roma. xiij. Omnis aīa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. ſ₃ non vi deſ eſſe ſubdit⁹ poteſtati qui non ſubijciſ legi quā fert po teſtas. ergo oēs hoīes debent eſſe legi ſubiecti. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut ex ſuꝑ dictis pat₃. lex de ſui rōne duo h₃. Primo qđ ē ꝙ ē regula hūanoꝝ actuū. Scđo ꝙ h₃ vim coactiuā. Dupliciter ergo aliq̄s hō ꝑt eſſe legi ſubiect⁹. Uno mō ſi cut regulatū regule. ⁊ hoc mō oēs illi qui ſubdūſ poteſta ti ſubduntur legi quam fert poteſtas. ꝙ aūt aliquis po teſtati non ſubdatur. poteſt contingere dupliciter. Uno modo q₂ ſunt ſimpliciter abſoluti ab ei⁹ ſubiectiōe. vnde illi qui ſunt de vna ciuitate vel regno nō ſubdūſ legibus principis alteri⁹ ciuitatis vel regni. ſicut nec ei⁹ dominio. Alio mō ſm ꝙ regiſ ſuꝑiori lege. puta ſi aliq̄s ſubiect⁹ ſit ꝓcōſuli. regulari debet ei⁹ mādato. nō tn̄ ī his q̄ diſpē ſantur ei ab imꝑatore. quātum enī ad illa non aſtringitur mandato inferioris cum ſuꝑiori mandato dirigaſ. ⁊ ſm hoc cōtingit ꝙ aliquis ſimpliciter ſubiectus legi ſm aliq̄ legi non aſtringitur ſm que regiſ ſuꝑiori lege. Alio vero modo đr aliq̄s ſubiect⁹ legi ſicut coactū cogēti. ⁊ hoc mo do homines virtuoſi et iuſti non ſubduntur legi. ſed ſoli

mali. qđ enī ē coactum ⁊ violētum eſt ꝯtrarium volūtati volūtas aūt bonoꝝ conſonat legi a qua maloꝝ voluntas diſcordat. ⁊ ideo ſm̄ hoc boni nō ſunt ſub lege. ſ; ſolū mali. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ rō illa ꝓcedit ð ſubiectiōe que eſt ꝑ modū coactiōis. ſic enī iuſto nō ē lex poſita. q2 ipſi ſibi ſunt lex dū oſtēdunt opus legis ſcriptū in cordibus ſuis ſicut Apłus ad Roma. ij. dicit. vnde in eos non habet lex vim coactiuā ſicut habet in iniuſtos ¶ Ad. ij. dōm ꝙ lex ſpūſſancti eſt ſuperior omni lege hūanitus poſita. ⁊ ideo viri ſpūales ſm̄ hoc ꝙ lege ſpūſſancti ducūtur, nō ſubdūtur legi ꝙ̄tum ad ea que repugnant ductioni ſpūſſancti. ſed tñ hoc ipm̄ eſt de ductu ſpūſſancti ꝙ hoīes ſpūales legibus humanis ſubdātur. ſm̄ illud .j. Pet. ij. Subiecti eſtote omni hūane creature ꝓpter deū. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ princeps dr̄ eſſe ſolutus a lege ꝙ̄tum ad vim coactiuā legis. nullus enī ꝓprie cogitur a ſeipſo. lex nō habet vim coactiuam niſi ex principis poteſtate. ſic igitur princeps dr̄ eſſe ſolutus a lege. q2 nullus in ipm̄ poteſt iudiciū condēnationis ferre ſi cōtra legem agat. vnde ſuꝑ illud pſ. Tibi ſoli peccaui ⁊c̄. dicit glo. ꝙ lex non habet hoīe3 qui ſua facta diiudicet. ſed ꝙ̄tum ad vim directiuam legis princeps ſubditur legi ꝓpria voluntate. ſm̄ ꝙ dicitur extra ð ꝯſtitutionibus. c. Cū oēs. Qđ quiſquis iure ī altero ſtatuit. ipſe eodem iure vti debet. ⁊ ſapiētis dicit auctoritas Patere legē quam ipſe tuleris. Improperat̄ etia3 his a dño qui dicunt ⁊ nō faciunt. ⁊ qui alijs onera grauia imponunt. et ipſi nec digito volunt ea mouere. vt dr̄ Mat. xxiij. Unde ꝙ̄tu3 ad dei iudiciū princeps non ē ſolutus a lege ꝙ̄tum ad vim directiuam eius. ſ; debet voluntarius non coactus legem implere. Eſt etiam princeps ſupra legem inꝙ̄tum ſi expediens fuerit pōt legē mutare. et in ea diſpenſare ꝓ loco ⁊ tp̄e.

## Ad ſextu3 ſic proceditur

Uidetur ꝙ nō liceat ei qui ſubditur legi ꝓ̄ter verba legis agere. Dicit enī Aug' in li. de vera religione. In tp̄alibꝰ legibus ꝙ̄uis hoīes iudicēt de his que eas inſtituūt. tñ qñ ſunt inſtitute ⁊ infirmate non licebit de ipſis iudicare ſed ſm̄ ipſas. ſ; ſi aliquis ꝓ̄termittat verba legis dicēs ſe intentionē legiſlatoris ſeruare. videtur iudicare de lege. ergo non licet ei qui ſubditur legi vt ꝓ̄termittat verba legis vt intentionē legiſlatoris ſeruet. ¶ Pre. ad eū ſolum ꝑtinet leges interpretari cuius eſt cōdere leges. ſed oīu3 ſubditoꝝ legi nō ē leges condere. ergo eoꝝ non eſt interꝓ̄tari legiſlatoris intentionē. ſed ſemꝑ ſm̄ verba legis agere debent. ¶ Pre. oīs ſapiens intentionē ſuā verbis nouit explicare. ſed illi qui leges ꝯdiderunt reputari debent ſapiētes. Dicit enī ſapiētia Prouer. viij. Per me reges regnāt ⁊ legū ꝯditores iuſta decernūt. ergo ð intētione legiſlatoris non ē iudicandū niſi ꝑ verba legis. ¶ S3 cōtra ē qđ Hylari' dicit in. iiij. de trini. Intelligentia dictorū ex cauſis ē aſſumēdi dicēdi. q2 nō ſermoni res. ſ; rei debet eſſe ſermo ſubiectus. ergo magis ē attēdendū ad cauſam q̄ mouit legiſlatorē ꝙ̄ ipſa verba legis. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū ē. oīs lex ordinat̄ ad cōmunē hoīu3 ſalutē. ⁊ in tm̄ obtinet vim ⁊ rōne3 legis. ſm̄ vero ꝙ ab hoc deficit virtutē obligandi nō h3. vnde iuriſperitus dicit. ꝙ nulla rō iuris aut equitatis benignitas patitur. vt q̄ ſalubriter ꝓ ſalute hoīu3 introducūtur. ea nos duriori interꝓ̄tatione cōtra ipoꝝ cōmodū ꝑducamus ad ſeueritatem. Cōtingit aūt multotiēs ꝙ aliquid obſeruari cōmuni ſaluti ē vtile vt ī pluribus. qđ tm̄ in aliquibꝰ caſibus ē maxime nociuum. q2 igitur legiſlator nō pōt oēs ſingulares caſus intueri. ꝓponit legē ſm̄ ea q̄ in pluribus accidūt ferens intentionē ſuā ad cōmunē vtilitatem. vnde ſi emergat caſus in q̄ obſeruatio talis legis ſit damnoſa cōmuni ſaluti nō ē obſeruāda. ſicut ſi in ciuitate obſeſſa ſtatuatur lex ꝙ porte ciuitatis maneāt clauſe. hoc ē vtile cōmuni ſaluti vt in pluribus. Si tñ contingat caſus ꝙ hoſtes inſequātur aliquos ciues ꝑ quos ciuitas cōſeruatur. dānoſiſſimū eēt ciuitati niſi eis porte aperirētur. ⁊ ideo in tali caſu eſſent porte aperiende ꝯtra verba legis vt ſeruaretur vtilitas cōmunis quā legiſlator intendit. Sed tamē hoc eſt cōſiderandum ꝙ ſi obſeruatio legis ſm̄ verba nō habeat ſubitum periculum cui oporteat ſtatim occurri. non ꝑtinet ad quemlibet vt interꝓ̄tetur quid ſit vtile ciuitati. ⁊ quid inutile ciuitati. ſed hoc ſolum ꝑtinet ad principes qui ꝓpter hmōi caſus habent auctoritatē in legibus diſpēſandi. Si vero ſit ſubitum periculū non patiens tantam moram vt ad ſuperiorem recurri poſſit. ipſa neceſſitas diſpenſationē habet annexam. quia neceſſitas non ſubditur legi. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ ille qui in caſu neceſſitatis agit ꝓ̄ter verba legis. non iudicat de ipſa lege. ſed iudicat ð caſu ſingulari in quo videt verba legis obſeruāda non eſſe. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ille qui ſequitur intētione3 legiſlatoris. non interꝓ̄tatur legem ſimpliciter. ſed ī caſu in quo manifeſtum eſt ꝑ euidentiam nocumenti legiſlatorē aliud intendiſſe. Si enim dubiu3 ſit. debet vel ſm̄ verba legis agere. vel ſuperiorē cōſulere. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ nulli' hominis ſapiētia tanta ē vt poſſit omnes ſingulares caſus excogitare. ⁊ ideo non pōt ſufficienter per verba ſua exprimere ea que cōueniunt ad finem intentū. ⁊ ſi poſſet legiſlator omnes caſus cōſiderare. non oporteret vt oēs exprimeret ꝓpter cōfuſionē vitāda3. ſed legē ferre deberet ſm̄ ea que in pluribus accidunt. ¶ Queſtio XCVII

DEinde cōſiderandū eſt de mutatione legum. Et circa hoc querūtur quattuor. primo vtrum lex humana ſit mutabilis. ſecūdo vtrum ſemper debeat mutari quando aliquid melius occurrerit. tertio vtrum per conſuetudinem aboleatur. ⁊ vtrum conſuetudo obtineat vim legis. quarto vtrum vſus legis humane ꝑ diſpenſationem rectoꝝ īmutari debeat.

## Ad primum ſic procedit̄.

Uidetur ꝙ lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana deriuatur a lege naturali. vt ſupra dictu3 eſt. ſ; lex naturalis īmobilis permanet. ergo ⁊ lex humana debet īmobilis permanere. ¶ Pre. ſicut philoſophus dicit in. v. ethi. Menſura maxime debet eſſe permanens. ſed lex humana eſt menſura humanoru3 actuū. vt ſupra dictū eſt. ergo debet īmobiliter permanere. ¶ Preterea de ratione legis eſt ꝙ ſit iuſta ⁊ recta. vt ſupra dictum ē. ſed illud quod ſemel eſt rectum ſemper eſt rectum. ergo illud quod eſt ſemel lex ſemper debet eſſe lex. ¶ Sed cōtra eſt quod Aug' dicit in primo ð li. arbi. Lex temporalis ꝙ̄uis iuſta ſit cōmutari tñ ꝑ tp̄a iuſte poteſt. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. lex humana eſt quoddam dictamen rōnis quo diriguntur humani actꝰ. ⁊ ſm̄ hoc duplex cauſa pōt eſſe ꝙ lex hūana iuſte mutet̄. Una qdē ex ꝑte rōnis. Alia vero ex ꝑte hoīu3 q̄ꝝ actus lege regulantur. Et ꝑte quidē rōnis. q2 hūane rationi naturale eſſe videtur vt gradatim ab imꝑfecto ad ꝑfectū ꝑueniat

vnde videmus in ſciētijs ſpeculatiuis ꝙ qui primo phi
loſophāti ſunt ꝙdā imꝑfecta tradiderūt. que poſtmodū
ꝑ poſteriores ſunt tradita magis ꝑfecte. ita etiā ⁊ i opera
bilibus. Nā primi qui intenderūt inuenire aliquid vtile
cōmunitati hoīuꝫ non volētes oīa ex ſeipſis cōſiderare. in
ſtituerūt quedā imꝑfecta ī multis deficientia. ꝗ poſterio
res mutauerūt inſtituētes aliqua ꝗ in paucioribus defice
re poſſunt a cōmuni vtilitate. Ex parte vero hoīuꝫ quoꝝ
actus lege regulātur. lex recte mutari pōt ꝓpter mutatio
nē ꝯditionū hoīum quibus ſm̄ diuerſas eoꝝ cōditiones
diuerſa expediūt. ſicut Augꝰ ponit exemplū in primo de
li. arbi. ꝙ ſi populus ſit bene moderatus ⁊ grauis. cōmu
niſqꝫ vtilitatis diligētiſſimus cuſtos. recte lex fert ꝗ tali
populo liceat creare ſibi magiſtratus. per quos res publi
ca adminiſtretur. porro ſi paulatim idem populus depra
uatus habeat venale ſuffragiū ⁊ regimen flagitioſis ſce
leratiſqꝫ cōmittant. recte adimit a populo talis poteſtas
dandi honores. ⁊ ad paucoꝝ bonorum redit arbitrium.
Ad. j. ergo dōm ꝙ naturalis lex ē participatio quedā
legis eterne. vt ſupra dictum ē. ⁊ ideo imobilis ꝑſeuerat.
quod habet ex imobilitate ⁊ ꝑfectione diuine rationis in
ſtituentis naturam. ſed ratio humana mutabilis ē et im
perfecta. ⁊ ideo eius lex mutabilis eſt. ⁊ ꝓterea lex natura
lis continet quedam vniuerſalia precepta que ſemꝑ ma
nent. lex vero poſita ab homine continet precepta quedā
particularia ſm̄ diuerſos caſus qui emergunt. Ad. ij.
dōm ꝙ menſura debet eſſe ꝑmanens ꝗ̄tum ē poſſibile.
ſed ī rebus mutabilibus nō pōt eſſe aliquid omnino im
mutabiliter ꝑmanēs. ⁊ ideo lex humana non poteſt eſſe
omnino imutabilis. Ad. iij. dōm ꝙ rectum in rebꝰ cor
poralibus dicitur abſolute. ⁊ ideo ſemper ꝗ̄tum eſt de ſe
ſemꝑ manet rectum. ſꝫ rectitudo legis dicit in ordine ad
vtilitatē cōmunē cui nō ſemꝑ ꝓportionat vna eadēqꝫ res
ſicut dictū ē. ⁊ ideo talis rectitudo mutatur.

## Ad ſecunduꝫ ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ ſemꝑ lex humana quādo aliquid melius oc
currit ſit mutanda. Leges enim humane ſunt adinuente
ꝑ rationem humanam. ſicut etiaꝫ alie artes. ſed in alijs
artibus mutatur id qđ prius tenebatur ſi aliquid meliꝰ
occurrit. ergo idem eſt etiam faciendū in legibus huma
nis. Pre. ex his. que preterita ſunt ꝓuidere poſſumus
de futuris. ſed niſi leges humane mutate fuiſſent ſuperue
nientibus melioribus adinuētionibus. multa incōueni
entia ſequerentur. eo ꝙ leges antique inueniuntur mul
tas ruditates cōtinere. ergo videtur ꝙ leges ſint mutan
de quotienſcunqꝫ aliquid melius occurrit ſtatuendum.
Pre. leges humane circa actus ſingulares hominum
ſtatuūtur. in ſingularibus autē ꝑfectam cognitionē adipi
ſci non poſſumus niſi per experientiam que tempore indi
get. vt dicitur in. ij. ethi. ergo videtur ꝙ ꝑ ſucceſſionem
tēporis poſſit aliquid melius occurrere ſtatuēdū. Sꝫ
contra ē qđ dicit in decretis diſ. xij. Ridiculum ē ⁊ ſatis
abominabile dedecꝰ vt traditiones quas antiquitus a pa
tribus ſuſcepimus infringi patiamur. Rn̄. dōm ꝙ ſi
cut dictum eſt lex humana in tantū recte mutatur inꝗ̄tū
ꝑ eius mutationē cōmuni vtilitati ꝓuidetur. Habet aūt
ipſa legis mutatio ꝗ̄tum ī ſe eſt detrimentū quoddā cō
munis ſalutis. quia ad obſeruantiā legū plurimū valet cō
ſuetudo. in tantū ꝙ ea que cōtra cōmunē cōſuetudinem
fiunt etiam. ſi ſint leuiora. de ſe grauiora videntur. vnde
qn̄ mutat lex diminuit vis ꝯſtrictiua legis inꝗ̄tum tol

litur ꝯſuetudo. et ideo nunqꝫ debet mutari lex humana
niſi ex aliqua pte tantum recōpenſetur cōmuni ſaluti ꝗ̄tū
ex iſta pte derogatur. Qđ quidē ꝯtingit vel ex hoc ꝙ aliq
maxia ⁊ euidētiſſima vtilitas ex nouo ſtatuto ꝓuenit. vel
ex eo ꝙ ē maxima neceſſitas ex eo ꝙ lex conſueta aut ma
nifeſtam iniquitatē continet. aut eius obſeruatio ē pluri
mum nociua. vnde dr̄ a iuriſperito. ꝙ in rebus nouis cō
ſtituendis euidēs debet eſſe vtilitas vt recedatur ab eo iu
re qđ diu equū viſum eſt. Ad. j. ergo dōm ꝙ ea ꝗ ſunt
artis habēt efficaciā ex ſola ratiōe. ⁊ ideo vbicunqꝫ melio
ratio occurrit ē mutandū qđ prius tenebat. ſed leges ha
bēt maximā virtutē ex ꝯſuetudine. vt phūs dicit in. ij. po
litice. ⁊ ideo nō ſunt de facili mutāde. Ad. ij. dōm ꝙ ra
tio illa ꝯcludit ꝙ leges ſunt mutāde. non tn̄ ꝓ quacunqꝫ
melioratione. ſed ꝓ magna vtilitate vel neceſſitate. vt di
ctum ē. Et ſiliter dōm eſt ad tertium.

## Ad tertium ſic procedit

Uidetur ꝙ ꝯſuetudo nō poſſit obtinere vim legis. nec le
gem amouere. Lex eni humana deriuatur a lege nature
⁊ a lege diuina. vt ex ſupra dictis patet. ſed ꝯſuetudo ho
minū non pōt mutare legem nature. nec legem diuinam
ergo etiā nec legē humanā īmutare pōt. Pre. ex mul
tis malis non pōt fieri vnū bonū. ſed ille qui incipit pri
mo ꝯtra legē agere male facit. ergo multiplicatis ſimili
bus actibꝰ nō efficit aliqđ bonū. lex autem eſt quoddam
bonum. cum ſit regula humanoꝝ actuū. ergo per ꝯſuetu
dinem non pōt remoueri lex vt ipſa ꝯſuetudo vim legis
obtineat. Pre. ferre leges ꝑtinet ad publicas ꝑſonas
ad quas pertinet regere cōmunitatem. vn̄ priuate perſo
ne legem facere non poſſunt. ſed cōſuetudo inualeſcit per
actus priuatarum ꝑſonarum. ergo conſuetudo nō poteſt
obtinere vim legis ꝑ quā lex remoueatur. Sed cōtra
eſt qđ Augꝰ dicit in epl'a ad Caſulanū. Mos populi dei
⁊ inſtituta maiorum ꝓ lege ſunt tenenda. ⁊ ſicut preuari
catores legū diuinarum. ita ⁊ cōtemptores ꝯſuetudinuꝫ
eccleſiaſticarum coercendi ſunt. Rn̄. dōm ꝙ omnis
lex ꝓficiſcitur a ratione ⁊ volūtate legiſlatoris. Lex quidē
diuina ⁊ naturalis a rationabili dei voluntate. lex auteꝫ
humana a volūtate hominis ratione regulata. Sicut au
tem ratio ⁊ voluntas hominis manifeſtātur verbo ī rebꝰ
agēdis. ita etiā manifeſtant facto. hoc eni vnuſquiſqꝫ eli
gere videt vt bonū qđ ope implet. manifeſtū ē aūt ꝙ ver
bo hūano pōt ⁊ mutari lex. ⁊ etiā exponi. inꝗ̄tū manife
ſtat īteriorē motū ⁊ ꝯceptū rōnis hūane. vn̄ etiā ⁊ ꝑ actꝰ
maxime multiplicatos qui ꝯſuetudinem efficiūt. mutari
pōt lex ⁊ exponi. ⁊ etiā aliquid cauſari qđ legis virtutem
obtineat. inꝗ̄tū. ſ. ꝑ exteriores actꝰ multiplicatos interior
volūtatis motꝰ ⁊ rōnis ꝯceptꝰ efficaciſſime declarat. Cuꝫ
eni aliqđ multotiens fit. videt ex deliberato rōnis iudicio
ꝓuenire. ⁊ ſm̄ hoc ꝯſuetudo ⁊ hꝫ vim legis. ⁊ legē abolet
⁊ ē legū interꝑtatrix. Ad. j. ergo dōm ꝙ lex naturalis
⁊ diuina ꝓcedit a volūtate diuina. vt dictū ē. vn̄ ñ pt mu
tari ꝑ ꝯſuetudinē ꝓcedētē a volūtate hoīe. ſꝫ ſolū per au
ctoritatē diuinā mutari poſſet. ⁊ inde ē ꝙ nl'la ꝯſuetudo
vim legis obtinere pōt ꝯ legē diuinā vel legē naturalem
Dicit enim Iſidorꝰ ī ſynonimis. Uſus auctoritati cedat
prauū vſū lex ⁊ rō vincat. Ad. ij. dōm ꝙ ſicē ſup dictū
ē. leges hūane ī aliqbꝰ caſibꝰ deficiūt. vn̄ poſſibile ē qn̄qꝫ
ꝓter legē agere ī caſu. ſ. ī ꝗ deficit lex. ⁊ tn̄ actꝰ nō erit ma
lus. ⁊ cū tales caſus multiplicant ꝓpter aliquā mutationē
hoīuꝫ. tunc manifeſtatur ꝑ ꝯſuetudinem ꝙ lex vlteriꝰ nō

eſt vtilis. ſicut etiam manifeſtaref ſi lex ↄtraria verbo ꝓmulgaref. Si aũt adhuc maneat ratio eadẽ ꝓpter quam prima lex vtilis erat. nõ ↄſuetudo legẽ. ſꝫ lex ↄſuetudinẽ vincit. niſi forte ꝓpter hoc ſolũ inutilis lex videaf. q2 non ẽ poſſibilis ſm ↄſuetudinẽ patrie q̃ erat vna de ↄditionib9 legis. Difficile enĩ ẽ ↄſuetudinem multitudinis remouere. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ multitudo in qua ↄſuetudo introducitur duplicis cõditionis eſſe põt. Si enim ſit libera multitudo que poſſit ſibi legem facere. plus ẽ conſenſus totius multitudinis ad aliquid obſeruandũ quẽ ↄſuetudo manifeſtat. q̃ȝ auctoritas principis qui non habet poteſtatẽ cõdendi legem niſi inq̃ntũ gerit ꝑſonam multitudinis. vnde lꝫ ſingule ꝑſone non poſſint condere legẽ. tamẽ totus populus cõdere legeȝ põt. Si vero multitudo non habeat liberam poteſtatẽ cõdendi ſibi legem. vel legem a ſuperiori poteſtate poſitã remouẽdi. tñ ipa cõſuetudo in tali multitudine ꝑualẽs. obtinet vim legis. inq̃ntũ ꝑ eos toleraf ad quos ꝑtinet multitudini legẽ imponere. et hoc enĩ ipſo videf approbare qđ ↄſuetudo induxit.

## Ad quartum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ rectores multitudinis non poſſint in legib9 humanis diſpenſare. Lex enĩ ſtatuta ẽ ꝓ cõmuni vtilitate et vt Iſidor9 dicit. ſꝫ cõmune bonũ non debet intermitti ꝓ priuato cõmodo alicuius ꝑſone. quia vt dicit phũs in primo ethi. Bonum gentis diuinius ẽ q̃ȝ bonum vnius hoĩs. ergo videtur ꝙ non debeat diſpenſari cuȝ aliquo vt cõtra legem cõmunẽ agat. ¶ Pre. illis qui ſup alios cõſtituũtur ꝑcipitur Deutero. j. Ita paruũ audietis vt magnum. nec accipietis cuiuſdã ꝑſonam. quia dei iudiciuȝ eſt. ſed concedere alicui qđ cõmuniter denegatur omnibus videtur eſſe acceptio ꝑſonarum. ergo huiuſmodi diſpenſationes facere rectores multitudinis non poſſunt. cum hoc ſit cõtra ꝑceptum legis diuine. ¶ Pre. lex humana ſi ſit recta oportet ꝙ conſonet legi naturali ⁊ legi diuine. aliter enĩ non cõgrueret religioni. nec cõueniret diſcipline qđ requiritur ad legem. vt Iſidor9 dicit. ſed in lege naturali ⁊ diuina nullus homo põt diſpenſare. ergo nec etiaȝ in lege humana. ¶ Sed ↄtra ẽ qđ dicit Apls. j. ad Cor. iiij. Diſpenſatio mihi credita ẽ. ¶ Rñ. dõm ꝙ diſpenſatio ꝓprie importat cõmenſurationem alicuius cõmunis ad ſingula. vñ etiam gubernator familie dicitur diſpenſator inq̃ntum vnicuiq; de familia cum pondere ⁊ menſura diſtribuit. ⁊ operationes ⁊ neceſſaria vite. Sic igitur et in quacunq; multitudine ex eo dicitur aliquis diſpẽſare. q2 ordinat qualiter aliquod cõmune ꝑceptum ſit a ſingulis adimplendũ. Contingit autẽ quãdoq; ꝙ aliqđ ꝑceptum qđ eſt ad cõmodum multitudinis vt in pluribus. non ẽ cõueniens huic ꝑſone. vel in hoc caſu. quia vel ꝑ hoc impediretur aliquid melius. vel etiã induceref aliqđ malũ. ſicut ex ſupra dictis patȝ. Periculoſum aũt eſſet vt hoc iudicio cuiuſlibet cõmitteref. niſi forte ꝓpter euidẽs ⁊ ſubitum periculũ. vt ſup dictũ ẽ. et ideo ille qui habet regere multitudinẽ habet poteſtateȝ diſpenſandi in lege hũana q̃ ſue auctoritati innitif. vt ſcꝫ in ꝑſonis vel caſib9 ĩ quib9 lex deficit licentiã tribuat vt ꝑceptum legis non ſeruetur. Si autẽ abſq; hac rõne ꝓ ſola volũtate licentiã tribuat nõ erit fidelis in diſpẽſatiõe. aut erit imprudẽs. Infidelis quidẽ ſi nõ habeat intentionẽ ad bonũ cõmune. Imprudẽs aũt ſi rõnem diſpẽſandi ignoret. ꝓpter qđ dñs dicit Luce. xij. Quis putas ẽ fidelis diſpenſator ⁊ prudẽs quẽ ↄſtituit dñs ſup familiã ſuaȝ. ¶ Ad. j. ergo dõm ꝙ qñ cũ aliquo diſpenſaf vt legẽ cõmunẽ nõ ſeruet. non debet fieri in ꝑiudiciũ boni cõmunis. ſꝫ ea intẽtiõe vt ad bonum cõmune ꝓficiat. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ non ẽ acceptio ꝑſonaꝝ ſi non ſeruenf equalia in ꝑſonis inequalib9. vnde qñ ↄditio alicui9 ꝑſone requirit vt rõnabiliter ĩ ea aliq̃d ſpecialiter obſeruef. non ẽ ꝑſonaꝝ acceptio ſi ſibi aliqua ſpecialis grã fiat. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ lex naturalis inq̃ntum ↄtinet ꝑcepta cõmunia q̃ nunq̃ fallunt. diſpenſationem recipere non põt. in aliis vero ꝑceptis q̃ ſunt quaſi cõcluſiones ꝑceptoꝝ cõmuniũ. qñq; ꝑ hoĩeȝ diſpenſatur. puta ꝙ mutuũ nõ reddatur ꝓditori patrie. vel aliquid hmõi. Ad legem autẽ diuinã ita ſe habet quilibet homo ſicut ꝑſona priuata ad legem publicã cui ſubiicitur. vñ ſicut in lege humana publica nõ poteſt diſpenſare niſi ille a quo lex auctoritatem habet. vel is cui ipſe cõmiſerit. ita ĩ preceptis iuris diuini q̃ ſũt a deo null9 põt diſpẽſare niſi deus. vel is cui ipſe ſpecialiter cõmiſit. ¶ Queſtio XCVIII

D Einde cõſiderandũ eſt de lege veteri. primo de ipſa lege. ſcđo de ꝑceptis eius. Circa primuȝ q̃runtur ſex. primo vtrum lex vet9 ſit bona. ſcđo vtrum ſit a deo. tertio vtꝝ ſit ab eo mediãtibus angelis. quarto vtrũ data ſit omnib9. quinto vtꝝ omnes obliget. ſexto vtrum congruo tempore fuerit data.

## Ad primum ſic ꝓcedit.

Videf ꝙ lex vetus non fuerit bona. Dicif enĩ Ezech. xx. Dedi eis ꝑcepta nõ bona ⁊ iudicia in quibus nõ viuent ſꝫ lex nõ dr bona niſi ꝓpter bonitatẽ ꝑceptoꝝ q̃ cõtinet. ergo lex vetus nõ fuit bona. ¶ Pre. ad bonitatẽ legis pertinet vt cõmuni ſaluti ꝓficiat. ſicut Iſidor9 dicit. ſꝫ lex vetus non fuit ſalutifera. ſꝫ magis mortifera ⁊ nociua. Dicit enĩ Apls Roma. vij. Sine lege peccatũ mortuũ erat. ego autẽ viuebã ſine lege aliqñ. ſed cũ veniſſet mãdatuȝ peccatum reuixit. ego aũt mortuus ſum. ⁊ Roma. v. Lex ſubintrauit vt abundaret delictũ. ergo lex vetus non fuit bona. ¶ Pre. ad bonitatem legis ꝑtinet ꝙ ſit poſſibilis ad obſeruandũ ⁊ ſm naturã ⁊ ſm humanã ↄſuetudineȝ ſed hoc nõ habuit lex vetus. Dicit enĩ Petrus Act. xv. Quid tẽptatis imponere iugũ ſup ceruicẽ diſcipuloꝝ. qđ neq; nos neq; pr̃es nr̃i portare potuim9. ergo videf ꝙ lex vetus nõ fuerit bona. ¶ Sed ↄtra ẽ qđ Apls dicit ad Roma. vij. Itaq; lex q̃dẽ ſancta ẽ. ⁊ mãdatũ ſanctũ ⁊ iuſtũ ⁊ bonum. ¶ Rñ. dõm ꝙ abſq; oĩ dubio lex vet9 bona fuit. Sicut enim doctrina oſtendif eſſe vera ex hoc ꝙ conſonat rationi recte. ita etiam lex aliqua oſtenditur eſſe bona ex hoc ꝙ conſonat rationi. Lex autem vetus ratiõi cõſonabat. quia concupiſcentiam reprimebat que ratiõi aduerſatur. vt patet in illo mandato. Non concupiſces rem ꝓximi tui. quod ponitur Exo. xx. Ipa etiaȝ omnia peccata prohibebat que ſunt cõtra rationem. vnde manifeſtuȝ eſt ꝙ bona erat. ⁊ hec eſt ratio Apli ad Roma. vij. Condelector inquit legi dei ſm interiorẽ hoĩem. ⁊ iterũ. Conſentio legi quoniam bona eſt. Sed notandum eſt ꝙ bonum diuerſos gradus habet vt Dionyſius dicit. iiij. ca. de di. no. Eſt enĩ aliqđ bonũ ꝑfectũ ⁊ aliqđ bonum imꝑfectum. Perfecta quidem bonitas eſt in his que ad finẽ ordinantur. quando aliquid eſt tale ꝙ per ſe eſt ſufficiẽs inducere ad finẽ. Imꝑfectũ autẽ bonum ẽ quod operatur aliquid ad hoc ꝙ perueniaf ad finem. non tamen ſufficit ad hoc ꝙ ad finẽ ꝑducat. ſicut medicina ꝑficere bona eſt q̃

hoīeꝫ ſanat. impfecta autē q̄ hominē adiuuat. ſed tamen
ſanare non pōt. Eſt autem ſciendū ꝙ ē alius finis legis
humane. ⁊ alius legis diuine. Legis enī hūane finis eſt
tēporalis tranquillitas ciuitatis. ad quē finem ꝑuenit lex
cohibendo exteriores actus q̄tum ad illa mala q̄ poſſunt
ꝑturbare pacificū ſtatum ciuitatis. Finis autē legis di-
uine ē ꝑducere hoīeꝫ ad finem felicitatis eterne. qui qui-
dem finis impeditur ꝑ quodcū̄qꝫ peccatū. ⁊ non ſoluꝫ ꝑ
exteriores. ſed etiam interiores. ⁊ ideo illud quod ſufficit
ad ꝑfectionem legis humane. vt ſcꝫ peccata ꝓhibeat ⁊ pe-
nam apponat. nō ſufficit ad ꝑfectionem legis diuine. ſed
oportet ꝙ hominē totaliter faciat idoneum ad ꝑticipati-
onem felicitatis eterne. qḋ quideꝫ fieri non poteſt niſi ꝑ
gratiā ſpūſſancti. per quam diffunditur charitas in cordi-
bus noſtris que legē adimplet. Gratia enī dei vita eter-
na. vt dr̄ Roma. vj. hanc autem gratiam lex vetus ꝯferre
nō potuit. reſeruabatur enim hoc chriſto. quia vt dicitur
Joh. j. Lex per Moyſen data eſt. gratia ⁊ veritas ꝑ Je-
ſum chriſtum facta eſt. ⁊ inde ē ꝙ lex vetus bona quideꝫ
eſt. ſed imperfecta. ſm̄ illud Hebre. vij. Nihil ad ꝑfectuꝫ
adduxit lex. ¶ Ad. j. ergo dicendum ꝙ dn̄s loquitur ibi de p̄ce-
ptis cerimonialibus que quidem dicuntur non bona. q2
gratiam nō ꝯferebant ꝑ quā homines a peccato munda-
rentur. cum tamē ꝑ huiuſmodi ſe peccatores oſtenderent
vnde ſignanter dicit̄. ⁊ iudicia in quibus non viuent. i. ꝑ
que vitaꝫ gratie obtinere non poſſunt. ⁊ poſtea ſubditur
Et pollui eos in muneribus ſuis. i. pollutos oſtendi cuꝫ
offerrent omne id qḋ aperit vuluā ꝓpter delicta ſua ¶ Ad
ij. dicendum ꝙ lex dicit̄ occidiſſe non quidem effectiue. ſꝫ oc-
caſionaliter ex ſua impfectione. inq̄ꝫtum ſcꝫ gratiam non
conferebat ꝑ quam homines implere poſſent qḋ manda-
bat. vel vitare quod vetebat. ⁊ ſic occaſio iſta nō erat da-
ta. ſed ſumpta ab hominibus. vnde ⁊ Apl's ibidem dicit.
Occaſione accepta peccatum ꝑ mādatum ſeduxit me. et
ꝑ illud occidit. Ex hac enī ratione dicitur ꝙ lex ſubintra-
uit vt abundaret delictum. vt li vt teneatur ꝯſecutiue. nō
cauſaliter. inq̄ꝫtum ſcꝫ homines accipientes occaſioneꝫ a
lege abundātius peccauerūt. tum quia grauius fuit pec-
catum poſt legis ꝓhibitionem. tum etiam quia concupi-
ſcentia creuit. magis enī concupiſcimus qḋ nobis ꝓhibe-
tur. ¶ Ad. iij. dicendum ꝙ iugum legis ſeruari nō poterat ſine
gratia adiuuāte. quā lex nō dabat. Dicit̄ enim Roma. ix.
Non ē volentis neqꝫ currentis ſcꝫ velle ⁊ currere in p̄ce-
ptis dei. ſꝫ miſerentis dei. vn̄ ⁊ in p̄s dicit̄. Viā mādatoꝝ
tuorum cucurri cū dilataſti cor meū. ſcꝫ per donum gratie
⁊ charitatis.

## Ad ſcḋm ſic proceditur.

Videtur ꝙ lex vetus non fuerit a deo. Dicitur enī Deu-
tero. xxxij. Dei ꝑfecta ſunt opera. ſed lex fuit impfecta. vt
ſupra dictū ē. ergo lex vetus non fuit a deo. ¶ Pre. Ecc.
iij. dicitur. Didici ꝙ omnia opera que fecit deus perſeue-
rent in eternū. ſed lex vetus non ꝑſeuerat ī eternum. Di-
cit enim Apl's ad Hebre. vij. Reprobatio fit quidem p̄-
cedentis mandati ꝓpter infirmitatem eius ⁊ inutilitateꝫ
ergo lex vetus non fuit a deo. ¶ Pre. ad ſapientem legiſ-
latorem ꝑtinet non ſolum mala auferre. ſed etiam occaſi-
ones maloꝝ. ſed vetus lex fuit occaſio peccati. vt ſupra di-
ctum eſt. ergo ad deum cui nullus eſt ſimilis in legiſlato-
ribus vt dicitur Job. xxxvj. non ꝑtinebat legem talē da-
re. ¶ Pre. j. ad Timo. ij. dicitur ꝙ deus vult omnes ho-
mines ſaluos fieri. ſed lex vetus non ſufficiebat ad ſalu-
tem hoīuꝫ. vt ſupra dictuꝫ ē. ergo ad deū non ꝑtinebat ta-
lem legem dare. lex ergo vetus non eſt a deo. ¶ Sed con-
tra eſt ꝙ dominus dicit Math. xv. loquens iudeis qui-
bus erat lex vetus data. Irritum feciſtis mandatum dei
ꝓpter traditiones veſtras. ⁊ paulo ante p̄mittitur. Hono-
ra patrem tuum ⁊ matrem tuam. quod manifeſte in lege
veteri ꝯtinetur. ergo lex vetus eſt a deo. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ
lex vetus a bono deo data eſt qui eſt pater domini noſtri
Jeſu chriſti. lex enim vetus homines ordinabat ad xp̄m
dupliciter. Vno quidem modo teſtimonium chriſto per-
hibendo. vnde ipſe dicit Luc. vlti. Oportet impleri om-
nia que ſcripta ſunt in lege. ⁊ in p̄s ⁊ in ꝓphetis de me. et
Joh. v. Si crederetis Moyſi crederetis forſitan ⁊ mihi
de me enim ille ſcripſit. Alio modo ꝑ modum cuiuſdā di-
ſpoſitionis dum retrahens homines a cultu idolatrie ꝯ-
cludebat eos ſub cultu vnius dei. a quo ſaluandum erat
humanum genꝰ per chriſtum. vnde Apl's dicit ad Gal.
iij. Priuſqꝫ veniret fides ſub lege cuſtodiebamur ꝯclu-
ſi in eam fidem que reuelanda erat. Manifeſtum eſt au-
tem ꝙ eiuſdem diſponere ad finem ⁊ ad finem perducere
⁊ dico eiuſdem per ſe. vel per ſuos ſubditos. Non enim
diabolus legem tuliſſet per quam homines adducerētur
ad chriſtum per quem erat eiiciendus. ſm̄ illud Math.
xij. Si ſathanas ſathanam eiicit. diuiſum eſt regnum eiꝰ
⁊ ideo ab eodem deo a quo facta eſt ſalus hominum ꝑ gra-
tiam chriſti lex vetus data eſt. ¶ Ad. j. ergo dicendum ꝙ
nihil prohibet aliquid non eſſe perfectuꝫ ſimpliciter qḋ
tamen eſt perfectuꝫ ſm̄ tempus. ſicut dicitur aliquis pu-
er perfectus non ſimpliciter. ſed ſm̄ temporis conditio-
nem. ita etiam precepta que pueris dantur ſunt quidem
perfecta ſm̄ conditionem eorum quibus dantur. ⁊ ſi nō
ſint perfecta ſimpliciter. ⁊ talia fuerunt precepta legis. vn-
de Apoſtolus dicit ad Gal. iij. Lex pedagogus noſter fu-
it in chriſto. ¶ Ad. ij. dicendum ꝙ opera dei perſeuerant ī eter-
num que ſic deus fecit vt in eternum perſeuerent. et hec
ſunt ea que ſunt perfecta. lex autem vetus reprobatur tē-
pore perfectionis gratie. non tanq̄ꝫ mala. ſed tanq̄ꝫ infir-
ma ⁊ inutilis pro iſto tempore. quia vt ſubdit. Nihil ad ꝑ-
fectū adduxit lex. vnde ⁊ ad Gal. iij. dicit Apoſtolꝰ. Vbi
venit fides iam non ſumus ſub pedagogo. ¶ Ad. iij. di-
cendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt deus aliquando ꝑmit-
tit aliquos cadere in peccatuꝫ vt exinde humilientur. ita
etiam voluit talem legem dare quam ſuis viribus homi-
nes implere non poſſent. ⁊ ſic dum homines de ſe preſu-
mentes peccatores ſe inuenirent. humiliati recurrerent
ad auxilium gratie. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ q̄uis lex ve-
tus non ſufficeret ad ſaluandam homines. tamen aderat
aliud auxilium a deo hominibꝰ ſimul cum lege per quod
ſaluari poterant ſcilicet fides mediatoris quam ꝑ iuſti-
ficati ſunt antiqui p̄res. ſicut etiaꝫ nos iuſtificamur. ⁊ ſic
deus non deficiebat hoībꝰ quin daret eis ſalutis auxilia.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ lex vetus non fuerit data per angelos. ſed im-
mediate a deo. Angelus enim nuncius dicitur. et ſic no-
men angeli miniſteriū importat. non dominiū. ſm̄ illud
p̄s. Benedicite dn̄o oēs angeli eiꝰ miniſtri eiꝰ. ſed vetus
lex a dn̄o tradita eē ꝑhibet̄. Dicit̄ enī Exo. xx. Locutuſqꝫ
eſt dominus ſermones hos. ⁊ poſtea ſubditur. Ego enim
ſum dominus deus tuus. ⁊ idē modus loquendi frequē-
ter reperitur in Exo. ⁊ in libris conſequentibus legē. er-
go lex ē īmediate data a deo. ¶ Pre. ſicut dicitur Job. j.

Lex ꝑ Moyſen data eſt. ſed Moyſes imediate accepit a
deo. Dicit̃ etiam Exo. xxxiij. Loquebat̃ dominꝰ ad Moy-
ſen facie ad faciem. ſicut loqui ſolet amicus ad amicū ſuū
ergo lex vetus imediate data eſt a deo. ¶ Pre. ad ſolum
principem ptinet legem ferre. vt ſupra dictum eſt. ſed ſolꝰ
deus ē princeps ſalutis animaꝝ. angeli vero ſunt admi-
niſtratorij ſpūs. vt dr̄ ad Hebre. j. ergo lex vetus ꝑ ange-
los dari non debuit cū ordinaretur ad animaꝝ ſalutem.
¶ Sed cōtra ē qd̄ dicit apl̄s ad Gal. iij. Lex data eſt ꝑ
angelos ī manu mediatoris. ⁊ Act. vij. dicit Stephanꝰ.
Accepiſtis legē in diſpoſitione angeloꝝ. ¶ Rn̄. dōm ꝙ
lex data eſt a deo ꝑ angelos. Et p̄ter rationem generalem
quā Dionyſiꝰ aſſignat in. iiij. c. ce. Hierarchie ꝙ diuina
debent deferri ad homīes mediātibꝰ angelis. ſpecialis ra
tio ē quare legem veterem ꝑ angelos dari oportuit. dictū
eſt eni ꝙ lex vetus impfecta erat. ſed diſponebat ad ſalu-
tem pfectam generis humani que futura erat ꝑ xp̄m. ſic
autem videt̃ in omnibꝰ poteſtatibus et artibus ordina
tis ꝙ ille qui eſt ſuperior principalem ⁊ pfectum actū ope
ratur ꝑ ſeip̄m. ea vero que diſponunt ad pfectionem vlti
mam operatur ꝑ ſuos miniſtros. ſicut nauifactor cōpagi
nat nauem ꝑ ſeipſum. ſed p̄parat materiam per artifices
ſubminiſtrantes. ⁊ ideo ɔueniens fuit vt lex pfecta no-
ui teſtamenti daretur imediate ꝑ ip̄m deum hoīez factū
lex autē vetus ꝑ miniſtros dei. ſcilicet per angelos dare-
tur hominibus. ⁊ per hunc modum Apoſtolus ad He-
bre. probat eminentiam noue legis ad veterem. quia in
nouo teſtamento locutus ē nobis deus in filio ſuo. in ve
teri autem teſtamento ē ſermo factus ꝑ angelos. ¶ Ad. j
ergo dōm ꝙ ſicut Gregꝰ dicit in principio moral. Ange
lus qui Moyſi apparuit deſcribitur. modo angelus. mo-
do dominus memorat̃. angelus videlicet ꝓpter hoc ꝙ ex-
terius loquendo ſeruiebat. dn̄s autem dicitur qꝛ interiꝰ
p̄ſidens loquendi efficaciam miniſtrabat. ⁊ inde eſt etiā
ꝙ quaſi ex pſona dn̄i angelus loquebatur. ¶ Ad. ij. dōm
ꝙ ſicut Augꝰ dicit in. xij. ſup Gen̄. ad litteraꝫ in Exo. dr̄
Locutus eſt dominus Moyſi facie ad faciē. ⁊ paulo poſt
ſubditur. Oſtēde mihi gloriā tuaꝫ. ſentiebat ergo quod
videbat. et qd̄ nō videbat deſiderabat. non ergo videbat
ip̄am dei eſſentiā. et ita non imediate ab eo inſtruebatur
ꝙ ergo dr̄ ꝙ loq̄bat̃ ei facie ad faciē. ſc̄m opinionē pplī
loquit̃ ſcriptura. qui putabat Moyſen ore ad os loqui
cum deo cum ꝑ ſubiectam creaturam. i. ꝑ angelum ⁊ nu
bem ei loqueret̃ ⁊ appareret. Uel ꝑ viſionem faciei intel
ligitur quedam eminēs cōtemplatio et familiaris infra
eſſentie diuine viſionem. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſolius princi
pis ē ſua auctoritate legē inſtituere. ſed quandoq̄ legem
inſtitutam ꝑ alios ꝓmulgat. ⁊ ita deus ſua auctoritate in
ſtituit legem. ſed ꝑ angelos ꝓmulgauit.

# Ad quartuꝫ ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ lex vetus non debuit dari ſoli populo iudeo-
rum. Lex enim vetus diſponebat ad ſalutem. que futura
erat per xp̄m. vt dictuꝫ eſt. ſed ſalus illa non erat futura
ſolum in iudeis. ſed in omnibus gētibus. ſc̄m illud Eſa.
xlix. Parum ē vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribꝰ Ja
cob. ⁊ feces iſrael cōuertendas. dedi te in lucem gentium
vt ſis ſalus mea vſq̄ ad extremū terre. ergo lex vetus da
ri debuit oībus gentibus ⁊ non vni populo tm̄. ¶ Pre. ſi
cut dr̄ Act. x. Non eſt pſonaruꝫ acceptor deus. ſꝫ in omni
gēte qui timet deum ⁊ facit iuſticiam acceptus ē illi. nō
ergo magis vni populo q̄ alijs via ſalutis debuit aperiri
¶ Pre. lex data ē per angelos. ſicut iam dictum ē. ſꝫ mi-
niſteria angeloꝝ deus non ſolum iudeis. ſed omnibꝰ gē-
tibus ſemꝑ exhibuit. Dicit̃ eni Ecc. xvij. In vnāquāq̄
gentem ꝓpoſuit rectorem. omnibus etiaꝫ gentibus tem-
poralia bona largitur que minus ſūt cure deo q̄ ſpūalia
bona. ergo etiam legem omnibus populis debuit dare.
¶ Sꝫ contra ē quod dicit̃ Roma. iij. Quid ḡ amplius
iudeo? multum quidem per omnem modum. primū qui
dem quia credita ſunt illis eloquia dei. ⁊ in p̄s dicit̃. Nō
fecit taliter omni nationi ⁊ iudicia ſua non manifeſtauit
eis. ¶ Rn̄. dōm ꝙ poſſet vna ratio aſſignari quare potius
populo iudeoꝝ data ſit lex q̄ alijs populis. quia alijs po
pulis ad idolatriam declinantibus. ſolus populus iude-
orum in cultu vnius dei remāſit. ⁊ ideo alij populi indi-
gni erant legeꝫ recipere. ne ſanctū canibus daretur. Sꝫ
iſta ratio conueniens non videt̃. quia populus ille etiam
poſt legem latam ad idolatriam declinauit. qd̄ grauiꝰ fuit
vt patet Exo. xxxij. ⁊ Amos. v. Nūquid hoſtias ⁊ ſacrifi-
cium obtuliſtis mihi in deſerto. xl. annis domus iſrael. ⁊
portaſtis tabernacula Moloch de veſtro. ⁊ imaginē ido-
lorum veſtrorum ſidus dei veſtri quē feciſtis vobis. expſ-
ſe etiam dicit̃ Deutero. ix. Scito ꝙ non ꝓpter iuſticias
tuas dominꝰ deus tuus dedit tibi terram hāc in poſſeſſi-
onem cum duriſſime ceruicis ſis populus. ſed ratio ibi p̄
termittitur vt cōpleret verbum ſuū dominus qd̄ ſub iu-
ramēto pollicitus ē patribus tuis Abraam. Iſaac. ⁊ Ja-
cob. que autem promiſſio eis ſit facta oſtēdit Apoſtolus
ad Gal. iij. dicens. Abrae dicte ſunt promiſſiones. ⁊ ſe-
mini eius. non dicit ſeminibus quaſi ī multis. ſed quaſi
in vno. ⁊ ſemini tuo qui ē chriſtus. Deus igitur et legeꝫ
⁊ alia beneficia ſpūalia illi populo exhibuit ꝓpter ꝓmiſ-
ſionem eoꝝ patribus factam vt ex eis chriſtus naſceretur
decebat enim vt ille populus ex quo chriſtus naſciturꝰ
erat. quadā ſpeciali ſanctificatione polleret. ſc̄m illud qd̄
dr̄ Leuit. xix. Sancti eritis qꝛ ego ſanctus ſum. Nec etiā
fuit ꝓpter meritum ip̄ius Abrae. vt talis promiſſio ei fie
ret. vt ſcꝫ chriſtus ex eius ſemine naſceretur. ſed ex gratui-
ta dei electione ⁊ vocatione. vnde dr̄ Eſa. xli. Quis ſuſcita
uit ab oriēte iuſtum. vocauit eum vt ſequeretur ſe. Sic
ergo patꝫ ꝙ ex ſola gratuita electione patres ꝓmiſſionē
acceperunt. ⁊ populus ex eis ꝓgenitus legem accepit. ſc̄m
illud Deutero. iiij. Audiſtis verba illius d̄ medio ignis
quia dilexit patres ⁊ elegit ſemen eorum poſt illos. Si
aūt rurſus queratur quare hunc populuꝫ elegit vt ex eo
xp̄s naſceret̃. ⁊ nō aliuꝫ. ɔueniet reſpōſio Auguſtini quā
dicit ſup Job. Quare hunc trahat ⁊ illuꝫ nō trahat. no-
li velle diiudicare ſi nō vis errare. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ
q̄uis ſalus futura per xp̄m eſſet omnibus gentibus p̄pa
rata. tamen oportebat ex vno pplo xp̄m naſci. q̄ ꝓpter hoc
pre alijs p̄rogatiuas habuit. ſc̄m illd̄ Roma. ix. Quoꝝ
ſcꝫ iudeoꝝ ē adoptio filioꝝ dei ⁊ teſtamentuꝫ ⁊ legiſlatio
quaꝝ patres ex quibus xp̄s eſt ſc̄m carnem ¶ Ad. ij. dōm
ꝙ acceptio perſonarum locum habet in his que ex debito
dantur. In his vero que ex gratuita voluntate conferun
tur acceptio pſonarum. locum non habet. non enim ē p-
ſonarum acceptor qui ex liberalitate de ſuo dat vni ⁊ nō
alteri. ſed ſi eſſet diſpenſator bonoꝝ cōmunium. ⁊ nō di-
ſtribueret equaliter ſc̄m merita pſonarum. eſſet pſonarū
acceptor. ſalutaria autem beneficia deus humano generi
confert ex ſua gratia. vnde non eſt pſonarum acceptor ſi
quibuſdam p̄ alijs conferat. vnde Augꝰ dicit in libro de
p̄deſtinatione ſanctoꝝ. Oēs quos deꝰ docet miſericordia

docet. quos autẽ non docet iudicio non docet. hoc enim
venit ex dãnatione humani generis pro peccato primi pa
rentis. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ beneficia gratie ſubtrahunt ho
mini ꝓpter culpam. ſed beneficia naturalia non ſubtrahũ
tur. inter que ſunt miniſteria angelorum que ipſe natura
rum ordo requirit. vt ſcꝫ per media gubernentur infima. ⁊
etiam corꝑalia ſubſidia que nõ ſolum hominibus ſꝫ etiã
iumentis deus adminiſtrat. ſm illud pſ. Homines ⁊ iu
menta ſaluabis domine.

# Ad quintum ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ omnes homines obligãtur ad obſeruandũ ve
terem legem. Quicunqꝫ enĩ ſubditur regi oportet ꝙ ſub
datur legi ipſius. ſed vetus lex eſt data a deo qui ẽ rex om
nis terre. vt in pſ. dicitur. ergo omnes habitantes terrã
tenebantur ad obſeruantiam legis. ¶ Pre. iudei ſaluari
nõ poterãt niſi legem veterẽ obſeruarẽt. Dicit̃ enĩ Deu
tero. xxvij. Maledictus qui non ꝑmanet in ſermonibꝰ le
gis huius. nec eos opere ꝑficit. ſi igitur alij homines ſine
obſeruantia legis veteris potuiſſent ſaluari peior cõditio
iudeorꝫ q̃ꝫ aliorꝫ hominũ. ¶ Pre. gentiles ad ritũ iudai
cum ⁊ ad obſeruantias legis admittebãtur. Dicitur enĩ
Exo. xij. Si quis peregrinorũ in veſtram voluerit trãſire
coloniã. ⁊ facere phaſe dñi circũcidetur prius omne ma
ſculinũ genus ⁊ tũc rite celebrabit. eritqꝫ ſimul ſicut indi
gena terre. Fruſtra autẽ ad obſeruantias legales fuiſſent
extranei admiſſi ex ordinatione diuina ſi abſqꝫ legalibus
obſeruantijs ſaluari potuiſſent. ergo nullus ſaluari pote
rat niſi legẽ obſeruaret. ¶ Sed ↄtra eſt qḋ Dionyſiꝰ di
cit. ix. c. ce. Hierarchie. ꝙ multi gentilium ꝑ angelos ſunt
reducti in deum. ſed cõſtat ꝙ gẽtiles legem non obſerua
bãt. ergo abſqꝫ obſeruãtia legis potuerunt aliqui ſaluari
¶ Reſ. dõm ꝙ lex vetus manifeſtabat precepta legis na
ture. ⁊ ſuperaddebat quedam ꝓpria ꝑcepta. q̃ntum igitur
ad illa que vetus lex ↄtinebat. de lege nature omnes tene
bantur ad obſeruãtiã veteris legis. non quia erãt de vete
ri lege. ſed quia erant de lege nature. ſꝫ q̃ntum ad illa que
lex vetus ſuperaddebat. non tenebantur aliqui ad obſer
uantiã veteris legis niſi ſolus populus iudeorũ. Cuius
ratio eſt. quia lex vetus ſicut dictum eſt. data ẽ populo iu
deorum vt quãdam ꝑrogatiuã ſanctitatis obtineret. ꝓpter
reuerentiam chriſti qui ex illo populo naſciturus erat. q̃
cunqꝫ autem ſtatuũtur ad ſpecialem aliquorꝫ ſanctificati
onem non obligant niſi illos. ſicut ad quedam obligãtur
clerici qui mãcipãtur diuino miniſterio ad que laici non
obligantur. ſimiliter ⁊ religioſi ad quedam ꝑfectiõis opa
obligantur ex ſua ꝓfeſſione ad que ſeculares non obligan
tur. ⁊ ſimiliter ad quedam ſpecialia obligãtur populus il
le ad que alij populi nõ obligabantur. vñ dicit̃ Deutero.
xviij. Perfectus eris et abſqꝫ macula coram domino deo
tuo. et ꝓpter hoc etiam quadam ꝓfeſſione vtebantur. vt
patet Deutero. xxvj. Profiteor hodie coraꝫ domino deo
tuo ⁊c. ¶ Ad. j. ergo dõm ꝙ quicũqꝫ ſubduntur regi. ob
ligantur ad legem eius obſeruãdam quã omnibus cõmu
niter ꝓponit. ſed ſi inſtituat aliqua obſeruãda a ſuis fami
liaribus miniſtris. ad hec ceteri nõ obligantur. ¶ Ad. ij.
dõm ꝙ homo quãto deo magis cõiungitur tãto efficitur
melioris cõditionis. ⁊ ideo quãto populus iudeorũ erat
aſtrictus magis ad diuinũ cultũ tãto dignior alijs ꝑplis
erat. vnde dicitur Deutero. iiij. Que eſt alia gens ſic in
clita vt habeat cerimonias iuſtaqꝫ iudicia ⁊ vniuerſaꝫ le
gem. ⁊ ſimiliter etiã q̃ntum ad hoc ſunt melioris cõditio
nis clerici q̃ꝫ laici. ⁊ religioſi q̃ꝫ ſeculares. ¶ Ad. iij. dõm
ꝙ gentiles ꝑfectius ⁊ ſecurius ſalutem ↄſequebãtur ſub
obſeruãtijs legis q̃ꝫ ſub ſola lege naturali. et ideo ad eas
admittebãtur. ſicut etiã nunc laici trãſeunt ad clericatũ. et
ſeculares ad religionẽ q̃uis abſqꝫ hoc poſſint ſaluari.

# Ad ſextuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ lex vetus non cõuenienter fuerit data tẽpore
Moyſi. Lex enĩ vetus diſponebat ad ſalutem que erat fu
tura per chriſtum. ſicut dictum eſt. ſed ſtatim homo poſt
peccatum indiguit huiuſmodi ſalutis remedio. ergo ſta
tim poſt peccatũ lex vetus debuit dari. ¶ Pre. lex vetꝰ da
ta eſt ꝓpter ſanctificationem eorũ ex quibus chriſtus na
ſciturus erat. ſed Abrae incepit fieri promiſſio de ſemine
qḋ eſt chriſtus. vt habetur Geñ. xij. ergo ſtatim tempore
debuit lex dari. ¶ Pre. ſicut chriſtus nõ fuit natꝰ ex alijs
deſcendentibꝰ ex Noe niſi ex Abraã. cui facta eſt ꝓmiſſio
ita etiã non ẽ natus ex alijs filijs Abrae niſi ex Dauid.
cui ẽ ꝓmiſſio renouata. ſm illud. ij. Reg. xxiij. Dixit vir
cui cõſtitutum eſt de chriſto dei Jacob. ergo lex vetus de
buit dari poſt Dauid ſicut data eſt poſt Abraam. ¶ Sꝫ
cõtra eſt qḋ Apl̃s dicit ad Gal. iij. ꝙ lex ꝓpter trãſgreſſio
nem poſita eſt donec veniret ſemen cui ꝓmiſerat. ordina
ta ꝑ angelos ĩ manu mediatoris. i. ordinabiliter data. vt
glo. dicit. ergo cõgruũ fuit vt lex vetus illo tẽporis ordi
ne traderetur. ¶ Reſ. dõm ꝙ cõuenientiſſime lex vetus da
ta fuit tp̃e Moyſi. Cuius ratio poteſt accipi ex duobus
ſm ꝙ quelibet lex duobus generibus hominũ imponit̃.
Imponitur enĩ quibuſdam duris ⁊ ſup̃bis qui ꝑ legeꝫ
cõpeſcuntur ⁊ domãtur. Imponitur etiã bonis q̃ ꝑ legeꝫ
inſtructi adiuuãtur ad implendũ qḋ intendunt. Conue
niens igitur fuit tali tẽpore legem veterem dari ad ſuper
biam hominũ cõuincendã. De duobus enĩ homo ſup̃bie
bat. ſ. de ſcientia et de potentia. De ſcientia quidẽ q̃ſi ra
tio naturalis ei poſſit ſufficere ad ſalutẽ. et ideo vt de hoc
eius ſup̃bia cõuinceretur. ꝑmiſſus eſt homo regimini ſue
rationis abſqꝫ adminiculo legis ſcripte. ⁊ experimẽto ho
mo diſcere potuit ꝙ patiebatur rationis defectũ per hoc
ꝙ homines vſqꝫ ad idolatriam ⁊ turpiſſima vitia circa tẽ
pora Abrae ſunt ꝓlapſi. ⁊ ideo poſt hec tẽpora fuit neceſ
ſarium legẽ ſcriptam dari in remediũ humane ignorantie.
quia ꝑ legem eſt cognitio peccati. vt dicitur Roma. v. ſꝫ
poſtqꝫ homo eſt inſtructus ꝑ legem. cõuicta eſt eiꝰ ſuper
bia de infirmitate dũ implere nõ poterat qḋ cognoſcebat
⁊ ideo ſicut Apl̃s concludit ad Roma. viij. qḋ impoſſibi
le erat legi in qua infirmabatur ꝑ carnem miſit deus fili
um ſuũ vt iuſtificatio legis impleretur in nobis. Ex pte
vero bonorꝫ lex data ẽ in auxilium qḋ quidem tunc maxi
me populo neceſſariũ fuit quando lex naturalis obſcura
ri incipiebat ꝓpter exuberantiaꝫ peccatorũ. Oportebat enĩ
huiõi auxilium quodã ordine dari. vt ꝑ imꝑfecta ad ꝑfe
ctionem manuduceretur. ⁊ ideo inter legem nature et le
gem gratie oportuit legem veterẽ dari. ¶ Ad. j. ergo dõm
ꝙ ſtatim poſt peccatum primi hoĩs non cõpetebat legem
veterem dari. tum qꝛ nondum homo recognoſcebat ſe ea
indigere ratione cõfiſus. tum qꝛ adhuc dictamẽ legis na
ture nõdum erat obtenebratum ꝑ cõſuetudinem peccan
di. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ lex non debet dari niſi populo. ẽ enim
ꝑceptum cõmune. vt dictuꝫ eſt. ⁊ ideo ĩ tempore Abrae
data ſunt quedam familiaria ꝑcepta. et quaſi domeſtica
dei ad homines. ſed poſtmodũ multiplicatis eius poſteris
in tantum ꝙ populus eſſet. ⁊ liberatis eis a ſeruitute lex

cōueniēter potuit dari.nam ſerui non ſunt pars populi vel ciuitatis cui legem dari competit.vt philoſophus dicit in.iij.politice. ¶ Ad.iiij.dōm ꝙ quia legē oportebat alicui populo dari.non ſolū illi ex quibus eſt chriſtus natus legem acceperunt.ſed tot⁹ populus conſignat⁹ ſignaculo circūciſionis que fuit ſignum ꝓmiſſionis Abraā facte ⁊ ab eo credite.vt dicit Ap̄ls Roma.iiij.⁊ ideo etiam ante Dauid oportuit legem dari tali populo iā collecto.

¶ Queſtio XCIX

# DEinde conſiderandum eſt de preceptis veteris legis.

⁊ primo de diſtinctione ipſorum.ſcḋo de ſingulis generibus diſtinctis.Circa primum querūtur ſex.primo vtrū legis veteris ſint plura precepta.vel vnum tm̄.ſcḋo vtrū lex vetus cōtineat aliqua precepta moralia.tertio vtrū preter moralia contineat cerimonialia. quarto vtrum contineat preter hec iudicialia.quinto vtrum preter iſta tria cōtineat aliqua alia.ſexto de modo quo lex inducebat ad obſeruantiam ṗdictorum.

## Ad primum ſic procedit.

Videtur ꝙ in lege veteri non cōtineatur niſi vnum ṗceptum. Lex enim nihil ē aliud ꝗ̄ ṗceptum vt ſupra habitum eſt.ſed lex vetus eſt vna.ergo non continet niſi vnū preceptum. ¶ Pre.Ap̄ls dicit Roma.xiij.Si qḋ ē aliud mandatum in hoc verbo inſtauratur.Diliges ꝓximum tuum ſicut teipſm.ſed iſtud mandatum eſt vnum.ergo lex vetus non cōtinet niſi vnum mandatum ¶ Pre.Mat.vij.dr̄.Oia quecūq; vultis vt faciāt vobis hoīes.et vos facite illis.hec eſt enī lex ⁊ ꝓphete.ſed tota lex vet⁹ cōtinet ī lege ⁊ ꝓphetis.ergo tota lex vetus nō hꝫ niſi vnū ṗceptū.

¶ Sed ꝯtra ē ꝙ Ap̄ls dicit ad Ephe.ij.Legem mandatorū decretis euacuans.et loquitur de lege veteri.vt patet ꝑ glo.ibidē.ergo lex vetus continet in ſe multa mandata.

¶ Rn̄.dōm ꝙ ṗceptum legis cū ſit obligatorium ē de aliquo qḋ fieri debet.ꝙ autem aliquid debeat fieri hoc ꝓuenit ex neceſſitate alicuius finis.vnde manifeſtum ē ꝙ de ratione ṗcepti eſt ꝙ importet ordinē ad finem.inq̄ntū ſcʒ illud precipitur qḋ eſt neceſſarium vel expediens ad finem.Contingit autem ad vnum finē multa eſſe neceſſaria vel expedientia.⁊ ſm̄ hoc poſſunt ḋ diuerſis rebus dari diuerſa ṗcepta inq̄ntum ordināntur ad vnū finem. Vn̄ dōm eſt ꝙ oīa ṗcepta legis veteris ſunt vnū ſm̄ ordinē ad vnum finem.ſunt tamen multa ſm̄ diuerſitatem eorū que ordināntur ad illum finem. ¶ Ad.j.ergo dōm ꝙ lex vetus dicitur eſſe vna ſm̄ ordinē ad finem vnū.⁊ tamē cōtinet diuerſa precepta ſm̄ diſtinctionem eorū que ordinant ad finē.ſicut etiā ars edificatiua eſt vna ſm̄ vnitatē finis.quia tendit ad edificationē domus.tñ continet diuerſa ṗcepta ſm̄ diuerſos actus ad hoc ordinatos ¶ Ad ij.dōm ꝙ ſicut Ap̄ls dicit.j.ad Timo.j.Finis precepti charitas ē.Ad hoc enī oīs lex tendit ad amiciciā ꝯſtituat.vel hoīū ad inuicē.vel hoīs ad deū.⁊ ideo tota lex impletur in hoc vno mādato.Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſm ſicut in quodā fine mādatorū oīū.in dilectiōe enī ꝓximi includit etiā dei dilectio.qn̄ ꝓximus diligit ꝓpter deum.vn̄ Ap̄ls hoc vnū ṗceptū poſuit ꝓ duobus q̄ ſunt de dilectione dei ⁊ ꝓximi.de quibꝫ dicit dn̄s Mat.xxij.In his duob⁹ mādatis pendet oīs lex et ꝓphete. ¶ Ad.iij.dōm ꝙ ſicut dr̄ in.ix.ethi.Amicabilia que ſunt ad alterū venerunt ex amicabilibus q̄ ſunt homini ad ſeipſm.dū ſcʒ homo ita ſe habet ad alterū ſicut ad ſe.⁊ ideo nō in hoc qḋ dr̄ Oia q̄cunq; vultis vt faciāt vobis hoīes ⁊ vos facite illis.explicatur q̄dā regula dilectiōis ꝓximi.q̄ etiā implicite continet in hoc ꝙ dr̄.Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſm.vn̄ eſt q̄dam explicatio iſtius mandati.

## Ad ſecundū ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ lex vetus nō ꝯtineat ṗcepta moralia.Lex enī vetus diſtinguit a lege nature.vt ſupra habitū ē.ſed ṗcepta moralia ꝑtinent ad legē nature.ergo nō ꝑtinēt ad legem veterē. ¶ Pre.ibi ſubuenire debuit homini lex diuina vbi deficit ratio humana.ſicut patʒ in his q̄ ad fidē ꝑtinent que ſunt ſuꝑ rōnem.ſʒ ad ṗcepta moralia ratio hominis ſufficere videt.ergo ṗcepta moralia nō ſunt de lege veteri q̄ eſt lex diuina. ¶ Pre.lex vetus dr̄ lr̄a occidēs vt patʒ.ij.Cor.iij.ſed ṗcepta moralia non occidūt.ſʒ viuificant.ſm̄ illud ps.In eternū non obliuiſcar iuſtificationes tuas.quia in ipſis viuificaſti me.ergo ṗcepta moralia non ꝑtinent ad veterem legem.

¶ Sed contra eſt qḋ dr̄ Ecc.xvij.Addidit illis diſciplinam ⁊ legē vite hereditauit eos.diſciplina aūt ꝑtinet ad mores.Dicit enī glo.ad Hebre.xij.ſuꝑ illud.Oīs diſciplina ⁊c̄.diſciplina eſt eruditio morū ꝑ difficilia.ergo lex a deo data ṗcepta moralia ꝯtinebat.

¶ Rn̄.dōm ꝙ lex vetus ꝯtinebat precepta quedā moralia.vt patʒ Exo.xx.Non occides.non furtum facies.⁊ hoc rationabiliter.nā ſicut intētio principalis legis humane eſt vt faciat amiciciā hoīū ad inuicem ita intētio diuine legis ē vt cōſtituat principaliter amiciciā hoīs ad deū.Cū aūt ſimilitudo ſit ratio amoris ſm̄ illud Ecc.xiij.Omne aīal diligit ſimile ſibi.impoſſibile ē eſſe amiciciā homis ad deum qui eſt optimus niſi homines efficiantur boni.vnde dicitur Leuit.xix.Sancti eritis quoniam ego ſanctus ſum.Bonitas aūt hominis eſt virtus que facit bonum habētem.⁊ ideo oportuit precepta legis veteris etiam de actibus virtutū dari.et hec ſūt moralia legis ṗcepta. ¶ Ad.j.ergo dōm ꝙ lex vet⁹ diſtinguitur a lege nature.non tanꝗ̄ ab ea omnino aliena.ſed tanꝗ̄ ei aliquid ſuperaddens.Sicut enī gratia ṗſupponit naturam.ita oportet ꝙ lex diuina preſupponit legem naturalem. ¶ Ad.ij.dōm ꝙ legi diuine cōueniens erat vt non ſolum ꝓuideret homini in his ad que ratio nō poteſt.ſed etiam in his circa que contingit rationē hominis impediri.ratio autem hominis circa ṗcepta moralia q̄ntū ad ipſa cōmuniſſima precepta legis nature nō poterat errare in vniuerſali.ſed tamē ꝓpter cōſuetudinem peccādi obſcurabatur in ꝑticularibus agendis.Circa alia vero ṗcepta moralia que ſunt quaſi cōcluſiones deducte ex communibus principijs legis nature multorum ratio oberrabat.ita vt quedam que ſunt ſm̄ ſe mala ratio multorū licita iudicaret.vnde oportuit contra vtrūq; defectum homini ſubueniri ꝑ auctoritatē legis diuine.ſicut etiā inter credenda nobis ꝓponunt nō ſolū ea ad q̄ ratio attingere nō pōt.vt deū eſſe trinū.ſʒ etiā ad que ratio recta ꝑtingere pōt.vt deū eſſe vnū.ad excludendū rōnis hūane errorem qui accidebat in multis. ¶ Ad.iij.dōm ꝙ ſic Aug⁹ ꝓbat in li.de ſpiritu ⁊ littera.etiam lr̄a legis q̄ntum ad ṗcepta moralia occidere dicitur occaſionaliter.inq̄ntū ſcʒ ṗcipit qḋ bonū ē nō ṗbēs auxiliū gr̄e ad implendum.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videt ꝙ lex vetus nō cōtineat ṗcepta cerimonialia ṗter moralia.Omnis enim lex q̄ hominibꝫ datur ē directiua

humanoꝝ actuū. actus autem humani morales dicūtur
vt ſupra dictum ē. ergo videtur ꝙ ĩ lege veteri hominib⁹
data non debebāt cōtineri niſi precepta moralia. ¶ Pre.
precepta que dicūtur cerimonialia videntur ad diuinum
cultum ꝑtinere. ſed diuinus cultus eſt actus virtutis. ſ.
religionis. que vt Tullius dicit in ſua rhetorica. diuine
nature cultum cerimoniāq; affert. cū igitur precepta mo
ralia ſint de actibus virtutis. vt dictum eſt. videtur ꝙ ꝑ
cepta cerimonialia non ſint diſtinguenda a moralibus.
¶ Pre. ꝑcepta cerimonialia eſſe videntur que figuratiue
aliquid ſignificant. ſed ſicut Aug⁹ dicit in. ij. de doctrina
xpiana. Uerba inter homines obtinuerunt principatū
ſignificandi. ḡ nulla neceſſitas fuit vt in lege cōtinerent̄
precepta cerimonialia de aliquibus actibus figuratiuis
¶ Sed cōtra eſt quod dicit̄ Deutero. iiij. Decem ver
ba ſcripſit in duabus tabulis lapideis. mihiq; iniunxit ĩ
illo tempore vt docerem vos cerimonias ⁊ iudicia que fa
cere debeatis. ſed decem precepta legis ſunt cerimonialia
ergo preter precepta moralia ſunt etiam alia precepta ceri
monialia. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut dictum eſt. lex diuina prin
cipaliter inſtituitur ad ordinandum homines ad deum.
lex autem humana principaliter ad ordinandū homīes
ad inuicem. ⁊ ideo leges humane nō curauerunt aliquid
inſtituere de cultu diuino niſi in ordine ad bonū cōmu
ne hominum. ⁊ ꝓpter hoc etiam multa confinxerunt circa
res diuinas ſm ꝙ videbatur eis expediens ad informan
dos mores hominū. ſicut patet in ritu gētilium. ſed lex di
uina ecōuerſo homines ad inuicem ordinauit ſm ꝙ con
ueniebat ordini qui eſt in deum quem principaliter intē
debat. Ordinatur autem homo in deum nō ſolum ꝑ inte
riores actus mentis qui ſunt credere. ſperare ⁊ amare. ſꝫ
etiam ꝑ quedam exteriora opera quibus homo diuinam
ſeruitutem ꝓfitetur. ⁊ iſta opera dicuntur ad cultum dei
pertinere. qui quidē cultus cerimonia vocatur. quaſi mu
nera. id ē. dona cereris que dicebat̄ dea frugū. vt quidā
dicunt eo ꝙ primo ex frugibus oblationes deo offerebā
tur ſiue vt maximus Ualerius refert. nomen cerimonie ĩ
troductum ē ad ſignificādū cultū diuinū apud latinos a
quodā oppido iuxta romā qd̄ cere vocabat̄. eo ꝙ roma ca
pta a gallis illuc ſacra romanoꝝ ablata fuīt ⁊ reuerēdiſſi
me habita. Sic igitur illa ꝑcepta q̄ in lege ꝑtinēt ad cul
tū dei ſpecialiter cerimonialia dicunt̄ ¶ Ad. j. ergo dōm
ꝙ hūani actus ſe extendūt etiā ad cultū diuinum. ⁊ ideo
etiā de his ꝑtinet ꝑcepta lex vetus hominib⁹ data ¶ Ad
ij. dōm ꝙ ſicut ſuꝑ dictū ē ꝑcepta legis nature cōmunia
ſunt ⁊ indigent determinatione. Determinant̄ aūt ⁊ per
legē humanā ⁊ ꝑ legē diuinā. ⁊ ſicut ipſe determinatiōes
q̄ fiunt ꝑ legē humanā nō dicunt̄ eſſe de lege nature. ſꝫ de
iure poſitiuo. ita ipſe determinationes ꝑceptoꝝ legis na
ture que fiūt ꝑ legē diuinā. diſtinguūt̄ a ꝑceptis morali
bus q̄ ꝑtinent ad legē nature. colere ergo cū ſit actus vir
tutis ꝑtinet ad ꝑceptū morale. ſꝫ determinatio hui⁹ ꝑce
pti vt ſcꝫ colat̄ talib⁹ hoſtijs ⁊ talib⁹ muneribus. hoc ꝑtinet
ad ꝑcepta cerimonialia. ⁊ ideo precepta cerimonialia di
ſtinguunt̄ a ꝑceptis moralib⁹. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut Dio
nyſi⁹ dicit. j. c. ce. hierarchie. Diuina hoībus manifeſtari
nō poſſunt niſi ſub aliq̄b⁹ ſilitudinib⁹ ſenſibilib⁹. ipſe aūt
ſilitudines magis mouēt animū qñ nō ſolū verbo expri
munt̄. ſꝫ etiā ſenſui offerūt̄. ⁊ ideo diuina tradūt̄ in ſcriptu
ris. nō ſolū ꝑ ſilitudines verbo expſſas. ſicut patꝫ ĩ meta
phoricis locutionib⁹. ſꝫ etiā ꝑ ſilitudines reꝝ q̄ viſui ꝓpo
nuntur. qd̄ ꝑtinet ad ꝑcepta cerimonialia.

## Ad quartum ſic ꝓceditur

Uidet̄ ꝙ ꝑter ꝑcepta moralia ⁊ cerimonialia nō ſint ali
qua ꝑcepta iudicialia ĩ veteri lege. Dicit enī Aug⁹ ꝯtra
Fauſtū. ꝙ ĩ lege veteri ſunt ꝑcepta vite agende. ⁊ ꝑcepta
vite ſignificāde. ſꝫ ꝑcepta vite agēde ſunt moralia. prece
pta aūt vite ſignificande ſunt cerimonialia. ergo ꝑter hec
duo genera ꝑceptorum ſunt ponēda ĩ lege alia precepta
iudicialia. ¶ Pre. ſuꝑ illud ps. A iudicijs tuis nō decli
naui. dicit glo. i. Ab his q̄ ꝯſtituiſti regulā viuēdi. ſꝫ re
gula viuendi ꝑtinet ad ꝑcepta moralia. ergo ꝑcepta iudi
cialia nō ſunt diſtinguēda a moralib⁹. ¶ Pre. iudicium
videt̄ eſſe act⁹ iuſticie. ſm illud ps. Quo abſq; iuſticia
ꝯuertat̄ in iudiciū. ſꝫ act⁹ iuſticie ſicut ⁊ actus ceteraꝝ vir
tutum ꝑtinet ad ꝑcepta moralia. ergo ꝑcepta moralia in
cludunt in ſe iudicialia. ⁊ ſic non debēt ab eis diſtingui.
¶ Sꝫ ꝯtra eſt qd̄ dr̄ Deutero. vj. Hec ſunt ꝑcepta ceri
monie atq; iudicia. ꝑcepta autē antonomice dicūt̄ mora
lia. ergo ꝑter ꝑcepta moralia ⁊ cerimonialia ſunt etiā iu
dicialia ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut dictū ē ad legē diuinā ꝑtinet
vt ordinet hoīes ad inuicē ⁊ ad deū. vtrūq; aūt hoꝝ ĩ cōi
quidē ꝑtinet ad dictamē legis nature ad qd̄ referunt̄ mo
ralia ꝑcepta. ſꝫ oportet ꝙ determinet̄ vtrūq; ꝑ legē diui
nā vel humanā. qꝛ principia naturaliter nota ſunt cōmu
nia tam ĩ ſpeculatiuis q̄ ĩ actiuis. Sic igit̄ determinatio
cōmunis ꝑcepti de cultu diuino fit ꝑ ꝑcepta cerimonia
lia. ſic ⁊ determinatio cōmunis ꝑcepti de iuſticia obſeruā
da ĩter hoīes determinatur ꝑ ꝑcepta iudicialia. et ſm hoc
oportet tria ꝑcepta legis veteris ponere. ſ. moralia q̄ ſunt
de dictamine legis nature. cerimonialia q̄ ſunt determina
tiones cult⁹ diuini. ⁊ iudicialia q̄ ſunt determinatiōes iu
ſticie inter hoīes obſeruande. vñ cū Apl's Roma. vij. di
xiſſet ꝙ lex ē ſancta. ſubiungit ꝙ mandatū ē iuſtū et bo
nū ⁊ ſanctū. iuſtū quidē q̄tū ad iudicialia. ſanctū q̄tum
ad cerimonialia. nā ſanctū dr̄ qd̄ ē deo dedicatū. bonū. i. ho
neſtū q̄tū ad moralia. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ tā precepta
moralia q̄ etiā iudicialia ꝑtinēt ad directionē vite hūa
ne. ⁊ ideo vtraq; ꝯtinent̄ ſub vno membro illoꝝ q̄ ponit
Aug⁹ ſcꝫ ſub ꝑceptis vite agēde. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ iudici
um ſignificat executionē iuſticie. q̄ quidē ē ſm applicatio
nem rōnis ad aliq̄ ꝑticularia determinate. vñ precepta iu
dicialia cōmunicāt in aliq̄ cū moralib⁹. inq̄tū ſcꝫ a rōne
deriuāt̄. ⁊ in aliq̄ cū cerimonialib⁹. inq̄tū ſcꝫ ſunt quedā
determinatiōes cōmunium preceptoꝝ. et ideo quandoq;
ſub iudicijs cōprehēdūt̄ ꝑcepta iudicialia ⁊ moralia. ſicut
dr̄ Deutero. v. Audi iſrl' cerimonias atq; iudicia. Qñq;
vero iudicialia ⁊ cerimonialia. ſicut dr̄ Leuit. xviij. Facie
tis iudicia mea ⁊ ꝑcepta mea ſeruabitis. vbi precepta ad
moralia referūt̄. iudicia vero ad iudicialia ⁊ cerimonialia.
¶ Ad. iij. dōm ꝙ act⁹ iuſticie in generali ꝑtinet ad prece
pta moralia. ſed determinatio eius in ſpeciali ꝑtinet ad
precepta iudicialia.

## Ad quintum ſic ꝓceditur

Uidet̄ ꝙ aliq̄ alia ꝑcepta ꝯtineāt̄ in lege veteri ꝑter mo
ralia. iudicialia ⁊ cerimonialia. Iudicialia enī ꝑcepta ꝑti
nent ad actū iuſticie q̄ ē hoīs ad hoīē. cerimonialia vero
ꝑtinent ad actū religionis q̄ deus colitur. ſꝫ ꝑter has ſūt
multe alie virtutes. ſ. tꝑantia. fortitudo. liberalitas ⁊ alie
plures. vt ſuꝑ dictū ē. ergo ꝑter ꝑdicta oportet plura alia
in lege veteri ꝯtineri. ¶ Pre. Deutero. xj. dr̄. Ama dñm
tuū. ⁊ obſerua eius precepta et cerimonias. ⁊ iudicia atq;

mandata. ſed precepta ꝑtinent ad moralia. vt dictum eſt ergo preter moralia. iudicialia. ⁊ cerimonialia adhuc alia cōtinentur in lege que dicuntur mādata. ¶ Pre. Deutero. vj. dicitur. Cuſtodi precepta domini dei tui. ⁊ teſtimonia ⁊ cerimonias quas tibi p̄cepi. ergo preter omnia precepta adhuc in lege teſtimonia continentur. ¶ Pre. in p̄s dicitur. In eternū nō obliuiſcar iuſtificationes tuas. glo. i. legem. ergo precepta legis veteris non ſolū ſunt moralia. cerimonialia. ⁊ iudicialia. ſed etiam iuſtificationes. ¶ Sed cōtra eſt qđ dicitur Deutero. vj. Hec ſunt p̄cepta ⁊ cerimonie atq; iudicia que mandauit dominus deus vobis. et hec ponuntur in principio legis. ergo omnia precepta legis ſub his comprehēdūtur. ¶ Rn̄. dicēdū ꝙ in lege ponūtur aliqua tanq̄ precepta. aliqua vero tanq̄ ad preceptorum impletionem ordinata. Precepta quidem ſunt de his que ſunt agenda. ad quorū impletionē ex duobus homo inducitur. ſcȝ ex auctoritate precipientis ⁊ ex vtilitate impletionis. que quidē eſt cōſecutio alicuius boni vtilis. delectabilis. vel honeſti. aut fuga alicuiꝰ mali contrarij. Oportuit igitur in veteri lege ꝓponi quedā que auctoritatē dei p̄cipientis indicarent. ſicut illud Deutero. vj. Audi iſrael dominus deus tuꝰ deꝰ vnꝰ eſt. ⁊ illud Gen̄. j. In principio creauit deus celum ⁊ terrā. ⁊ huiuſmodi dicūtur teſtimonia. Oportuit etiam ꝙ in lege ꝓponerentur quedam premia obſeruantiū legem ⁊ pene trāſgredientium. vt patet Deutero. xxviij. Si audieris vocē domini dei tui faciet te excelſiorem cunctis gentibus ⁊c. ⁊ huiuſmodi dicūtur iuſtificationes. ſcd̄m ꝙ deus aliquos iuſte punit vel premiat. ipſa autem agenda ſub precepto non cadūt niſi inq̄tum habent aliquam debiti rationē. Eſt autem duplex debitum. vnum quidem ſcd̄m regulam rationis. aliud autem ſcd̄m regulam legis determinantis. ſicut phūs in. viij. ethi. diſtinguit duplex iuſtum. ſcȝ morale ⁊ legale. Debitum autē morale eſt duplex. dictat enī ratio aliquid faciendum. vel tanq̄ neceſſarium. ſine quo non poteſt eſſe ordo virtutis. vel tanq̄ vtile ad hoc ꝙ ordo virtutis melius conſeruetur. ⁊ ſcd̄m hoc quedam moralium p̄ciſe p̄cipiuntur vel ꝓhibentur in lege. ſicut non occides. non furtum facies. ⁊ hec proprie dicūtur precepta. Quedam vero p̄cipiuntur vel ꝓhibentur non quaſi preciſe debita. ſed ꝓpter melius. ⁊ iſta poſſunt dici mandata. quia quandam inductionem habent ⁊ ꝑſuaſionem. ſicut illud Exo. xxij. Si pignus acceperis veſtimentū a proximo tuo ante ſolis occaſum reddas ei. ⁊ aliqua ſimilia. vn̄ Hieroꝰ dicit ꝙ in p̄ceptis ē iuſticia. in mādatis vero charitas. debitum autem ex determinatiōe legis. In rebꝰ quidem humanis pertinet ad iudicialia. in rebus autem diuinis ad cerimonialia. q̄uis etiam ea que pertinent ad penam vel premia dici poſſint teſtimonia. inq̄tum ſunt ꝓteſtationes quedam diuine iuſticie. omnia vero precepta legis poſſunt dici iuſtificationes. inq̄tum ſunt quedā executiones legalis iuſticie. Poſſunt etiam aliter mandata a p̄ceptis diſtingui. vt precepta dicantur que deus per ſe ipſū iuſſit. mandata aūt que per alios mādauit. vt ip̄m nomē ſonare videtur. Ex quibꝰ omnibus apparet ꝙ oīa legis p̄cepta cōtinentur ſub moralibꝫ. cerimonialibꝫ. ⁊ iudicialibus. Alia vero non habēt rationem p̄ceptoꝝ. ſꝫ ordinantur ad p̄ceptorum obſeruationē. vt dictum ē. ¶ Ad j. ergo dicēdū ꝙ ſola iuſticia inter alias virtutes importat rationem debiti. ⁊ ideo moralia in tm̄ ſunt lege determinabilia inq̄tum ꝑtinent ad iuſticiam. cuius etiam q̄dā pars eſt religio. vt Tullius dicit. vnde iuſtum legale nō pōt eſſe aliquod p̄ter cerimonialia ⁊ iudicialia precepta. ¶ Ad alia p̄tꝫ reſponſio ꝑ ea que dicta ſunt.

# Ad ſextū ſic proceditur

Uidetur ꝙ lex vetus non debuit inducere ad obſeruantiam preceptoꝝ ꝑ temporales ꝓmiſſiones et cōminationes. Intentio enim legis diuine ē vt homīes deo ſubdātur per timorem ⁊ amorem. vnde dicitur Deutero. x. Et nunc iſrael quid dominus tuus petit a te. niſi vt timeas dominū deū tuum. ⁊ ambules in vijs eius. ⁊ diligas eū ſed cupiditas rerum tēporalium abducit a deo. Dicit enī Augꝰ in li. lxxxiij. q. ꝙ venenū charitatis eſt cupiditas. ergo ꝓmiſſiones ⁊ cōminationes tēporales videntur contrariari intentioni legiſlatoris. qđ facit legem reprobabilem. vt patet ꝑ philoſophū i. ij. politice. ¶ Pre. lex diuina eſt excellētior q̄ lex humana. videmus autē in ſcientijs ꝙ q̄to aliqua eſt altior tanto per altiora media ꝓcedit. ergo cum lex humana ꝓcedat ad inducendum homīes per tꝑales cōminationes ⁊ ꝓmiſſiōes lex diuina non debuit ex his ꝓcedere. ſed per aliqua maiora. ¶ Pre. id non poteſt eſſe premiū iuſticie. vel pena culpe qđ equaliter euenit ⁊ bonis ⁊ malis. ſed ſicut dicitur Ecc̄. ix. Uniuerſa tēporalia eque eueniunt iuſto ⁊ impio. bono ⁊ malo. mundo et imundo. imolanti victimas. ⁊ ſacrificia contēnenti. ergo temporalia bona vel mala non cōuenienter ponuntur vt pene vel p̄mia mādatorum legis diuine. ¶ Sed cōtra eſt qđ dicitur Eſa. j. Si volueritis ⁊ audieritis me. bona terre comedetis. ꝙ ſi nolueritis. ⁊ me ad iracundiā ꝓuocaueritis. gladius deuorabit vos. ¶ Rn̄. dicēdū ꝙ ſicut in ſcientijs ſpeculatiuis inducunt̄ homines ad aſſentiendum cōcluſionibus ꝑ media ſyllogiſtica. ita etiam in quibuſlibet legibus homīes inducūtur ad obſeruātias p̄ceptoꝝ per penas ⁊ premia. videmus autem in ſciētijs ſpeculatiuis ꝙ media ꝓponuntur auditori ſcd̄m eius cōditionem. vnde ſicut oportet ordinate in ſcientijs ꝓcedere vt ex notioribus diſciplina incipiat. ita etiam oportet eū qui vult inducere hominē ad obſeruantiam p̄ceptorū. vt ex illis eum mouere incipiat que ſunt ī eius affectu. ſicut pueri ꝓuocantur ad aliquid faciendum aliquibus puerilibus munuſculis. dictum eſt autem ſupra ꝙ lex vetꝰ diſponebat ad chriſtum ſicut imꝑfectum ad perfectum. vn̄ dabatur populo adhuc imꝑfecto in cōꝑatione ad perfectionem que erat futura per xp̄m. ⁊ ideo populus ille cōparatur puero ſub pedagogo exiſtenti. vt patet Gal. iij. Perfectio autem hominis eſt vt cōtemptis temporalibꝰ ſpiritualibus inhereat. vt patet per illud quod Apoſtolꝰ dicit Phil. iij. Que quidem retro ſunt obliuiſcens. ad ea que priora ſunt me extendo. Quicūq; ergo perfecti ſumus hec ſentiamus. imperfectorum autem eſt ꝙ temporalia bona deſiderent. in ordine tamen ad deum. ꝑuerſoꝝ autem eſt ꝙ in tēporalibus bonis finem conſtituant. vn̄ legi veteri cōueniebat vt per tēporalia que erant in affectu hominū imꝑfectorum manuduceret homines ad deū. ¶ Ad. j. ergo dicēdū ꝙ lex humana inducit homines ex tēporalibus premijs vel penis ꝑ homines inducendis. lex vero diuina ex p̄mijs vel penis exhibendis per deum. et ī hoc procedit per media altiora. ¶ Ad. ij. dicēdū ꝙ cupiditas qua homo conſtituit finem in tēporalibus bonis eſt charitatis venenum. ſed conſecutio temporalium bonorum que homo deſiderat in ordine ad deum eſt quedam via inducens imꝑfectos ad dei amorem. ſcd̄m illud p̄s. Confitebitur tibi cum benefeceris illi. ¶ Ad. iij. dicēdū ꝙ ſicut

pꝫ hiſtorias veteris teſtamenti reuoluēti. cōmunis ſtat⁹ populi ſemꝑ ſub lege in ꝓſperitate fuit q̄diu legem obſeruabāt. et ſtatim declinantes a preceptis legis diuine ī multas aduerſitates incidebāt. ſed alique ꝑſone ꝑticulares etiā iuſticiā legis obſeruātes in aliq̄s aduerſitates incidebāt. vel q2 iam erāt ſpūales effecti. vt ꝑ hoc magis ab affectu tēporaliū abſtraherent̄. ⁊ eoꝝ virtus ꝓbata redderetur. aut q2 opa legis exteri⁹ implētes cor totū habebāt in tēporalib⁹ defixū ⁊ a deo elōgatū. ſm ꝙ dr̄ Eſa. xxix. Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe eſt a me.

## ¶ Queſtio. C.

DEinde conſiderandum ē de ſingulis generib⁹ p̄ceptorū veteris legis. ⁊ primo de p̄ceptis moralib⁹. ſc̄do de cerimonialib⁹. tertio de iudicialib⁹. Circa primū q̄runt̄ xij. Primo vtrū oīa p̄cepta moralia veteris legis ſint de lege nature. ſc̄do vtrū p̄cepta moralia veteris legis ſint d' actib⁹ oīuꝫ virtutuꝫ. tertio vtrū oīa p̄cepta moralia veteris legis reducant̄ ad. x. p̄cepta decalogi. quarto de diſtinctiōe p̄ceptoꝝ decalogi. quinto de numero eoꝝ. ſexto de ordine. ſeptimo de modo tradēdi ipa. octauo vtrū ſint diſpenſabilia. nono vtrū modus obſeruādi virtutē cadat ſub p̄cepto. decimo vtrū modus charitatis cadat ſub p̄cepto. vndecimo de diſtinctione alioꝝ preceptoꝝ moraliū. duodecimo vtrū p̄cepta moralia veteris legis iuſtificent.

## Ad primum ſic procedit.

Videt̄ ꝙ nō oīa p̄cepta moralia ꝑtineāt ad legē nature. Dicit̄ enī Ecc. xvij. Addidit illis diſciplinam ⁊ legē vite hereditauit illos. ſꝫ diſciplina diuidit̄ ꝯtra legē nature eo ꝙ lex naturalis nō addiſcit̄. ſꝫ ex naturali inſtinctu habetur. ergo non omnia p̄cepta moralia ſunt de lege nature. ¶ Pre. lex diuina ꝑfectior ē q̄ꝫ lex humana. ſꝫ lex hūana ſupaddit aliqua ad bonos mores ꝑtinētia his que ſunt d' lege nature. qḋ pꝫ ex hoc ꝙ lex nature ē eadē apud oēs. hmōi aūt moꝝ īſtituta ſūt diuerſa apḋ diuerſos. ergo mlto fortius diuina lex aliq̄ ad bonos mores ꝑtinentia debuit addere ſupra legē nature. ¶ Pre. ſicut ratio naturalis inducit ad aliquos bonos mores. ita ⁊ fides. vn̄ etiā dr̄ ad Gal. v. ꝙ fides ꝑ dilectionē opatur. ſed fides nō ꝯtinetur ſub lege nature. q2 ea que ſunt fidei ſupra rōnem naturalem. ergo nō oīa p̄cepta moralia legis diuine ꝑtinent ad legē nature. ¶ Sed ꝯtra ē qḋ dicit Ap̄ſus Roma. ij. ꝙ gentes q̄ legē non habēt naturaliter ea q̄ legis ſunt faciunt. qḋ oportet intelligi de his que pertinent ad bonos mores. ergo oīa moralia p̄cepta legis ſunt de lege nature ¶ Rn̄. dōm ꝙ precepta moralia a cerimonialib⁹ ⁊ iudicialibus ſunt diſtincta. Moralia enī ſunt de illis q̄ ſm ſe ad bonos mores ꝑtinent. cū aūt hūani mores dicantur ī ordine ad rōnem qḋ ē ꝓpriū principiū humanorū actuū. illi mores dicūtur boni qui rōni ꝯgruūt. mali aūt qui a rōne diſcordāt. Sicut aūt omne iudiciū rationis ſpeculatiue ꝓcedit a naturali cognitione primoꝝ principiorū. ita etiā omne iudiciū rōnis practice ꝓcedit ex quibuſdā principiis naturaliter cognitis. vt ſup̄ dictū ē. Ex quibus diuerſimode ꝓcedi pōt ad iudicādū d' diuerſis. Quedā enī ſunt ī hūanis actib⁹ adeo explicita. ꝙ ſtatim cuꝫ modica ꝯſideratione poſſunt approbari vel reprobari per illa cōmunia ⁊ prima principia. Quedā vero ſunt ad quoꝝ iudiciū requirit̄ multa ꝯſideratio diuerſaꝝ circūſtantiarū. quas ꝯſiderare diligēter nō ē cuiuſlibet. ſꝫ ſapientū. ſicut ꝯſiderare ꝑticulares ꝯcluſiones ſcientiaꝝ nō ꝑtinet ad omnes. ſꝫ ad ſolos philoſophos. Quedā vero ſūt ad q̄ diiudicanda indiget hō adiuuari ꝑ inſtructionē diuinā ſicut ē circa credēda. Sic igit̄ pꝫ ꝙ cū moralia p̄cepta ſint de his q̄ ꝑtinent ad bonos mores. hec aūt ſunt q̄ rationi ꝯueniūt. omne autē rōnis hūane iudiciū aliq̄liter a naturali rōne deriuat̄. neceſſe ē ꝙ oīa p̄cepta moralia ꝑtineāt ad legem nature. ſꝫ diuerſimode. Quedā enī ſunt q̄ ſtatim ꝑ ſe ratio naturalis cuiuſlibet hoīs diiudicat eſſe faciēda. vel nō faciēda. ſicut honora patrē tuū ⁊ matrē. ⁊ nō occides. nō furtū facies. ⁊ hmōi ſunt abſolute de lege nature. Quedam vero ſunt q̄ ſubtiliori ꝯſideratiōe rōnis a ſapiētib⁹ iudicant̄ eſſe obſeruanda. ⁊ ſic ſunt de lege nature. vt tn̄ indigeāt diſciplina q̄ minores a ſapiētiorib⁹ inſtruant̄. ſicut illud. Corā cano capite ꝯſurge ⁊ honora ꝑſonā ſenis. ⁊ alia hmōi. Quedā vero ſunt ad q̄ iudicāda ratio hūana indiget inſtructione diuina. ꝑ quam erudimur de diuinis. ſicut ē illud. Nō facies tibi ſculptile. neq̄ oēm ſimilitudinē non aſſumes nomen dei tui ī vanum. Et per hoc patꝫ reſponſio ad obiecta.

## Ad ſecunduꝫ ſic procedit

Videt̄ ꝙ p̄cepta moralia legis nō ſint de oib⁹ actib⁹ virtutū. Obſeruatio autē p̄ceptoꝝ veteris legis iuſtificatio noīatur. ſm illud pſ. Iuſtificatiōes tuas cuſtodiā. ſꝫ iuſtificatio ē executio iuſticie. ergo p̄cepta moralia non ſūt niſi de actib⁹ iuſticie. ¶ Pre. id qḋ cadit ſub p̄cepto hꝫ rōneꝫ debiti. ſꝫ ratio debiti non ꝑtinet ad alias virtutes niſi ad ſolā iuſticiā. cui⁹ ꝓpri⁹ act⁹ ē reddere vnicuiq̄ debitū. ergo p̄cepta legis moralia nō ſunt de actib⁹ aliaꝝ virtutū. ſꝫ ſolū de actib⁹ iuſticie. ¶ Pre. oīa lex ponit̄ ꝓpter bonum cōmune. vt dic̄ Iſidor⁹. ſꝫ īter virtutes ſola iuſticia reſpicit bonū cōmune. vt phūs dicit in. v. ethi. ergo p̄cepta moralia ſūt ſolū de actib⁹ iuſticie. ¶ Sꝫ ꝯtra ē qḋ Ambro. dic̄ ꝙ peccatū ē trāſgreſſio legis diuine ⁊ celeſtiū inobedientia mādatoꝝ. ſꝫ peccata ꝯtrariāt̄ oib⁹ actib⁹ virtutū. ergo lex diuina hꝫ ordinare d' actib⁹ oīuꝫ virtutū ¶ Rn̄. dōm ꝙ cū p̄cepta legis ordinent̄ ad bonū cōmune. ſicut ſupra habitū ē. neceſſe ē ꝙ p̄cepta legis diuerſificent̄ ſm diuerſos modos cōmunitatū. vn̄ phūs in ſua politica docet ꝙ alias leges oportet ſtatuere ī ciuitate q̄ regit̄ rege. ⁊ alias in ea q̄ regit̄ ꝑ populū vel per aliquos potētes de ciuitate. Eſt aūt ali⁹ modus cōmunitatis ad quā ordinat̄ lex humana. ⁊ ad quā ordinat̄ lex diuina. Lex enī humana ordinat̄ ad cōmunitatē ciuilē q̄ ē hoīuꝫ ad īuicē. Hoīes autē ordināt̄ ad īuicē ꝑ exteriores actus q̄b⁹ hoīes ſibi inuicē cōmunicāt. hmōi aūt cōmunicatio pertinet ad rōneꝫ iuſticie qui ē ꝓprie directiua cōmunicatiōis hūane. ⁊ ideo lex hūana nō ꝓponit p̄cepta niſi de actib⁹ iuſticie. ⁊ ſi p̄cipiat act⁹ aliaꝝ virtutū. hoc nō ē niſi inq̄ntū aſſumūt rōneꝫ iuſticie. vt pꝫ ꝑ philoſophū ī. v. ethi. ſꝫ cōitas ad quā ordinat lex diuina ē hoīuꝫ ad deū vel ī p̄nti vel ī futura vita. ⁊ ideo lex diuina p̄cepta ꝓponit de oib⁹ illis ꝑ q̄ homines bn̄ ordinent̄ ad cōitateꝫ cū deo. hō aūt deo ꝯiungit̄ rōne ſiue mēte in q̄ ē dei imago. ⁊ ideo lex diuina p̄cepta ꝓponit de oib⁹ illis ꝑ q̄ ratio ordinis bn̄ ordinata ē. hoc aūt ꝯtingit ꝑ actus oīuꝫ virtutū. nā virtutes īntellectuales ordinant bn̄ act⁹ rōnis ī ſeipis. virtutes aūt morales ordinant bn̄ act⁹ rōnis circa interiores paſſiones ⁊ exteriores operationes. ⁊ ideo manifeſtū ē ꝙ lex diuina ꝯuenienter ꝓponit p̄cepta de actib⁹ oīuꝫ virtutū. ita tn̄ ꝙ q̄daꝫ ſine q̄b⁹ ordo virtutis qui ē ordo rōnis obſeruari nō poteſt. cadūt ſub

ob'igatione precepti. quedā vero q̄ ptinent ad bene eſſe
virtutis perfecte cadunt ſub ãmonitione cōſilij. ¶ Ad .j.
ergo dicendum q̄ adimpletio mādatoꝝ legis etiā que ſunt de
actib⁹ aliarū virtutū habent rōnem iuſtificatiōis inq̄tū
iuſtum eſt vt homo obediat deo. vel etiam inq̄tum iuſtū
eſt q̄ oīa que ſunt hoīs rōni ſubdant̄. ¶ Ad .ij. dicendum q̄ iu
ſticia pprie dicta attendit debitum vni⁹ hoīs ad alium. ſʒ
in oībus alijs virtutibus attendit̄ debitū inferioꝝ viriū
ad rōnem. ⁊ ſm rōnem huius debiti phūs aſſignat in .v
ethi. quandā iuſticiā metaphoricā. ¶ Ad .iij. patʒ reſpon
ſio p ea q̄ dicta ſunt de diuerſitate cōmunitatis.

## Ad tertium ſic pceditur

Videt̄ q̄ nō oīa p̄cepta moralia veteris legis reducātur
ad decē p̄cepta decalogi. Prima enī et principalia legis
p̄cepta ſunt. diliges dīm deū tuū. ⁊ diliges primū tuuʒ
vt habet̄ Mat. xxij. ſʒ iſta duo nō ɔtinent̄ in p̄ceptis decalo
gi. g̃ nō oīa p̄cepta moralia ɔtinent̄ in p̄ceptis decalogi.
¶ Pre. p̄cepta moralia nō reducunt̄ ad p̄cepta cerimo
nialia. ſʒ poti⁹ ecōuerſo. ſed inter p̄cepta decalogi eſt vnū
cerimoniale. ſ. memēto vt diē ſabbati ſanctifices. ergo p̄
cepta moralia non reducūtur ad omnia precepta decalogi
¶ Pre. precepta moralia ſunt d̄ omnibus actibus virtu
tum. ſed inter precepta decalogi ponūtur ſola p̄cepta per
tinentia ad actus iuſticie. vt patet diſcurrenti p ſingula.
ergo precepta decalogi non cōtinent omnia p̄cepta mora
lia. ¶ Sed contra eſt qḋ Matth. v. dicitur ſuper illud.
Beati eſtis cuʒ maledixerint ⁊c. dicit glo q̄ Moyſes de
cem p̄cepta pponens. poſtea per partes explicat. ergo oīa
p̄cepta legis ſunt quedam partes preceptorum decalogi
¶ Rn̄. dicendum q̄ p̄cepta decalogi ab alijs p̄ceptis legis dif
ferunt in hoc q̄ p̄cepta decalogi per ſeipſum deus dicitur
primo ppoſuiſſe. alia vero p̄cepta ppoſuit pplo per Moy
ſen. illa g̃ p̄cepta ad decalogum ptinent. quorum noticiā
homo habet p ſeipſum a deo. huiuſmodi vero ſunt illa q̄
ſtatim ex principijs cōmunibus primis cognoſci poſſunt
modica cōſideratione. ⁊ iterum illa que ſtatim ex fide di
uinitus infuſa innoteſcunt. Inter precepta ergo decalogi
non cōputantur duo genera p̄ceptorum. illa ſcʒ que ſunt
primo ⁊ cōmunia. quorum non oportet aliquā editionē
eſſe niſi q̄ ſunt ſcripta i ratiōe naturali per ſe nota. ſicut
q̄ homo nulli debet ma[lefac]ere. ⁊ alia huiuſmodi. ⁊ iteꝝ
illa que per diligentem inquiſitionem ſapientum inueni
untur rationi conuenire. hec enim puenīunt a deo ad po
pulum mediante diſciplina ſapientum. Utraq̄ tamē ho
rum p̄ceptorum cōtinentur in p̄ceptis decalogi. ſʒ diuer
ſimode. nam illa que ſunt prima ⁊ cōmunia cōtinentur̄ı
eis ſicut principia in cōcluſionibus pximis. illa vero que
p ſapientes cognoſcūtur cōtinentur in eis ecōuerſo. ſicut
concluſiones in principijs. ¶ Ad .j. ergo dicendum q̄ illa p̄ce
pta ſunt prima cōmunia p̄cepta legis nature que ſunt p
ſe nota rationi hūane. vel p naturam. vel per fidē. ⁊ ideo
omnia p̄cepta decalogi ad illa duo referuntur ſicut cōclu
ſiones ad principia cōmunia. ¶ Ad .ij. dicendum q̄ p̄ceptum
de obſeruatione ſabbati eſt ſm aliquid morale. inq̄tum
ſcʒ per hoc q̄ p̄cipitur q̄ homo aliquo tempore vacet reb⁹
diuinis. ſm illud p̄s. Uacate ⁊ videte quoniam ego ſum
deus. ⁊ ſm hoc inter p̄cepta decalogi cōputantur. non aūt
q̄tum ad taxationem temporis. quia ſm hoc eſt cerimo
niale. ¶ Ad .iij. dicendum q̄ ratio debiti in alijs virtutibus ē
magis latens q̄ʒ in iuſticia. ⁊ ideo p̄cepta de actibus alia
rum virtutum non ſunt ita nota populo ſicut p̄cepta de
actibus iuſticie. ⁊ ppter hoc act⁹ iuſticie ſpecialiter cadūt
ſub p̄ceptis decalogi. q̄ ſunt prima legis elementa.

## Ad quartum ſic procedit̄

Videtur q̄ incōuenienter p̄cepta decalogi diſtinguūtur.
Latria enim ē alia virtus a fide. ſed p̄cepta dātur d̄ acti
bus virtutū. ſed hoc qḋ dicit̄ in principio decalogi. Nō
habebis deos alienos coram me. ptinet ad fidem. qḋ au
tem ſubditur. Non facies ſculptile ⁊c. ptinet ad latriam.
ergo ſunt duo p̄cepta ⁊ nō vnū ſicut Aug⁹ dicit. ¶ Pre.
p̄cepta affirmatiua ī lege diſtinguūtur a negatiuis. ſicut
honora patrem ⁊ matrem. ⁊ non occides. ſed hoc qḋ dici
tur. Ego ſum domin⁹ deus tuus eſt affirmatiuū. qḋ au
tem ſubditur. Non habebis deos alienos coram me. eſt
negatiuū. ergo ſunt duo precepta et non cōtinentur ſub
vno. vt Aug⁹ ponit. ¶ Pre. Apl's ad Roma. vij. dicit.
Cōcupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret. Non cōcupi
ſces. ⁊ ſic videt̄ q̄ hoc p̄ceptum. Nō ɔcupiſces. ſit vnum
p̄ceptum nō ergo debet diſtingui in duo. ¶ Sʒ ɔtra eſt
auctoritas Aug⁹ in glo. ſup Exo. vbi ponit tria p̄cepta p
tinētia ad deum. ⁊ .vij. ad [pro]ximum. ¶ Rn̄. dicendum q̄ prece
pta decalogi diuerſimo[de di]uerſis diſtinguunt̄. Eſiti⁹
enim Leuit̄ xxvj. ſuper illud. Decē mulieres in vno cli
bano coquūt panes. dicit p̄ceptum de obſeruatione ſab
bati non eſſe de decem preceptis. quia non eſt obſeruan
dum ſm litteram ſm omne tempus. Diſtinguit tamen
quattuor p̄cepta ptinentia ad deum. vt primum ſit. Ego
ſum domin⁹ deus tuus. ſcdm ſit. Nō habebis deos ali
enos corā me. ⁊ ſic etiam diſtinguit hec duo Hieronym⁹
Oſee. x. ſup illud. Propter duas iniquitates tuas. Ter
tium vero preceptum eſſe dicit. Non facies tibi ſculptile.
Quartum vero. Non aſſumes nomen dei tui in vanuʒ.
Pertinētia vero ad primum dicit eſſe ſex. vt primuʒ ſit.
Honora patrem ⁊ matrem tuam. Scdm. Non occides.
Tertium. Nō mechaberis. Quartum. Nō furtū facies
Quintū. Non falſum teſtimoniū dices. Sextuʒ. Non
cōcupiſces. Sed primo hoc videtur incōueniens q̄ p̄ce
ptum de obſeruatione ſabbati p̄ceptis decalogi interpo
natur ſi nullo modo ad decalogum ptineat. ſcdo q̄ cum
ſcriptum ſit Matth. vj. Nemo poteſt duobus dominis
ſeruire. eiuſdeʒ rationis eſſe videtur ⁊ ſub eodem p̄cepto
cadere. Ego ſum dominus deus tuus. ⁊ non habebis de
os alienos. vnde Origenes diſtinguens etiam quattuor
p̄cepta ordinantia ad deum. ponit iſta duo p vno p̄cepto
ſcdm vero ponit. Non facies ſculptile. tertium vero. Nō
aſſumes nomen dei tui in vanuʒ. quartū. Memento vt
diem ſabbati ſanctifices. Alia vero ſex ponit ſicut Eſitius
ſed quia facere ſculptile vel ſimilitudinem nō ē phibituꝫ
niſi ſm hoc vt non colant̄ p dijs nam in tabernaculo de⁹
p̄cepit fieri imaginem Seraphin. vt dicitur Exo. xxv.
Conuenientius Aug⁹ ponit ſub vno p̄cepto. non habebis
deos alienos. ⁊ non facies ſculptile. Similiter etiam cō
cupiſcentia vxoris aliene ad cōmixtionem ptinet ad con
cupiſcentiam carnis. Concupiſcētia autem aliarum reꝝ
que deſiderantur ad poſſidendum. ptinet ad concupiſcē
tiam oculorum. vnde etiam Aug⁹ ponit duo p̄cepta de
non cōcupiſcendo rem alienam. ⁊ vxorem alienam. et ſic
ponit tria p̄cepta in ordine ad deum. et ſeptem in ordine
ad pximum. ⁊ hoc melius eſt. ¶ Ad .j. ergo dicendum q̄ latria
non eſt niſi quedam pteſtatio fidei. vnde ſi non ſunt alia
p̄cepta danda de latria. ⁊ alia de fide. potius tamen ſunt
alia precepta danda de latria q̄ʒ de fide. quia preceptum

fidei preſupponitur ad p̄cepta decalogi. ſicut preceptum dilectionis. ſicut enim prima precepta cōmunia legis nature ſunt per ſe nota habenti rationem naturalem. et ꝓmulgatione non indigent. ita etiam ⁊ hoc qđ eſt credere in deum eſt primum ⁊ per ſe notum ei qui habet fidem. accedentem enim ad deum oportet credere quia eſt. vt dicitur ad Hebre. xj. ⁊ ideo non indiget alia ꝓmulgatione niſi infuſione fidei. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ p̄cepta affirmatiua diſtinguūtur a negatiuis quando vnum non cōprehēditur in alio. ſicut in honoratione parentum non includitur ꝙ nullus homo occidatur nec econuerſo. et ꝓpter hoc dantur diuerſa p̄cepta ſuper hoc. ſed quādo affirmatiuū comprehenditur ſub negatiuo. vel ecōuerſo. non dantur ſuper hoc diuerſa p̄cepta. ſicut non datur aliud p̄ceptum de hoc qđ eſt. non furtum facies. ⁊ de hoc qđ eſt conſeruare rem alienam. vel reſtituere eam. et eadem ratione non ſunt diuerſa p̄cepta de credendo in deū. ⁊ de hoc ꝙ non credatur in alienos deos. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ omnis cōcupiſcentia conuenit in vna cōmuni ratione. et ideo Apl's ſingulariter de mandato cōcupiſcendi loquitur. quia tamen in ſpeciali diuerſe ſunt rationes cōcupiſcendi. ideo Aug⁹ diſtinguit diuerſa p̄cepta de nō cōcupiſcendo. differunt enī ſpecie concupiſcentie ſm̄ diuerſitatem actionū vel ꝯcupiſcibiliū. vt ph'us dicit in. x. ethi.

## Ad quintum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ incōuenienter p̄cepta decalogi enumerētur. Peccatum enim vt Ambroſ⁹ dicit. eſt tranſgreſſio legis diuine ⁊ celeſtium inobedientia mandatorum. ſed peccata diſtinguūtur per hoc ꝙ homo peccat vel in deum. vel ī proximum. vel in ſeipſum. cum igitur in preceptis decalogi non ponātur aliqua precepta ordinātia hominem ad ſeipſum. ſed ſolum ordinantia ipſum ad deum ⁊ ꝓximū. videtur ꝙ inſufficiens ſit enumeratio p̄ceptorum decalogi. ¶ Pre. ſicut ad cultum dei pertinebat obſeruatio ſabbati. ita etiam obſeruatio aliarum ſolēnitatum. ⁊ immolatio ſacrificiorum. ſed inter precepta decalogi eſt vnum ꝑtinens ad obſeruantiam ſabbati. ergo etiā debent eſſe aliqua pertinentia ad alias ſolēnitates. ⁊ ad ritum ſacrificiorum. ¶ Pre. ſicut contra deum peccare contingit periurando. ita etiam blaſphemādo. vel alias contra doctrinā diuinam mentiendo. ſed ponitur vnum preceptum prohibens periurium cum dicitur. Non aſſumes nomē dei tui ī vanū. ergo peccatum blaſphemie ⁊ falſe doctrine debent aliquo precepto decalogi prohiberi. ¶ Pre. ſicut homo naturalem dilectionem habet ad parētes. ita etiā ad filios. mandatum etiam charitatis ad omnes ꝓximos extenditur. ſed precepta decalogi ordinantur ad charitatē ſm̄ illud. j. ad Timo. j. Finis precepti charitas eſt. ergo ſicut ponitur quoddam p̄ceptum pertinens ad parentes ita etiam debuerunt poni aliqua p̄cepta pertinentia ad filios. ⁊ ad alios proximos. ¶ Pre. in quolibet genere peccati contingit peccare corde ⁊ opere. ſed in quibuſdā generibus peccatorum. ſcʒ in furto ⁊ adulterio ſeorſum prohibetur peccatum operis cum dicitur. Non mechaberis. Non furtum facies. ⁊ ſeorſum peccatum cordis cum dicitur. Non concupiſces rem ꝓximi tui. ⁊ non cōcupiſces vxorem ꝓximi tui. ergo etiam idem debuit poni in peccato homicidij ⁊ falſi teſtimonij. ¶ Pre. ſicut contingit peccatum ꝓuenire ex inordinatione cōcupiſcibilis. ita etiā ex inordinatione iraſcibilis. ſed quibuſdam preceptis prohibetur inordinata concupiſcentia cum dicitur. Nō concupiſces. ergo etiam aliqua precepta in decalogo debuerunt poni per que prohiberetur inordinatio iraſcibilis. nō ergo videtur ꝙ conuenienter decē precepta decalogi enumerentur. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Deutero. iiij. Oſtendit vobis pactum ſuum quod p̄cepit vt faceretis. ⁊ decem verba que ſcripſit in duabus tabulis lapideis.

¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū eſt. ſicut precepta legis humane ordinant hominem ad quādam cōmunitatē humanam. ita precepta legis diuine ordinant hominem ad quandam cōmunitatem ſeu rempublicam hominū ſub deo. Ad hoc autem ꝙ aliquis in aliqua cōmunitate bene cōmoretur. duo requirūtur. quorum primum eſt vt bene ſe habeat ad eum qui p̄eſt cōmunitati. Aliud autem eſt vt homo bene ſe habeat ad alios cōmunitatis conſocios ⁊ comparticipes. Oportet igitur ꝙ ī lege diuina primo ferantur quedam precepta ordinantia hominem ad deum. ⁊ inde alia quedam precepta ordinantia hominem ad alios ꝓximos ſimul cōuiuentes ſub deo. Principi autē cōmunitatis tria debet homo. primo fidelitatem. ſecundo reuerentiam. tertio famulatum. Fidelitas quidē ad dominum in hoc conſiſtit vt honorem principatus ad aliū nō deferat. ⁊ q̄tum ad hoc accipitur primum p̄ceptum cum dicitur. Non habebis deos alienos. Reuerentia autē ad dominum requiritur vt nihil iniurioſum in eum cōmittatur. ⁊ q̄tum ad hoc accipitur ſecūdum p̄ceptum quod eſt. Non aſſumes nomen domini dei tui in vanū. Famulatus autem debetur domino in recompenſationem beneficiorum que ab ipſo percipiunt ſubditi. ⁊ ad hoc ꝑtinet tertium preceptum de ſanctificatione ſabbati in memoriā creationis rerum. Ad ꝓximos autem aliquis bene ſe habet ſpecialiter. ⁊ generaliter. Specialiter quidem q̄tum ad illos quorū eſt debitor vt eis debitum reddat. ⁊ q̄tū ad hoc accipitur preceptum de honoratione parentum. Generaliter autē q̄tū ad oēs vt nulli nocumentum inferatur. neq; opere. neq; ore. neque corde. Opere quidē infertur nocumentum ꝓximo. quandoq; quidem in ꝓpriā perſonam q̄tum ad conſiſtentiam ſcʒ perſone. et ꝓhibetur per hoc quod dicitur. Non occides. Quandoq; autē in pſonam cōiunctam. q̄tum ad ꝓpagationem prolis. et hoc ꝓhibetur cum dicitur. Non mechaberis. Quandoq; autem in rem poſſeſſam que ordinatur ad vtrūq;. ⁊ q̄tū ad hoc dicitur. Non furtum facies. Nocumentum autē oris prohibetur cum dicitur. Non loqueris cōtra proximum tuum falſum teſtimonium. Nocumentum autem cordis ꝓhibetur cum dicitur. Non concupiſces. Et ſm̄ hanc etiam differentiam poſſent diſtingui tria precepta ordinantia in deum. quorum primum pertinet ad opus vnde ibi dicitur. Non facies ſculptile. Secundū ad os. vnde dicitur. Non aſſumes nomen dei tui in vanū. Tertium pertinet ad cor. quia ī ſanctificatione ſabbati ſm̄ ꝙ eſt morale preceptum precipitur quies cordis in deum. Unde ſm̄ Auguſ. per primū preceptū reueremur vnitatem primi principij. per ſecundum veritatem diuinā. per tertium eius bonitatem qua ſanctificamur. et in qua quieſcimus ſicut in fi ¶ Ad. j. ergo poteſt reſponderi dupliciter. Primo q em quia precepta decalogi referuntur ad precepta d tionis. Fuit autem preceptū homini de dilectione dei ximi. quia q̄tum ad hoc lex naturalis obſcurata erat ꝓpter peccatum. non autē q̄tum ad dilectionē ſuiipſiu uia q̄tū ad hoc lex naturalis vigebat. vel quia etiam ī ctio ſuiipſius includitur in dilectione dei ⁊ proximi. n hoc enim homo vere ſe diligit

ꝙ ſe ordinat in deum. ⁊ ideo in preceptis decalogi ponun
tur ſolum precepta pertinentia ad ꝓximum ⁊ ad deũ. Ali
ter poteſt dici ꝙ precepta decalogi ſunt illa que imedia/
te populus recepit a deo. vnde dicitur Deutero. x. Scri/
pſit in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat verba decẽ
que locutus eſt ad nos dominus. vnde oportet precepta
decalogi talia eſſe que ſtatim in mente populi cadere poſ
ſunt. preceptum autem habet rationem debiti. ꝙ autem
homo ex neceſſitate debeat aliquid deo vel proximo. hoc
de facili cadit in conceptione hominis. ⁊ precipue fidelis
ſed ꝙ aliquid ex neceſſitate ſit debitum homini de his que
pertinent ad ſeipſum. ⁊ non ad aliũ. hoc nõ ita in ꝓmptu
apparet. videtur enim primo aſpectu ꝙ quilibet ſit liber
in his que ad ipſum pertinent. ⁊ ideo precepta quib⁹ ꝓ/
hibentur inordinationes hominis ad ſeipſum perueniũt
ad populum mediante inſtructione ſapientum. vnde nõ
pertinent ad decalogum. Ad. ij. dicẽdum ꝙ omnes ſolẽni/
tates legis veteris ſunt inſtitute in cõmemorationem ali
cuius diuini beneficij vel preteriti cõmemorati. vel futuri
prefigurati. ⁊ ſimiliter propter hoc omnia ſacrificia offere
bantur. inter omnia autem beneficia dei cõmemoranda
primum ⁊ precipuum erat beneficium creationis. quod
cõmemoratur in ſanctificatione ſabbati. vnde Exo. xx. ꝓ
ratione huius precepti ponitur. Sex enĩ diebus fecit de/
us celum ⁊ terram ⁊c̃. Inter omnia autem futura benefi
cia que erant prefiguranda ꝓcipuum ⁊ finale erat quies
mentis in deo. vel in preſenti per gratiam. vel in futuro ꝑ
gloriam. que etiam figurabatur per obſeruantiam ſabba
ti. vnde dicitur Eſa. lviij. Si auerteris a ſabbato pedem
tuum. vocaberis ſabbatum domini delicatum et ſanctum
domini glorioſum. Hec enim beneficia primo ⁊ principa
liter ſunt in mẽte hominũ maxime fidelium. alie vero ſo/
lẽnitates celebrantur propter aliqua particularia benefi/
cia temporaliter tranſeuntia. ſicut celebratio phaſe ꝓpter
beneficium preterite liberatiõis ĩ egypto. ⁊ propter futu/
ram paſſionem chriſti que temporaliter tranſiuit. indu/
cens nos ĩ quietem ſabbati ſpiritualis. ⁊ ideo pretermiſ/
ſis omnibus alijs ſolẽnitatibus ⁊ ſacrificijs. de ſolo ſab/
bato fiebat mentio inter precepta decalogi. Ad. iij. di/
cendũ ꝙ ſicut Apoſtolus dicit ad Hebre. vj. Homines
per maiorem ſui iurant. ⁊ omnis controuerſie eorũ finis
ad confirmationem eſt iuramentum. et ideo quia iura/
mentum eſt omnibus commune. propter hoc prohibitio
inordinationis circa iuramentum ſpecialiter precepto de
calogi prohibetur. peccatum vero falſe doctrine non per
tinet niſi ad paucos. vnde non oportebat vt de hoc fieret
mentio inter precepta decalogi. q̃uis etiã ſcḋm ad ali
quem intellectum in hoc ꝙ dicitur. Non aſſumes nomẽ
dei tui in vanum. ꝓhiberetur falſitas doctrine. vna enim
glo. exponit. Non dices chriſtum eſſe creaturam. Ad
iiij. dicendum ꝙ ſtatim ratio naturalis homini dictat
ꝙ nulli iniuriam faciat. ⁊ ideo precepta decalogi prohi/
bentia nocumentum. extendunt ſe ad omnes. ſed ratio na
turalis non ſtatim dictat ꝙ aliquid ſit pro alio faciendũ
niſi cui homo aliquid debet. debitum autem filij ad pa/
trem adeo eſt manifeſtum ꝙ nulla tergiuerſatione poteſt
negari eo ꝙ pater eſt principium generatiõis ⁊ eſſe ⁊ in/
ſuper educationis ⁊ doctrine. ⁊ ideo non ponitur ſub ꝓce/
pto decalogi vt aliquod beneficium vel obſequium ali/
cui impendatur niſi parentibus. parentes autem non vi/
dentur eſſe debitores filijs ꝓpter aliqua beneficia ſuſcepta
ſed potius econuerſo. Filius etiam ẽ aliquid patris. ⁊ pa

tres amant filios vt aliquid ipſorum. ſicut dicit philoſo/
phus in. viij. ethi. vnde eiſdem rationibus non ponũtur
aliqua precepta decalogi pertinentia ad amorem filiorũ
ſicut neq̧ etiam aliqua ordinantia hominem ad ſeipſum
Ad. v. dicẽdum ꝙ delectatio adulterij ⁊ vtilitas diuitiarũ
ſunt ꝓpter ſeipſa appetibilia. inq̃ntum habent rationẽ bo
ni delectabilis vel vtilis. ⁊ ꝓpter hoc oportuit in eis prohi
beri non ſolum opus. ſed etiam cõcupiſcentiã. ſed homi
cidium ⁊ falſitas ſunt ſcḋm ſeipſa horribilia. quia ꝓximus
et veritas naturaliter amantur. et non deſiderantur niſi
ꝓpter aliud. ⁊ ideo non oportuit circa peccatum homicidij
⁊ falſi teſtimonij ꝓhibere peccatum cordis. ſed ſolum ope
ris. Ad. vj. dicẽdum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. omnes paſſi
ones iraſcibilis deriuantur a paſſionibus cõcupiſcibilis
⁊ ideo in ꝓceptis decalogi que ſunt quaſi prima elemẽta
legis. non erat mentio faciẽda de paſſionibus iraſcibilis. ſꝫ
ſolum de paſſionibus ꝯcupiſcibilis.

## Ad ſextũ ſic proceditur

Videtur ꝙ incõuenienter ordinentur decem precepta de
calogi. Dilectio enim proximi videtur eſſe prima ad di/
lectionem dei. quia proximus eſt nobis magis notus q̃
deus. ſcḋm illud. j. Joh. iiij. Qui fratrem ſuũ quem videt
non diligit. deũ quem non videt quomodo poteſt dilige
re? ſed tria prima precepta pertinent ad dilectionem dei.
ſeptem vero alia ad dilectionem proximi. ergo incõuenie
ter precepta decalogi ordinantur. Pre. per precepta af
firmatiua imperantur actus virtutum. per precepta vero ne
gatiua prohibentur actus vitiorum. ſed ſcḋm Boetium ĩ
cõmento ꝓdicamentorum. Prius ſunt extirpanda vitia
q̃ inſerãtur virtutes. ergo inter precepta pertinentia ad
ꝓximum primo ponenda fuerunt precepta negatiua q̃
affirmatiua. Pre. precepta legis dantur de actibus ho
minum. ſed prior eſt act⁹ cordis q̃ oris. vel exterioris ope
ris. ergo incõuenienti ordine precepta de non concupiſcẽ/
do que pertinent ad cor vltimo ponuntur. Sed cõtra
eſt Apoſtolus dicit Roma. xiij. Que a deo ſunt ordinata
ſunt. ſed precepta decalogi ſunt immediate data a deo vt
dictum eſt. ergo conuenientem ordinem habent. Reſ.
dicẽdum ꝙ ſicut dictum eſt. precepta decalogi ordinantur d̃
his que ſtatim in promptu mens hominis ſuſcipit. Ma
nifeſtum eſt autem ꝙ tanto aliquid magis a ratione ſuſci
pitur quanto contrariũ eſt grauius. ⁊ magis repugnans
rationi. Manifeſtum eſt autem ꝙ cum rationis ordo a fi
ne incipiat. maxime eſt contra rationem vt homo ĩordina
te habeat ſe circa finem. Finis autem humane vite ⁊ ſocie
tatis eſt deus. ⁊ ideo. Primo oportuit per ꝓcepta decalo/
gi hominem ordinare ad deum cum eius contrarium ſit
grauiſſimum. ſicut etiã in exercitu qui ordinatur ad du
cem ſicut ad finem. primũ eſt ꝙ miles ſubdatur duci. et
huius cõtrarium eſt grauiſſimum. Secundũ vero eſt vt
alijs coordinetur. Inter ipſa autem ꝑ que ordinamur in
deum. primũ occurrit ꝙ homo fideliter ei ſubdatur nul
lam participationem cum inimicis habens. Secũdũ au
tem eſt ꝙ ei reuerentiam exhibeat. Tertium autem eſt ꝙ
etiam famulatum impendat. maiuſq̧ peccatum eſt etiã
in exercitu ſi miles infideliter agens cum hoſte pactũ ha
beat. q̃ ſi aliquam irreuerentiam faciat duci. ⁊ hoc etiã
grauius q̃ ſi in aliquo obſequio ducis deficiens inueni/
atur. In preceptis autem ordinantibus ad ꝓximum ma
nifeſtum eſt ꝙ magis repugnat rationi. ⁊ grauius pecca
tum eſt. ſi homo non ſeruet ordinem debitum ad ꝑſonas

quibus eſt magis debitor. ⁊ ideo inter precepta ordinantia ad proximum primo ponitur preceptum pertinens ad parentes. Inter alia vero precepta etiã apparet ordo ſcḋm ordinem grauitatis peccatorum. Grauius eſt enim ⁊ magis rationi repugnans peccare opere q̃ ore. ⁊ ore q̃ corde ⁊ inter peccata operis grauius eſt homicidium per quod tollitur vita hominis iam exiſtentis q̃ adulterium p̄ qḋ impeditur certitudo prolis naſciture. ⁊ adulterium grauius eſt q̃ furtum quod pertinet ad bona exteriora. ¶ Ad. j. ergo dicendum q̄ q̃uis ſcḋm viam ſenſus proximus ſit magis notus q̃ deus. tamen dilectio dei eſt ratio dilectionis proximi. vt infra patebit. ⁊ ideo precepta ordinantia ad deum fuerunt preordinanda. ¶ Ad. ij. dicendum q̄ ſicut deus eſt vniuerſale principium eſſendi omnibus. ita ⁊ pater ē principium quoddam eſſendi filio. ⁊ ideo incõuenienter poſt precepta pertinentia ad deum ponitur preceptum pertinẽs ad parentes. Ratio autem procedit quando affirmatiua ⁊ negatiua pertinent ad idem genus operis. q̃uis etiam ⁊ in hoc non habeat omnimodã efficaciam. ⁊ ſi enim ĩ executione operis prius extirpanda ſunt vitia q̃ inſerẽde virtutes ſcḋm illud pſ. Declina a malo ⁊ fac bonũ. ⁊ Eſa. j. Quieſcite agere peruerſe. diſcite bene facere. tamẽ ĩ cognitione prior eſt virtus q̃ peccatum. quia per rectuz cognoſcitur obliquũ. vt dicitur in primo de anima. p̄ legẽ autem cognitio peccati vt habetur Roma. v. dicitur. ⁊ ſcḋm hoc preceptum affirmatiuum debuiſſet primo poni. Sed non eſt iſta ratio ordinis. ſed que ſupra poſita eſt. quia in preceptis pertinentibus ad deum que ſunt prime tabule. vltimo ponitur preceptum affirmatiuũ. quia eius tranſgreſſio minorem reatum inducit. ¶ Ad. iij. dicendum q̄ peccatum cordis ⁊ ſi ſit prius in executione. tamen eius prohibitio poſterius cadit in ratione.

## Ad ſeptimuz ſic pceditur

Videtur q̄ precepta decalogi incõuenienter tradantur. Precepta enim affirmatiua ordinant ad actus virtutuz. precepta autem negatiua abſtrahunt ab actibus vitiorum. ſed circa quãlibet materiam opponuntur ſibi virtutes et vitia. ergo in qualibet materia de qua ordinat preceptuz decalogi debuit poni preceptum affirmatiuum et negatiuũ. incõuenienter igitur ponuntur quedaz affirmatiua ⁊ quedaz negatiua. ¶ Pre. Iſidorus dicit q̄ omnis lex ratione conſtat. ſed omnia precepta decalogi pertinent ad legem diuinam. ergo in omnibus debuit ratio aſſignari ⁊ non ſolum in primo ⁊ in tertio precepto. ¶ Pre. p̄ obſeruantiam preceptorum meretur aliquis premia a deo. ſed diuine promiſſiones ſunt de premijs preceptorum. ergo promiſſio debuit poni in omnibus preceptis. ⁊ non ſolum ĩ primo ⁊ quarto. ¶ Pre. lex vetus dicitur lex timoris. inq̃tum per cõminationes penaruz inducebat ad obſeruationes preceptorum. ſed omnia precepta decalogi pertinent ad legem veterem. ergo in omnibus debuit poni cõminatio pene. ⁊ non ſolum in primo ⁊ ſcḋo. ¶ Pre. omnia precepta dei ſunt in memoria retinenda. dicitur enĩ Pro. iij. Deſcribe ea ĩn tabulis cordis tui. incõuenientẽr ergo in ſolo tertio precepto fit mentio de memoria. ⁊ ita videtur q̄ precepta decalogi incõuenienter tradita eſſe. ¶ Sz contra eſt qḋ dicitur Sap. xj. q̄ deus omnia fecit in numero. pondere. ⁊ mẽſura. multo magis ergo in preceptis ſue legis congruũ modum tradendi ſeruauit. ¶ Rñ. dicendũ q̄ in preceptis diuine legis maxima ſapientia continetur. vnde dic. ĩ Deutero. iiij. Hec eſt veſtra ſapientia ⁊ intellectus coram populis. Sapientis autem eſt omnia debito modo ⁊ ordine diſponere. ⁊ ideo manifeſtuz eẽ debet q̄ precepta legis cõuenienti modo ſint tradita. ¶ Ad. j. ergo dicendum q̄ ſemper ad affirmationem ſequitur negatio oppoſiti. non autem ſemper ad negationem vnius oppoſiti ſequitur affirmatio alterius. ſequitur enim. ſi eſt album non eſt nigruz. non tamen ſequitur ſi non eſt nigrum. ergo ē album. quia ad plura ſe extendit negatio q̃ affirmatio. ⁊ inde eſt etiã q̄ non eſſe faciendũ iniuriam quod pertinet ad precepta negatiua ad plures perſonas ſe extendit ſcḋm primum dictamen rationis. q̃ eſſe debitum vt alteri obſequium vel beneficium impendatur. Ineſt autẽ primo dictamen rationis q̄ homo debitor eſt beneficij vł obſequij exhibendi illis a quibus beneficia accepit ſi nõ dum recompenſauit. Duo ſunt autem quorum beneficijs ſufficienter nullus recompenſare poteſt. ſcȝ deus ⁊ pater. vt dicitur in. viij. ethi. ⁊ ideo ſola duo precepta affirmatiua ponuntur. vnum de honoratione parentum. aliud de celebratione ſabbati in cõmemorationẽ diuini beneficij. ¶ Ad. ij. dicendum q̄ illa precepta q̃ ſunt pure moralia habent manifeſtã rõnẽ vñ nõ oportuit q̄ ĩ eis aliq̃ rõ adderet. ſȝ q̃buſdã preceptis addit̃ cerimoniale. vł determinatiuũ precepti moralis cõis. ſicut ĩ primo precepto. Non facies ſculptile. ⁊ in tertio precepto determinat̃ dies ſabbati. ⁊ ideo vtrobiq̄ oportuit rationem aſſignari. ¶ Ad. iij. dicẽdũ q̄ homines vt plurimum actus ſuos ad aliquam vtilitatem ordinant. et ideo in illis preceptis neceſſe fuit promiſſionem premij apponere. ex quibus videbatur nulla vtilitas ſequi. vel aliqua vtilitas impediri. quia vero parentes ſunt iam in recedendo ab eis non expectatur vtilitas. ⁊ ideo precepto de honore parentum additur promiſſio. Similiter etiam in precepto ḋ prohibitione idolatrie quia per hoc videbatur impediri apparens vtilitas quaz homines credunt ſe poſſe conſequi per pactum cuz demonibus initum. ¶ Ad. iiij. dicendum q̄ pene precipue neceſſarie ſunt contra illos qui ſunt proni ad malum. vt dicitur in. x. ethi. et ideo illis ſolis preceptis legis additur cõminatio penarum. in quibus erat pronitas ad malum erant autẽ homines proni ad idolatriam propter generalem cõſuetudinem gentium. Et ſimiliter ſunt etiam homines proni ad periurium propter frequentiã iuramenti. ⁊ ideo primis duobus preceptis adiungitur cõminatio. ¶ Ad. v. dicendum q̄ preceptum de ſabbato ponitur vt cõmemoratiuum beneficij preteriti. ⁊ ideo ſpecialiter in eo fit mentio de memoria. vel quia preceptum de ſabbato habet determinationem adiunctam que non eſt de lege nature. et ideo hoc preceptũ ſpeciali admonitione indiguit.

## Ad octauũ ſic proceditur.

Videtur q̄ precepta decalogi ſint diſpenſabilia. Precepta enim decalogi ſunt de iure naturali. ſed ius naturale in aliquibus deficit et mutabile eſt ſicut et natura humana. vt philoſophus dicit in. v. ethicorum. defectus autem legis in aliquibus particularibus caſibus eſt ratio diſpenſandi. vt ſupra dictum eſt. ergo in preceptis decalogi poteſt fieri diſpenſatio. ¶ Preterea ſicut ſe habet homo ad legem humanam. ita ſe habet ad legem datam diuinitus. ſed homo poteſt diſpenſare in preceptis legis q̃ homo ſtatuit. ergo cum precepta decalogi ſint inſtituta a deo videtur q̄ deus in eis poſſit diſpenſare. ſed prelati vice dei funguntur ĩ terris. Dicit enim Apoſtolus ij. ad Cor. ij. Naz ⁊ ego ſi quid donaui propter vos donaui in

perſona chriſti. ergo etiam et prelati poſſunt in preceptis decalogi diſpenſare. ¶ Pre. inter precepta decalogi continetur prohibitio homicidij. ſed in iſto precepto videtur diſpenſari per homines. puta cum ſm preceptum legis humane homines licite occidantur. puta malefactores vel hoſtes. ergo precepta decalogi ſunt diſpēſabilia. ¶ Pre. obſeruatio ſabbati continetur inter precepta decalogi. ſ3 in hoc precepto fuit diſpenſatum. Dicitur enim. j. Machabe. ij. Et cogitauerunt in die illa dicentes. omnis homo quicunqꝫ venerit ad nos in bello die ſabbatorum pugnemus aduerſus eum. ergo precepta decalogi ſunt diſpenſabilia. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Eſa. xxiiij. Quidam reprehēduntur de hoc ꝙ mutauerunt ius. diſſipauerunt fedus ſempiternum. quod maxime videtur intelligendum de preceptis decalogi. ergo precepta decalogi mutari per diſpenſationem non poſſunt. ¶ Rn̄. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. tunc in preceptis debet fieri diſpenſatio quando occurrit aliquis particularis caſus. in quo ſi verbum legis obſeruaretur. contrariaretur intentioni legiſlatoris. Intentio autem legiſlatoris cuiuſlibet ordinatur primo quidem et principaliter ad bonum cōmune. ſecundo autem ad ordinem iuſticie et virtutis. ſm quem bonum cōmune conſeruatur. et ad ipſum peruenitur. Si qua ergo precepta dentur que contineant ipſam conſeruationem boni cōmunis. vel ipſum ordinem iuſticie et virtutis. huiuſmodi precepta continent intentionē legiſlatoris. et ideo indiſpenſabilia ſunt. puta ſi poneretur hoc preceptum in aliqua cōmunitate. ꝙ nullus deſtrueret rem publicam. neqꝫ proderet ciuitatem hoſtibus. ſiue ꝙ nullus faceret aliquid iniuſte vel male. huiuſmodi precepta eſſent indiſpenſabilia. Sed ſi aliqua alia precepta traderentur ordinata ad iſta precepta. quibus determinātur aliqui ſpeciales modi. in talibꝰ preceptis diſpenſatio poſſet fieri inqūtum per omiſſionem huiuſmodi preceptorū in aliquibus caſibus non fieret p̄iudicium primis preceptis que continent intentionem legiſlatoris. puta ſi ad cōſeruationem rei publice ſtatueretur in aliqua ciuitate. ꝙ de ſingulis vicis aliqui vigilarent ad cuſtodiam ciuitatis obſeſſe. poſſet cum aliquibus diſpenſari propter aliquam maiorem vtilitatem. Precepta autem decalogi continēt ipſam intentionem legiſlatoris ſ3 dei. nam precepta prime tabule que ordinant ad deum. continent ipſum ordinem ad bonum cōmune et finale quod deus eſt. Precepta autem ſecunde tabule continent ipſum ordinem iuſticie inter homines obſeruande. vt ſ3 nulli fiat indebitum et cuilibet reddatur debitum. ſm hanc enim rationē ſunt intelligenda precepta decalogi. et ideo precepta decalogi ſunt omnino indiſpenſabilia. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ philoſophus non loquitur de iuſto naturali quod continet ipſum ordinem iuſticie. hoc enim nunqꝫ deficit ſ3 iuſticiam eſſe ſeruandam. ſed loquitur qūtum ad determinatos modos obſeruatiōis iuſticie qui in aliquibus fallūt. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut Apoſtolus dicit. ij. ad Timot. ij. Deus fidelis permanet. negare ſeipſum non poteſt. Negaret autem ſeipſum ſi ordinem ſue iuſticie auferret. cum ipſe ſit ipſa iuſticia. et ideo in hoc deus diſpenſare non poteſt. vt homini liceat non ordinate ſe habere ad deum. vel non ſubdi ordini iuſticie eius etiam in his ſm que homines ad inuicem ordinantur. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ occiſio hominis ꝓhibetur in decalogo ſm ꝙ habet rationem indebiti. ſic enim preceptum continet ipſam rationem iuſticie. Lex autem humana hoc concedere non poteſt. ꝙ licite homo bonus indebite occidatur. ſed malefactores occidi. vel hoſtes rei publice. hoc non eſt indebitum. vnde hoc non contrariatur precepto decalogi. nec talis occiſio eſt homicidium quod precepto decalogi prohibetur. vt Augꝰ dicit i primo de li. arbi. Et ſimiliter ſi alicui auferatur quod ſuum erat. ſi debitum eſt ꝙ ipſum amittat. hoc non ē furtum vel rapina. que precepto decalogi prohibentur. Et ideo quando filij iſrael precepto dei tulerunt egyptiorum ſpolia non fuit furtum. quia hec eis debebātur ex ſententia dei. Similiter et Abraam cum conſenſit occidere filiū non conſenſit in homicidium. quia debitum erat eum occidi per mandatum dei. qui eſt dominus vite et mortis. Ipſe enim eſt qui penam mortis infligit omnibus hominibus iuſtis et iniuſtis pro peccato primi parentis. cuius ſententie ſi homo ſit executor auctoritate diuina non erit homicida. ſicut nec deus. Et ſimiliter etiam Oſee accedens ad vxorem fornicariam. vel mulierem adulteram non eſt mechatus nec fornicatus. quia acceſſit ad eam q̄ ſua erat ſm mandatum diuinum qui eſt actor inſtitutionis matrimonij. Sic igitur precepta ipſa decalogi qūtum ad rationem iuſticie quam continent. imutabilia ſunt. ſ3 qūtum ad aliquam determinationem per applicationem ad ſingulares actus. vt ſcilicet hoc vel illud ſit homicidium. furtum. vel adulterium. aut non. hoc quidem eſt mutabile quādoqꝫ ſola auctoritate diuina. in his ſcilicet que a ſolo deo ſunt inſtituta. ſicut in matrimonio et i alijs huiuſmodi. quandoqꝫ etiam auctoritate humana. ſicut i his que ſunt cōmiſſa hominum iuriſdictioni. qūtum enim ad hoc homines gerunt vicem dei. non autem qūtum ad omnia. ¶ Ad. iiij. dicendum ꝙ illa excogitatio magis fuit interpretatio precepti qꝫ diſpēſatio. Non enim intelligitur violare ſabbatum qui facit opus quod eſt neceſſariū ad ſalutē humanā. ſicut dn̄s ꝓbat Mat. xij.

## Ad nonum ſic proceditur

Videtur ꝙ modus virtutis cadat ſub p̄cepto legis. Eſt enim modus virtutis vt aliquis iuſte operetur iuſta. et fortiter fortia. et ſimiliter de alijs virtutibus. ſed Deute. xvj. precipitur. Iuſte quod iuſtum ē exequeris. ergo modus virtutis cadit ſub p̄cepto. ¶ Pre. illud maxie cadit ſub p̄cepto qd ē d itentione legiſlatoris. ſ3 itētio legiſlatoris ad hoc ferf principalif vt hoīes faciat virtuoſos. ſic dicitur in. ij. ethi. Virtuoſi autem eſt virtuoſe agere. ergo modus virtutis cadit ſub precepto. ¶ Preterea modus virtutis proprie eſſe videtur vt aliquis voluntarie et delectabiliter operetur. ſed hoc cadit ſub precepto legis diuine Dicitur enim in p̄s. Seruite domino in leticia. et ij. ad Cor. ix. Non ex triſticia aut ex neceſſitate. hilarē enī datorem diligit deus. vbi glo. dicit. Quicquid boni facis cum hilaritate fac. et tunc bene facis. ſi autem cum triſticia facis. ſic directe non tu facis. ergo modus virtutis cadit ſub precepto legis. ¶ Sed contra. nullus poteſt operari eo modo quo operatur virtuoſus niſi habeat habitū virtutis. vt patet per philoſophum in. ij. et. v. ethic. Quicunqꝫ tranſgreditur preceptum legis meretur penam. ſequeretur ergo ꝙ ille qui non habet habitum virtutis. quicquid faceret mereretur penam. hoc autem eſt contra intētionem legis que intendit hominem aſſuefaciendo ad bona opera inducere ad virtutem. non ergo modus virtutis cadit ſub precepto. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſic ſupra dictum ē. p̄ceptum legis habet vim coactiuam. illud ergo directe cadit ſub precepto legis ad qd lex cogit. coactio aūt legis ē

ꝑ metum pene. vt dicitur in .x. ethi. Nam illud proprie cadit ſub precepto legis pro quo pena legis infligitur. ad inſtituendum autem penam aliter ſe habet lex diuina ⁊ aliter lex humana. Non enim pena legis infligitur niſi pro illis de quibus legiſlator habet iudicare. quia ex iudicio lex punit. homo autē qui eſt legiſlator humane non habet iudicare niſi de exterioribꝰ actibus. quia homines vident ea que parēt. vt dicitur .j. Reg. xvj. ſed ſolius dei qui ē lator legis diuine eſt iudicare de interioribꝰ motibꝰ voluntatū. ſm̄ illud ps. Scrutans corda ⁊ renes deus. ſm̄ hoc igiť dicendum eſt ꝙ modus virtutis quantum ad aliquid reſpiciť a lege humana ⁊ diuina. quantum ad aliquid autē a lege diuina. ſed non a lege humana. quantū ad aliquid vero nec a lege humana. nec a lege diuina. Modus enim virtutis in tribus conſiſtit ſm̄ philoſophū in .ij. ethi. quorum primū ē ſi aliquis operetur ſciens. hoc autem diiudicatur ⁊ a lege diuina ⁊ a lege humana. qd̄ enim aliquis facit ignorans ꝑ accidens facit. vnde ſm̄ ignorantiā aliqua diiudicantur ad penam vel veniam tam ſm̄ legē humanam ꝙ̄ ſm̄ legem diuinam. Secundū autem eſt vt aliquis operetur volens vel eligens. ⁊ ꝓpter hoc eligens in quo importať duplex motus interior. ſ. voluntatis ⁊ intentionis. de quibus ſupra dictum eſt. ⁊ iſta duo non diiudicat lex humana. ſed ſolum lex diuina. Lex enī humana non punit eum qui vult occidere ⁊ non occidit. punit autem eū lex diuina. ſm̄ illud Mat. v. Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio. Tertiū autem vt firme ⁊ imobiliter habeat ⁊ operetur. ⁊ iſta firmitas ꝓprie ꝑtinet ad habitum. vt ſcʒ aliquis ex habitu radicato operetur. ⁊ quantum ad hoc modus virtutis non cadit ſub precepto neqꝫ legis diuine neqꝫ legis humane. neqꝫ enī ab homine neqꝫ a deo punitur tanqꝫ ꝑcepti tranſgreſſor qui debitū parentibꝰ honorem impendit. quāuis non habeat habitum pietatis.

Ad .j. ergo dicendum ꝙ modus faciendi actum iuſticie qui cadit ſub ꝑcepto. eſt vt fiat aliquid ſm̄ ordinem iuris. nō autem ꝙ fiat ex habitu iuſticie. Ad .ij. dicendum ꝙ intētio legiſlatoris eſt de duobus. de vno quidem ad quod intendit per precepta legis inducere. ⁊ hoc ē virtus. Aliud autem eſt de quo intendit preceptum ferre. ⁊ hoc eſt qd̄ ducit vel diſponit ad virtutē. ſ. actus virtutis. Non enim idem eſt finis precepti. ⁊ id ď quo preceptum datur. ſicut neqꝫ in aliis rebꝰ idē eſt finis et qd̄ ē ad finem. Ad .iij. dicendum ꝙ operari ſine triſticia opus virtutis cadit ſub ꝑcepto legis diuine. quia quicunqꝫ cum triſticia operatur non volēs operatur. ſed delectabiliter operari ſiue cum leticia vel hilaritate. quodāmodo cadit ſub ꝑcepto. ſcʒ ſm̄ ꝙ ſequitur delectatio ex dilectione dei et ꝓximi. que cadit ſub precepto. cum amor ſit cauſa delectationis. ⁊ quodāmodo non ſm̄ ꝙ delectatio conſequitur habitum. Delectatio enī operis eſt ſignum habitus generati. vt diciť in .ij. ethi. Poteſt enī aliquis actus eſſe delectabilis vl̄ ꝓpter finem. vel ꝓpter ꝯuenientiam habitus.

## Ad decimū ſic ꝓceditur.

Videť ꝙ modus charitatis cadat ſub ꝑcepto diuine legis. Diciť enī Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. ex quo videť ꝙ obſeruatio mandatoꝝ ſufficiat ad introducendū ad vitā. ſed opa bona non ſufficiūt ad introducendum in vitā niſi ex charitate fiant. Diciť enī .j. ad Cor. xiij. Si diſtribuero in cibos paupeꝝ oēs facultates meas. ⁊ ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā. charitatem autem non habuero nihil mihi ꝓdeſt. ergo modus charitatis eſt in ꝑcepto. Pre. ad modū charitatis ꝓprie ꝑtinet vt omnia fiāt ꝓpter deum. ſed iſtud cadit ſub ꝑcepto. Diciť enī Apl's .j. ad Cor. x. Oīa in gloriam dei facite. ergo modus charitatis cadit ſub ꝑcepto. Pre. ſi modus charitatis non cadat ſub precepto. ergo aliquis poteſt implere precepta legis non habēs charitatē. ſed qd̄ poteſt fieri ſine charitate poteſt fieri ſine gratia que ſemꝑ adiuncta eſt charitati. ergo aliquis poteſt implere precepta legis ſine gratia. hoc autem eſt pelagiani erroris. vt patet per Auguſ. in li. de hereſibus. ergo modus charitatis eſt in precepto. Sed contra eſt. quia quicunqꝫ non ſeruat preceptum peccat mortaliter. ſi igitur modus charitatis cadat ſub precepto. ſequetur ꝙ quicunqꝫ operatur aliqd ⁊ non ex charitate peccet mortaliter. ſed quicunqꝫ non habet charitatem operatur non ex charitate. ergo ſequetur ꝙ quicunqꝫ non habet charitatem peccet mortaliter in omni opere quod facit quantumcunqꝫ ſit de genere bonoꝝ quod eſt inconueniens. Rñ. dicendum ꝙ circa hoc fuerunt contrarie opiniones. Quidam enim dixerunt abſolute modum charitatis eſſe ſub precepto. nec eſt impoſſibile obſeruare hoc preceptum charitatē non habenti. quia poteſt diſponere ad hoc ꝙ charitas ei infundatur a deo. nec quandocūqꝫ aliquis non habens charitatem facit aliquid de genere bonorum peccat mortaliter. quia hoc eſt preceptum affirmatiuū vt ex charitate operetur. ⁊ nō obligat ad ſemper. ſed pro tempore illo quo aliquis habet charitatem. Alij vero dixerunt ꝙ omnino modus charitatis non cadit ſub precepto. Vtriqꝫ autem quantū ad aliquid verum dixerunt. Actus enī charitatis dupliciter cōſiderari pt̄. Vno mō ſm̄ ꝙ eſt quidam actus per ſe. et hoc modo cadit ſub precepto legis quod de hoc ſpecialiter datur. ſcʒ Diliges dominū deum tuū. ⁊ diliges proximū tuum. ⁊ quantum ad hoc primi verum dixerunt. Non enim eſt impoſſibile hoc preceptum obſeruare qd̄ eſt de actu charitatis. quia homo poteſt ſe diſponere ad charitatem habendam. et quando habuerit eam poteſt ea vti. Alio modo poteſt conſiderari actus charitatis ſm̄ ꝙ eſt modꝰ actuum aliarum virtutum. hoc eſt ſm̄ ꝙ actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem que eſt finis precepti. vt dicitur .j. ad Timo. j. Dictum eſt enim ſupra ꝙ intentio finis eſt quidam modus formalis ſuperioris ordinis actus ordinati in finem. ⁊ hoc modo verū eſt quod ſecundo dixerunt ꝙ modus charitatis non cadit ſub precepto. hoc eſt dictu ꝙ in hoc precepto Honora patrem. nō includitur ꝙ honoretur pater ex charitate. ſed ſolum ꝙ honoreť pater. vn̄ q̄ honorat patrē. lʒ nō habeat charitatē nō efficiť trāſgreſſor huiꝰ ꝑcepti. ⁊ ſi ſit tranſgreſſor huiꝰ ꝑcepti qd̄ eſt ď actu charitatis. ꝓpter quā tranſgreſſionē meretur penam. Ad .j. ergo dicendum ꝙ dominus nō dixit. Si vis ad vitam ingredi ſerua vnum mandatum. ſed ſerua omnia mandata. inter que etiam contineť mandatum de dilectione dei ⁊ proximi. Ad .ij. dicendū ꝙ ſub precepto charitatis cōtinetur vt diligatur deus ex toto corde. ad quod pertinet vt omnia referantur in deum. ideo preceptum charitatis implere homo non poteſt niſi etiam omnia referantur in deum. Sic ergo qui honorat parentes tenetur ex charitate honorare non ex vi huius ꝑcepti quod eſt honorare parentes. ſʒ ex vi huius ꝑcepti Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo. Et cum iſta ſint duo precepta affirmatiua non obligantia ad ſemper. poſſunt ꝓ diuerſis tēporibus obligare. ⁊ ita poteſt cōtingere ꝙ aliquis implens ꝑceptū de honoratiōe parētū nō

tūc traſgrediatur ꝓceptum de omiſſione modi charitatis
Ad.iij.dōm ꝙ obſeruare oīa ꝓcepta legis homo non
poteſt niſi impleat ꝓceptum charitatis.quod non fit ſine
gratia.⁊ ideo impoſſibile ē ꝙ Pelagius dixit hoīem im
plere legem ſine gratia.

## Ad vndecimū ſic ꝓcedit

Videt̃ ꝙ īconueniēter diſtinguāt̃ alia moralia ꝓcepta le
gis ꝓter decalogū.Quia vt dn̄s dicit Mat.xxij.In duo
bus ꝓceptis charitatis depēdet oīs lex ⁊ ꝓphete.ſed hec
duo ꝓcepta explicāt̃ ꝑ decē ꝓcepta decalogi.ḡ nō oportet
alia precepta moralia tradere.Pre.precepta moralia
a iudicialibꝫ ⁊ cerimonialibus diſtinguunt̃.vt dictū eſt.
ſꝫ determinationes cōmuniū preceptoꝝ moraliū ꝑtinēt
ad iudicialia ⁊ cerimonialia precepta.cōmunia aūt prece
pta moralia ſub decalogo ꝯtinentur.vel etiā decalogo pre
ſupponūtur.vt dictū ē.ergo incōueniēter tradūtur alia ꝓ
cepta moralia ꝓter decalogum.Pre.precepta mora
lia ſunt ꝺ actibus omniū virtutū.vt ſupra dictū eſt.ſicut
igitur in lege ponūtur precepta moralia ꝓter decalogum
ꝑtinentia ad latriam.liberalitatem.⁊ miſericordiā.et ca
ſtitatem.ita etiā deberent poni aliqua precepta ꝑtinentia
ad alias virtutes.puta ad fortitudinē.ſobrietatem.⁊ alia
huiuſmodi.qḋ tamen non īuenitur.non ergo cōuenien
ter diſtinguūtur in lege alia precepta moralia preter deca
logum.Sed cōtra eſt qḋ in ꝓs dicitur.Lex domini im
maculata cōuertens animas.ſed ꝑ alia etiā moralia que
decalogo ſuꝑaddunt̃ homo cōſeruatur abſqꝫ macula pec
cati.⁊ anima eius ad deum cōuertitur.ergo ad legem ꝑti
nebat etiam alia ꝓcepta moralia tradere.Rn̄.dōm ꝙ
ſicut ex dictis patet.precepta iudicialia ⁊ cerimonialia ex
ſola inſtitutione vim habent.quia anteqꝫ inſtituerentur
non videbatur differre vtrum ſic vel aliter fierent.ſed pre
cepta moralia ex ipſo dictamine naturalis rationis effica
ciam habent.etiam ſi nunqꝫ in lege ſtatuantur.Hoꝝ au
tem triplex eſt gradus.nam quedaꝫ ſunt cōmuniſſima et
adeo manifeſta ꝙ editione nō indigent.ſicut mandata de
dilectione dei ⁊ ꝓximi ⁊ alia huiuſmodi.vt ſupra dictuꝫ
eſt.que ſunt quaſi fines preceptoꝝ.vnde in eis nullus po
teſt errare ſ̄m iudicium rationis.Quedam vero ſūt ma
gis determinata quoꝝ rationem ſtatim quilibet popula
ris poteſt de facili etiam videre.et tamen quia in paucio
ribus circa huiuſmodi cōtingit iudicium humanū ꝑuer
ti.huiuſmodi editione indigent.⁊ hec ſunt precepta deca
logi.Quedam vero ſunt quorum ratio non ē adeo cuili
bet manifeſta.ſed ſolum ſapientibus.⁊ iſta ſunt precepta
moralia ſuperaddita decalogo tradita a deo ꝑplō ꝑ Moy
ſen et Aaron.ſed quia ea que ſunt manifeſta ſunt princi
pia cognoſcendi eorum que non ſunt manifeſta.alia pre
cepta moralia ſuperaddita decalogo reducuntur ad prece
pta decalogi per modum cuiuſdā additionis ad ipſa.Nā
in primo precepto decalogi ꝓhibetur cultus alienoꝝ deo
rum.cui ſuperaddūtur alia precepta probibita eorū que
ordinantur in cultum idolorum.ſicut habetur Deutero.
xviij.Non inueniatur in te qui luſtret filiuꝫ ſuum.aut fi
liam ſuam ducens per ignem.nec ſit maleficus atqꝫ incā
tator.nec phitones conſulat.neqꝫ diuinos.⁊ q̄rat a mor
tuis veritatem.Secundum autem preceptum prohibet
periurium.ſuperadditur auteꝫ ei prohibitio blaſphemie.
Leuit.xxiiij.⁊ ꝓhibitio falſe doctrine.Deutero.xiij.Ter
tio vero precepto ſupadduntur omnia cerimonialia.Quar
to autem precepto ꝺ honore parentum ſuperadditur pre

ceptum de honoratione ſenum.ſ̄m illud Leuit.xix.Corā
cano capite conſurge ⁊ honora perſonam ſenis.⁊ vniuer
ſaliter omnia precepta inducentia ad reuerentiaꝫ exhibē
dam maioribus vel beneficia exhibenda.vel equalibꝫ vl
minoribus.Quinto autem precepto quod eſt de prohibi
tione homicidij additur prohibitio odij ⁊ cuiuſlibet vio
lationis ꝯtra ꝓximum.ſicut illud Leuit.xix.Non ſtabis
contra ſanguinem ꝓximi tui.⁊ etiam prohibitio odij fra
tris ſ̄m illud.Ne oderis fratrem tuū in corde tuo.Pre
cepto autem ſexto quod eſt de prohibitione adulterij.ſu
peradditur preceptum de prohibitione meretricij.ſ̄m il
lud Deutero.xxiij.Non erit meretrix de filiabus iſrael.
neqꝫ fornicator ꝺ filijs iſrael.⁊ iterum prohibitio vitij cō
tra naturam.ſ̄m illud Leuit.xviij.Cum maſculo non cō
miſceberis.cum omni pecore non coibis.Septimo au
tem precepto de prohibitione furti adiungitur preceptuꝫ
de prohibitione vſure.ſ̄m illud Deutero.xxiij.Non fe
nerabis fratri tuo ad vſuram.⁊ prohibitio fraudis.ſ̄m il
lud Deutero.xxv.Non habebis in ſacculo diuerſa pōde
ra.⁊ vniuerſaliter omnia que ad ꝓhibitionem calumnie
⁊ rapine pertinent.Octauo vero precepto quod eſt de ꝓ
hibitione falſi teſtimonij additur prohibitio falſi iudicij
ſ̄m illud Exo.xxiij.Nec in iudicio plurimoruꝫ acquieſce
ſententie.vt a veritate deuies.⁊ prohibitio mēdacij.ſicut
ibi ſubditur.Mendacium fugies.⁊ prohibitio detractio
nis.ſ̄m illud Leuit.xix.Non eris criminator et ſuſurro ī
populis.Alijs autem duobus preceptis nulla alia adiū
guntur.quia per ea vniuerſaliter omnis mala concupiſcē
tia prohibetur.Ad.j.ergo dōm ꝙ ad dilectionem dei
⁊ proximi ordinantur quedam precepta decalogi ſ̄m ma
nifeſtam rationem debiti.alia vero ſ̄m rationem magis
occultam.Ad.ij.dōm ꝙ precepta cerimonialia ⁊ iudi
cialia ſunt determinatiua preceptorum decalogi ex vi in
ſtitutionis.non autem ex vi naturalis inſtinctus.ſicut ꝓ
cepta moralia ſuperaddita.Ad.iij.dōm ꝙ precepta le
gis ordinantur ad bonum cōmune vt ſupra dictum eſt.⁊
quia virtutes ordinantur ad alium directe pertinent ad
bonuꝫ cōmune.⁊ ſimiliter virtus caſtitatis inqꝫtum actꝰ
generatiōis deſeruit bono cōmuni ſpeciei.ideo de iſtis vir
tutibus directe dantur precepta ⁊ decalogi et ſuperaddi
ta.De actu autem fortitudinis datur preceptum propo
nendum per duces exhortantes in bello quod ꝓ bono cō
muni ſuſcipitur.vt patet Deutero.xx.vbi mandatur ſa
cerdoti.Nolite metuere.nolite cedere.Similiter etiam
actus gule ꝓhibendus cōmittitur monitioni paterne.q2
contrariatur bono domeſtico.vnde dicitur Deutero.xxj
ex ꝑſona parentū.Monita noſtra audire ꝯtemnit.cōmeſ
ſationibus vacat.⁊ luxurie atqꝫ ꝯuiuijs.

## Ad duodecimuꝫ ſic ꝓcedi

tur.Videtur ꝙ precepta moralia veteris legis iuſtifica
rent.Dicit enim Apl's Roma.ij.Non enim auditores
legis iuſti ſunt apud deum.ſed factores legis iuſtificabū
tur.ſed factores legis dicuntur qui implent precepta le
gis.ergo precepta legis ad impleta iuſtificabāt.Pre.
Leuit.xviij.dicitur.Cuſtodite leges meas atqꝫ iudicia
que faciens homo viuet in eis.ſed vita ſpiritualis homi
nis eſt per iuſticiam.ergo precepta legis adimpleta iuſti
ficabant.Pre.lex diuina efficatior eſt qꝫ humana.ſed
lex humana iuſtificat.eſt enim quedam iuſticia in hoc ꝙ
precepta legis adimplentur.ergo precepta legis iuſtifi
cabant.Sed cōtra eſt ꝙ Apoſtolus dicit.ij.ad Coꝛ.iij

Littera occidit. qđ ſm Aug⁹ in li. đ ſpiritu ⁊ littera intelligitur etiam de preceptis moralibus. ergo precepta moralia non iuſtificabant. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſanū proprie et primo dicitur quod habet ſanitatem. per poſterius autem qđ ſignificat ſanitatem. vel quod cōſeruat ſanitatē. Ita iuſtificatio pmo ⁊ ꝓprie đr ipa factio iuſticie. ſecundario vero ⁊ q̄ſi improprie pt̄ dici iuſtificatio ſignificatio iuſticie. vel diſpoſitio ad iuſticiā qb⁹ duob⁹ modis manifeſtum eſt ꝙ p̄cepta legis iuſtificabant. inq̄tum ſꝫ diſponebant homines ad gratiam xp̄i iuſtificantem. quā etiam ſignificabant. quia ſicut dicit Aug⁹ contra Fauſtū etiaꝫ vita illius populi ꝓphetica erat et chriſti figuratiua. ſed ſi loquamur đ iuſtificatione proprie dicta. ſic conſiderandum eſt ꝙ iuſticia poteſt accipi prout eſt in habitu. vł prout eſt in actu. ⁊ ſm hoc iuſtificatio dupliciter dicitur. Uno quidem modo ſm ꝙ homo fit iuſtus adipiſcēs habitum iuſticie. Alio vero mō ſm ꝙ opa iuſticie operatur vt ſm hoc iuſtificatio nihil aliud ſit q̄ꝫ iuſticie executio. Iuſticia autem ſicut ⁊ alie virtutes poteſt accipi ⁊ acquiſita ⁊ infuſa. vt ex ſupra dictis patet. Acquiſita quidē cauſatur ex operibus. ſed infuſa cauſatur ab ipſo deo per ei⁹ gratiam. et hec eſt vera iuſticia đ qua nunc loquimur. ſm quam aliquis dicit̄ iuſtus apud deum. ſm illud Roma. iiij. Si Abraam ex operibus legis iuſtificatus eſt. habet gloriam. ſed non apud deum. Hec igitur iuſticia cauſari non poterat per precepta moralia que ſunt de actib⁹ humanis. ⁊ ſm hoc p̄cepta moralia iuſtificare nō poterāt iuſticiaꝫ cauſando. Si vero accipiatur iuſtificatio pro executione iuſticie. ſic precepta moralia iuſtificabant inq̄tū cōtinebant id quod eſt ſm ſe iuſtum. ſed ſacramenta illa veteris legis gratiam non cōferebant ſicut conferunt ſacramēta noue legis. que propter hoc iuſtificare dicūtur. Si vero accipiatur iuſtificatio pro executione iuſticie ſic omnia precepta legis iuſtificabant. aliter tamen ⁊ aliter. naꝫ precepta cerimonialia continebant quidem iuſticiam ſm ſe in generali, put ſcꝫ exhibebantur in cultum dei. in ſpeciali vero non continebant ſm ſe iuſticiam niſi ex ſola determinatione legis diuine. Et ideo de huiuſmodi preceptis dicitur ꝙ non iuſtificabant niſi ex deuotione ⁊ obedientia facientium. Precepta vero moralia et iudicialia continebant id quod erat ſm ſe iuſtū. vel in generali. vel etiam in ſpeciali. ſed moralia precepta continebant id qđ eſt ſm ſe iuſtū ſm iuſticiam generalem. que ē omnis virtus. vt dicitur in. v. ethi. Precepta vero iudicialia pertinebant ad iuſticiam ſpecialem que conſiſtit circa contract⁹ humane vite. qui ſunt inter homines ad inuicē. ¶ Ad. j ergo dōm ꝙ Apoſtolus accipit ibi iuſtificationem ꝓ executione iuſticie ¶ Ad. ij dōm ꝙ homo faciens precepta legis dicitur viuere in eis. quia nō incurrebat penā mortis quam lex tranſgreſſoribus infligebat, in quo ſenſu inducit hoc Apoſtolus ad Gal. iij. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ precepta legis humane iuſtificāt iuſticia acquiſita. de qua nō queritur ad preſens. ſed ſolū de iuſticia que ē apud deū.

¶ Queſtio CI

## DEinde cōſiderandū:

dum eſt de preceptis cerimonialibus. et primo de ipſis ſm ſe. ſecundo de cauſa eoꝝ. tertio de duratione ipſorum. Circa primū queruntur quattuor. primo que ſit ratio preceptorū cerimonialium. ſcđo vtrum ſint figuralia. tertio vtrum debuerint eſſe multa. quarto de diſtinctione ipoꝝ.

## Ad primum ſic proceditur.

Uidetur ꝙ ratio preceptorum cerimonialium non ī hoc conſiſtat ꝙ ptinent ad cultum dei. In lege enī veteri dātur iudeis quedam p̄cepta de abſtinentia ciborum. vt patet Leuit. xj. ⁊ etiam de abſtinēdo ab aliquibus veſtimētis. ſm illud Leuit. xix. Ueſtem que ex duob⁹ texta ē non indueris. ⁊ iterum. quod precipitur numeri. xv. Ut faciant ſibi fimbrias per angulos palliorū. ſꝫ huiuſmodi non ſunt p̄cepta moralia. quia non manent in noua lege. nec etiam iudicialia. quia non pertinent ad iudicium faciendum inter homines. ergo ſunt cerimonialia. ſed in nullo pertinere videntur ad cultum dei. ergo non eſt cerimonialium p̄ceptoruꝫ ratio ꝙ pertineant ad cultū dei. ¶ Pre. dicunt quidam ꝙ p̄cepta cerimonialia dicuntur illa que pertinēt ad ſolēnitates. quaſi dicerentur a cereis q̄ ī ſuis ſolēnitatibus accenduntur. ſed multa alia ſunt pertinentia ad cultum dei preter ſolēnitates. ergo non videtur ꝙ legis precepta cerimonialia non ea ratione dicātur quia pertinent ad cultum dei. ¶ Pre. ſm quoſdam precepta cerimonialia dicuntur quaſi norme. id eſt. regule ſalutis. Nam chere in greco idem eſt qđ ſalue. ⁊ omnia precepta legis ſunt regule ſalutis. ⁊ non ſolum illa que pertinēt ad dei cultum. ergo non ſolum illa precepta dicūtur cerimonialia que pertinent ad cultuꝫ dei. ¶ Pre. rabi Moyſes dicit ꝙ precepta cerimonialia dicuntur quorum ratio nō eſt manifeſta. ſed multa pertinentia ad cultum dei habēt rationem manifeſtam. ſicut ſabbati obſeruatio ⁊ celebratio phaſe et ſcenophegie ⁊ multorum aliorum quorum ratio aſſignat̄ in lege ḡ cerimonialia non ſunt que ptinēt ad cultum dei. ¶ Sed contra eſt quod dicitur Exo. xviij. Eſto populo in his que ad deum pertinēt. oſtendaſq̄ꝫ populo cerimonias ⁊ ritum colendi. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. cerimonialia precepta determinant precepta moralia ī ordine ad deum. ſicut iudicialia determināt precepta moralia in ordine ad proximum. Homo autē ordinatur ad deum per debitum cultum. ⁊ ideo cerimonialia ꝓprie dicuntur que ad cultuꝫ dei pertinent. Ratio autem huius nominis poſita ē ſupra vbi precepta cerimonialia ab alijs ſunt diſtincta. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ ad cultum dei pertinent non ſolum ſacrificia ⁊ alia huiuſmodi que immediate ad deum ordinari dicuntur. ſed etiaꝫ debita preparatio colentium deum ad cultum ipſius. ſicut etiam in alijs quecunq̄ꝫ ſunt preparatoria ad finē cadūt ſub ſcientia que eſt de fine. Huiuſmodi autem precepta que dantur in lege de veſtibus ⁊ cibis colētium deum. ⁊ alijs huiuſmodi. pertinent ad quandam preparationem ipſorum miniſtrantium. vt ſint idonei ad cultū dei. ſicut etiam ſpecialibus obſeruantijs aliqui vtuntur qui ſunt in miniſterio regis. vñ etiā ſub p̄ceptis cerimonialibus ꝯtinent̄. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ illa expoſitio noīs nō videt̄ eſſe multū ꝯueniēs. p̄ſertim cū non multū inueniatur in lege ꝙ in ſolēnitatib⁹ cerei accenderētur. ſed in ipo etiam cādelabro lucerne cum oleo oliuarum p̄parabantur. vt patet Leuit. xxiiij. Nihilominus tamen poteſt dici ꝙ in ſolēnitatibus omnia alia que pertinebant ad cultum dei diligentius obſeruabātur. ⁊ ſm hoc in obſeruatiōe ſolēnitatum omnia cerimonialia includuntur. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ nec illa expoſitio noīs videt̄ eſſe multū ꝯueniēs. Nomen enī cerimonie nō ē grecū ſꝫ latinum. Poteſt dici tamen ꝙ cū ſalus hominis ſit a deo. precipue illa p̄cepta vident̄ eſſe ſalutis regule que hominem ordināt ad deum. et ſic

cerimonialia dicũtur que ad cultũ dei ꝑtinēt. ¶ Ad .iiij.
dicēdum ꝙ illa ratio cerimonialiũ eſt quodāmodo ꝓbabilis
non ꝙ ex eo dicantur cerimonialia. quia eorum ratio nō
eſt manifeſta. ſꝫ hoc ē quoddā ꝯſequēs. qꝛ enī precepta ad
cultū dei ꝑtinentia oportet eſſe figuralia. vt īfra dicet̄ inde
eſt ꝙ eorū ratio non ē a deo manifeſta.

## Ad ſecunduꝫ ſic procedit̄

Videt̄ ꝙ ꝓcepta cerimonialia non ſint figuralia. Perti-
net enī ad officiū cuiuſlibet doctoris vt ſic ꝓnūciet vt d' fa-
cili itelligi poſſit. ſicut Aug' dicit l. iiij. de doctrina xp̄iana
⁊ hoc maxime videtur eſſe neceſſariū in legis latione. qꝛ
precepta legis populo ꝓponuntur. vñ lex debet eē manife-
ſta. vt Iſidor' dicit. ſi igitur precepta cerimonialia data
ſint in alicuius rei figuram. videtur incōuenienter tradi-
diſſe huiuſmodi precepta Moyſes non exponens quid fi-
gurarent. ¶ Pre. ea que in cultum dei aguntur maxime
debent honeſtatem habere. ſed facere aliqua facta ad aliq̄
repreſentanda videtur eſſe theatricum ſiue poeticum. In
theatris enim repreſentabātur olim ꝑ aliqua que ibi in-
gerebātur quedā aliorum facta. ergo videtur ꝙ huiuſmo-
di non debeant fieri ad cultum dei. ſed cerimonialia ordi-
nantur ad cultum dei. vt dictuꝫ eſt. ergo cerimonialia nō
debent eſſe figuralia. ¶ Pre. Aug' dicit in Enche. ꝙ de-
us maxime colitur fide. ſpe. ⁊ charitate. ſed precepta que
dantur de fide. ſpe. et charitate. non ſunt figuralia. ergo
precepta cerimonialia non debent eſſe figuralia. ¶ Pre.
dominus dicit Iohan. iiij. Spiritus eſt deus ⁊ eos que
adorant eum in ſpiritu et veritate adorare oportet. ſed fi-
gura non eſt ipſa veritas. imo contra ſe inuicem diuidun-
tur. ergo cerimonialia que pertinent ad cultuꝫ dei nō de-
bent eſſe figuralia. ¶ Sed cōtra eſt quod Apoſtolus di-
cit ad Col. ij. Nemo iudicet vos in cibo aut in potu aut ī
parte diei feſti. aut neomenie. aut ſabbatoꝝ que ſunt vm-
bra futurorum. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut iam dictum eſt
precepta cerimonialia dicũtur que ordinantur ad cultuꝫ
dei. Eſt autem duplex cultus dei. interior et exterior. cum
enim homo ſit compoſitus ex anima ⁊ corpore. vtrūqꝫ de-
bet applicari ad colendum deuꝫ. vt ſcꝫ anima colat interi-
ori cultu. ⁊ corpus exteriori. vnde dicitur in ps. Cor me-
um ⁊ caro mea exultauerunt in deum viuum. ⁊ ſicut cor-
pus ordinatur in deum per animaꝫ. ita cultus exterior or-
dinatur ad interiorem cultū. Conſiſtit aūt interior cult'
in hoc ꝙ anima coniungatur deo per intellectuꝫ et affectū
⁊ ideo ſm ꝙ diuerſimode intellectus ⁊ affectus colentis
deum deo recte coniungitur. ſm hoc diuerſimode exteri-
ores actus hominis ad cultum dei applicantur. In ſtatu
enim future beatitudinis intellectus humanus ipſaꝫ di-
uinam veritatem in ſeipſo intuebitur. ⁊ ideo exterior cul-
tus non conſiſtit in aliqua figura. ſed ſolum in laude dei
que procedit ex interiori cognitione ⁊ affectione. ſm illud
Eſa. lj. Gaudiuꝫ ⁊ leticia inuenitur in ea gratiarum actio
⁊ vox laudis. In ſtatu autē preſentis vite non poſſumus
diuinaꝫ veritatem in ſeipſa intueri. ſed oportet ꝙ radius
diuine veritatis nobis illuceſcat ſub aliquibus ſenſibili-
bus figuris. ſicut Dionyſius dicit primo ca. ce. hierar-
chie diuerſimode tamen ſm diuerſum ſtatum cognitio-
nis humane. In veteri enim lege neqꝫ ipſa diuina veri-
tas in ſeipſa manifeſtata erat. neqꝫ etiam adhuc ꝓpalata
erat via ad hoc perueniendi. ſicut Apoſtolus dicit ad He-
bre. vij. Et ideo oportebat exteriorem cultum veteris le-
gis non ſolum eſſe figuratiuū future veritatis manifeſtā-
de in patria. ſed etiā eſſe figuratiuā xp̄i qui eſt via ducēs
ad illam patrie veritateꝫ. Sed in ſtatu noue legis hec via
iam eſt reuelata. vnde hanc prefigurari non oportet ſicut
futuram. ſed cōmemorari oportet per moduꝫ preteriti vel
preſentis. ſed ſolum oportet prefigurari futuram verita-
tem glorie nondum reuelatam. et hoc eſt quod Apoſtol'
dicit ad Hebre. x. Vmbram habet lex futurorum bono-
rum. non ipſam imaginem rerum. Vmbra enim minus
eſt qꝫ imago. tanqꝫ imago pertinet ad nouam legem. vm-
bra vero ad veterem. ¶ Ad .j. ergo dicēdum ꝙ diuina nō ſūt
reuelanda hominibus niſi ſm eorum capacitatem. alio-
quin daretur eis precipitij materia dum contemnerent
que capere non poſſent. ⁊ ideo vtilius fuit vt ſub quodaꝫ
figurarum velamine diuina myſteria rudi populo trade-
rētur. vt ſic ſaltem ea implicite cognoſcerent. dum illis fi-
guris deſeruirent ad honorem dei. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ
ſicut poetica non capiuntur a ratione humana propter de-
fectum veritatis qui eſt in eis. ita etiam ratio humana ꝑ-
fecte capere non poteſt diuina propter excedentem ipſoꝝ
veritatem. ⁊ ideo vtrobiqꝫ opus eſt repreſentatione ꝑ ſen-
ſibiles figuras. ¶ Ad .iij. dicēdum ꝙ Aug' ibi loquitur
de cultu interiore. ad quem tamen ordinari oportet exte-
riorem cultum. vt dictum eſt. Et ſimiliter dicendum eſt
ad quartum. qꝛ ꝑ xp̄m hoīes pleni' ad ſpiritualeꝫ dei cul-
tum ſunt introducti.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ non debuerunt eſſe multa cerimonialia prece-
pta. Ea enim que ſunt ad finem debent eſſe fini ꝓportio-
nata. ſed cerimonialia precepta. ſicut dictum eſt. ordinā-
tur ad cultum dei ⁊ in figuram chriſti. eſt autem vnus de-
us a quo omnia ⁊ vnus dominus Ieſus chriſtus ꝑ quē
omnia. vt dicitur. j. ad Coꝛ. viij. ergo cerimonialia nō de-
buerunt multiplicari. ¶ Pre. multitudo cerimonialium
preceptorum tranſgreſſionis erat occaſio. ſm illud qꝺ di-
cit Petrus Act. xv. Quid temptatis deum imponere iu-
gum ſuper ceruicem diſcipulorum qꝺ neqꝫ nos neqꝫ pa-
tres noſtri portare potuimus tranſgreſſio diuinorum ꝓ-
ceptorum cōtrariatur humane ſaluti. cum igitur lex om-
nis debeat ſaluti congruere hominum. vt Iſidorus dicit
videtur ꝙ nō debuerunt multa precepta cerimonialia da-
ri. ¶ Pre. precepta cerimonialia pertinebant ad cultum
dei exteriorem et corporalem. vt dictum eſt. ſed huiuſmo-
di cultum corporalem lex debebat diminuere. quia ordi-
nabat ad chriſtum. qui docuit homines deum colere ī ſpi-
ritu et veritate. vt habetur Ioh. iiij. non ergo debuerunt
multa precepta cerimonialia dari. ¶ Sed cōtra eſt qꝺ
dicitur Oſee. viij. Scribam eis multiplices leges ſuas
et Iob. xj. Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientie. ꝙ multi-
plex ſit lex eius. ¶ Rñ. dicendum ꝙ ſicut ſupra dictuꝫ
eſt. omnis lex alicui populo datur. In populo auteꝫ duo
genera hominum cōtinentur. quidam ꝓni ad maluꝫ qui
ſunt per precepta legis coherc endi. vt ſupra dictum eſt
quidam habentes inclinationem ad bonum vel ex natu-
ra. vel ex conſuetudine. vel etiam ex gratia. ⁊ tales ſunt ꝑ
legis preceptū inſtruendi. ⁊ in meli' ꝓmouendi. Quan-
tum igitur ad vtrūqꝫ genus hominum expediebat prece-
pta cerimonialia in veteri lege multiplicari. Erant enim
in illo populo aliqui ad idolatriā ꝓni. ⁊ ideo neceſſe erat
vt ab idolatrie cultu ꝑ ꝓcepta cerimonialia reuocarēt̄ ad
cultū dei. ⁊ qꝛ multipliciter hoīes idolatrie deſeruiebant
oportebat ecōtrario multa inſtitui ad ſingula reprimēda

et iterum multa talibus imponi. vt quaſi onerati ex his que ad cultū dei impenderent. non vacarent idolatrie deſeruire. Ex parte vero eorum qui erant proni ad bonum etiam neceſſaria fuit multiplicatio cerimonialiū preceptorum. tum quia per hoc diuerſimode mens eorum referebatur in deum ⁊ magis aſſidue. tum etiam quia myſteriū chriſti. qui per huiuſmodi cerimonialia figurabatur. multiplices vtilitates attulit mundo. ⁊ multa circa ipſum conſiderāda erāt que oportuit per diuerſa cerimonialia figurari. ¶ Ad .j. ergo dicendum ꝙ quando id quod ordinatur ad finē eſt ſufficiens ad ducendū in finē. tunc ſufficit vnum ad finē. ſicut vna medicina ſi ſit efficax ſufficit quandoque ad ſanitatem inducendā. ⁊ tunc non oportet multiplicari medicinā. ſed propter debilitatem ⁊ imperfectionem eius quod eſt ad finem oportet ea multiplicari. ſicut multa adhibentur remedia infirmo quādo vnū non ſufficit ad ſanandum. Cerimonie autē veteris legis inualide ⁊ imperfecte erant ad repreſentandū chriſti myſterium quod eſt ſuperexcellens. et ad ſubiugandum mentes hominū deo. vnde Apl's dicit ad Hebre. vij. Reprobatio fit precedentis mādati propter infirmitatem ⁊ inutilitatem. nihil enim ad perfectum adduxit lex. ⁊ ideo oportuit huiuſmodi cerimonias multiplicari. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſapientis legiſlatoris eſt minores tranſgreſſiones permittere vt maiores caueantur. ⁊ ideo vt caueretur tranſgreſſio idolatrie ⁊ ſuperbie que in iudeorū cordibus naſceretur. ſi omnia precepta legis implerent. non propter hoc pretermiſit deus multa cerimonialia precepta tradere. quia de facili ſumebant ex hoc tranſgrediendi occaſionē. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ vetus lex in multis diminuit corporalem cultum. propter quod ſtatuit ꝙ nō in omni loco ſacrificia offerrētur neque quibuſlibet ⁊ multa huiuſmodi ſtatuit ad diminutionē exterioris cultus. ſicut enī rabi Moyſes egyptius dicit. Oportebat tamē nō ita attenuare corporalem cultum dei vt homines ad cultum demonū declinarent.

## Ad quartum ſic proceditur

Videtur ꝙ cerimonie veteris legis inconuenienter diuidantur in ſacrificia. ſacramēta. ſacra ⁊ obſeruantias. Cerimonie enī veteris legis figurabāt chriſtum. ſed hec ſolū fiebant per ſacrificia per que figurabatur ſacrificiū quo chriſtus ſe obtulit oblationē ⁊ hoſtiā deo. vt dicitur ad Ephe. v. ergo ſola ſacrificia erant cerimonialia. ¶ Preterea vetus lex ordinabatur ad nouā. ſed in noua lege ipſum ſacrificium eſt ſacramentum altaris. ergo in veteri lege nō debuerunt diſtingui ſacramenta contra ſacrificia. ¶ Preterea ſacrum dicitur quod eſt deo dedicatū. ſecundum quē modū tabernaculum ⁊ vaſa eius ſanctificari dicebantur. ſed omnia cerimonialia erant ordinata ad cultū dei. vt dictum eſt. ergo cerimonialia omnia ſacra erāt. nō ergo vna pars cerimonialiū debet ſacra nominari. ¶ Preterea obſeruantie ab obſeruando dicuntur. ſed omnia precepta legis obſeruari debebant. Dicitur enī Deutero. viij. Obſerua ⁊ caue ne quando obliuiſcaris domini dei tui. ⁊ negligas mandata eius atque iudicia ⁊ cerimonias. non ergo obſeruantie debent poni vna pars cerimonialium. ¶ Preterea ſolēnitates inter cerimonialia computantur cum ſint in vmbram futuri. vt patet ad Col. ij. Similiter etiam oblationes ⁊ munera. vt patet per apoſtolum ad Hebre. ix. Que tamen ſub nullo horum contineri videntur. ergo inconueniens eſt predicta diſtinctio cerimonialium. ¶ Sed contra eſt ꝙ in veteri lege ſingula predicta cerimonie vocantur. ſacrificia enim dicuntur cerimonie. Numeri. xv. Offerat vitulum ⁊ ſacrificia eius ad libamenta vt cerimonie eius poſtulant. De ſacramento etiam ordinis dicitur Leuit. viij. Hec eſt vnctio Aaron et filiorum eius in cerimonijs. De ſacris etiā dicitur Exo. xxxviij. Hec ſūt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij in cerimonias leuitarum. De obſeruantijs etiam dicitur .iij. Reg. ix. Si autem fueritis non ſequentes me. nec obſeruantes cerimonias quas propoſui vobis. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ ſicut dictum eſt. cerimonialia precepta ordinantur ad cultum dei. in quo quidem cultu cōſiderari poſſunt ⁊ ipſe cultus ⁊ colentes. ⁊ inſtrumenta colendi. Ipſe autem cultus ſpecialiter conſiſtit in ſacrificijs que in dei reuerentia offeruntur. Inſtrumenta autem colendi pertinent ad ſacra. ſicut eſt tabernaculum. ⁊ vaſa ⁊ alia huiuſmodi. Ex parte autem colentium duo poſſunt conſiderari. ſcilicet eorum inſtitutio ad cultū diuinum. quod fit per quādam conſecrationem vel populi. vel miniſtrorum. ⁊ ad hoc pertinent ſacramenta. ⁊ iterum eorum ſingularis conuerſatio per quā diſtinguūtur ab his qui deum non colunt. ⁊ ad hoc pertinent obſeruantie puta in cibis ⁊ veſtimentis ⁊ alijs huiuſmodi. ¶ Ad .j. ergo dicendum ꝙ ſacrificia offerri oportebat ⁊ in aliquibus locis ⁊ per aliquos homines. ⁊ totum hoc ad cultum dei pertinet. vnde ſicut per ſacrificia ſignificatur chriſtus immolatus. ita etiam per ſacramenta et ſacra illorū figurabātur ſacramenta ⁊ ſacra noue legis. ⁊ per eorum obſeruantias figurabatur conuerſatio populi noue legis. que omnia ad chriſtum pertinent. ¶ Ad .ij. dicendum ꝙ ſacrificiū noue legis. id eſt. eucharistia. continet ipſum chriſtum qui eſt ſanctificationis auctor. Sanctificauit enim per ſuum ſanguinem. vt dicitur ad Hebre. vlt. ⁊ ideo hoc ſacrificium etiam ſacramentū eſt. ſed ſacrificia veteris legis nō continebant chriſtum. ſed ipſum figurabant. et ideo nō dicuntur ſacramenta. ſed ad hoc deſignandum ſeorſum erant quedam ſacramenta in veteri lege que erant figure future conſecrationis. quibus etiam quibuſdam conſecrationibus quedā ſacrificia adiungerentur. ¶ Ad .iij. dicendum ꝙ ſacrificia ⁊ etiam ſacramenta erant. ſed quedam erant que erant ſacra. vtpote ad cultū dei dicata. nec tamē erāt ſacrificia. nec ſacramenta. et ideo retinebant ſibi cōmune nomen ſacrorum. ¶ Ad .iiij. dicendum ꝙ ea que pertinent ad conuerſationem populi deum colentis. retinebant ſibi cōmune nomen obſeruantiarum. inquantum a premiſſis deficiebant. Non enim dicebantur ſacra. quia non habebant immediatum reſpectum ad cultum dei. ſicut tabernaculū ⁊ vaſa eius. ſed per quandam conuenientiam erant cerimonialia. inquantum pertinebant ad quandam idoneitatē populi colentis deum. ¶ Ad .v. dicendum ꝙ ſicut ſacrificia offerebantur in determinato loco. ita etiam offerebantur in determinatis temporibus. vnde etiā ſolēnitates inter ſacra cōputari videntur. Oblationes autē ⁊ munera computantur cum ſacrificijs. quia deo offerebantur. vnde Apl's dicit ad Hebre. v. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his que ſunt ad deū vt offerat dona ⁊ ſacrificia pro peccatis. ¶ Queſtio CII

## Deinde conſiderandū

eſt de cauſis cerimonialium preceptorū. ⁊ circa hoc queruntur ſex. primo vtrum precepta cerimonialia habeant cauſam. ſecūdo vtrum habeāt cauſam litteralē. vel ſolum figuralem. tertio de cauſis ſacrificiorū. quarto de cauſis ſacramentorū. quinto de cauſis ſacrorū. ſexto de cauſis obſeruantiarum.

## Ad primum ſic procedit.

Videt̃ ꝙ cerimonialia ꝑcepta nõ habeant cauſam. Quia
ſup illud Ephe. ij. Legẽ mandatoꝝ decretis euacuans. di
cit glo. i. euacuans legem veterem ꝗ̃tum ad carnales ob
ſeruantias decretis. i. ꝑceptis euãgelicis que ex rõne ſũt.
ſed ſi obſeruantie veteris legis ex rõne erant. fruſtra eua-
cuarẽtur ꝑ rationabilia decreta noue legis. non ergo ceri-
moniales obſeruãtie veteris legis habebãt aliquã ratio
nem. ¶ Pre. vetus lex ſucceſſit legi nature. ſed ĩ lege na
ture fuit aliqđ ꝑceptum qđ nullam rõnem habebat niſi
vt hominis obedientia ꝓbaretur. ſicut Aug⁹ dicit. viij. ſup
Geñ. ad lr̃am de ꝓhibitione ligni vite. ergo etiam in ve
teri lege aliqua ꝑcepta danda erant in quibus hoĩs obe-
dientia ꝓbaretur. que de ſe nullã rõnem haberẽt. ¶ Pre.
opera hoĩs dicuntur moralia ſm̃ ꝙ ſunt a rõne. ſi igit̃ ce-
rimonialiũ ꝑceptorum ſit aliqua ratio. nõ differrẽt a mo
ralibus preceptis. videtur ergo ꝙ cerimonialia precepta
non habeant aliquaꝫ cauſam. ratio enĩ ꝑcepti ex aliq̃ cau-
ſa ſumitur. ¶ Sed ↄ̃tra eſt qđ dicitur in pŝ. Preceptũ
dñi lucidum illuminãs oculos. ſed cerimonialia ſunt p-
cepta dei. ergo ſunt lucida. qđ non eſſet niſi haberent rati
onabilem cauſam. ¶ Rñ. dđm ꝙ cum ſapientis ſit ordi
nare ſm̃ philoſophũ in primo methaphiſice. ea q̃ ex diui-
na ſapientia ꝓcedunt oportet eſſe ordinata. vt Apl's di
cit ad Roma. xiij. Ad hoc autem ꝙ aliqua ſint ordinata
duo requiruntur. Primo quidẽ ꝙ aliqua ordinẽtur ad
debitum finem qui ẽ principiũ totius ordinis in rebus
agendis. ea enim que caſu eueniunt ꝑter intentionem fi-
nis. vel que non ſerio fiunt ſꝫ ludo dicimus eſſe inordi-
nata. Scđo oportet ꝙ id qđ eſt ad finem ſit ꝓportionatuꝫ
fini. ⁊ ex hoc ſequitur ꝙ ratio eoꝝ que ſunt ad finẽ ſumi-
tur ex fine. ſicut ratio diſpoſitionis ſerre ſumitur ex ſecti-
one que eſt finis eius. vt dicit̃ in. ij. phiſicoꝝ. Manifeſtũ
eſt autem ꝙ ꝑcepta cerimonialia ſicut ⁊ omnia alia ꝑce-
pta legis ſunt ex diuina ſapientia inſtituta. vnde dicitur
Deutero. iiij. Hec ẽ ſapientia veſtra ⁊ intellectus coram
populis. vñ neceſſe eſt dicere ꝙ ꝑcepta cerimonialia ſint
ordinata ad aliqueꝫ finem ex quo eoꝝ rationabiles cauſe
aſſignari poſſint. ¶ Ad. j. ergo dđm ꝙ obſeruantie veteris
legis poſſunt dici ſine rõne ꝗ̃tum ad hoc ꝙ ipſa facta in
ſui natura rõnem non habebant. puta ꝙ veſtis non confi
ceretur ex lana ⁊ lino. poterant tamẽ habere rõnem ex or-
dine ad aliud. inq̃ꝫtuꝫ ſcꝫ vel aliquid per hoc figurabatur
vel aliquid excludebatur. ſꝫ decreta noue legis que preci-
pue conſiſtũt in fide ⁊ dilectione dei ex ipſa natura actus
rationabilia ſunt. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ ꝓhibitio ligni ſciẽtie
boni ⁊ mali non fuit ꝓpter hoc ꝙ illud lignũ eſſet natura
liter malum. ſed tamẽ ipſa ꝓhibitio habuit aliquã rõneꝫ
ex ordine ad aliud inq̃ꝫtuꝫ ſcilicet per hoc aliquid figura
batur. et ſic etiam cerimonialia ꝑcepta veteris legis ha-
bent rõnem in ordine ad aliud. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ precepta
moralia ſm̃ ſuã naturã habẽt rõnabiles cauſas. ſicut Nõ
occides. Non furtũ facies. ſꝫ ꝑcepta cerimonialia habẽt
rõnabiles cauſas ex ordine ad aliud. vt dictũ ẽ.

## Ad ſecunduꝫ ſic procedit

Videtur ꝙ ꝑcepta cerimonialia non habebãt cauſaꝫ lit-
teralem. ſed figuralem tm̃. Inter ꝑcepta enĩ cerimonia-
lia ꝑcipua erant circumciſio ⁊ ĩmolatio agni paſcalis. ſed
vtrũq3 iſtorum non habebat niſi cauſam figuralem. quia
vtrũq3 iſtoꝝ datum eſt in ſignum. Dicitur enĩ Geñ. xvij.
Circũcidetis carnem ꝑputij veſtri vt ſit ĩ ſignum federis
inter me ⁊ vos. ⁊ de celebratiõe phaſe dicit̃ Exo. xiij. Erit
quaſi ſignum in manu tua. ⁊ quaſi monumentũ añ ocu-
los tuos. ergo multo magis alia cerimonialia non habẽt
niſi cauſam figuralem. ¶ Pre. effectus ꝓportionant̃ ſue
cauſe. ſꝫ omnia cerimonialia ſunt figurata, vt ſupra dictũ
eſt. ergo non habẽt niſi cauſam figuralem. ¶ Pre. illud
quod de ſe eſt indifferens vtrum ſic vel non ſic fiat. nõ vi
detur habere aliquã litteralem cauſam. ſed quedã ſunt in
preceptis cerimonialibus que non videntur differre vtrũ
ſic vel ſic fiant. ſicut eſt de numero animalium offerendo
rum ⁊ alijs huiuſmodi ꝑticularibus circũſtãtijs. ergo p-
cepta veteris legis non habent rõnem litteralem. ¶ Sꝫ
contra. ſicut precepta cerimonialia figurabant chriſtum.
ita etiam hiſtorie veteris teſtamenti. Dicitur enim. j. ad
Coꝝ. x. ꝙ omnia ĩ figuram contingebant illis. ſed ĩ hiſto
rijs veteris teſtamenti preter intellectum myſticum ſeu
figuralem eſt etiam intellectus litteralis. ergo etiam pre-
cepta cerimonialia preter cauſas figurales habebant etiã
cauſas litterales. ¶ Rñ. dđm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. ra
tio eorum que ſunt ad finem oportet ꝙ fine ſumatur. Fi
nis autem ꝑceptorum cerimonialium eſt duplex. Ordi-
nabantur enim ad cultum dei ꝓ tempore illo ⁊ ad figurã
dum chriſtum ſicut etiam verba ꝓphetarum ſic reſpicie-
bant preſens tempus ꝙ etiam in figuram futuri dicebã
tur. vt Hiero⁹ dicit ſup Oſee. Sic igitur rationes prece
ptorum cerimonialium veteris legis dupliciter accipi poſ
ſunt. Vno modo ex ratione cultus diuini qui erat ꝓ tem
pore illo obſeruandus. ⁊ rationes ille ſunt litterales ſiue
ꝑtineant ad vitandum idolatrie cultum. ſiue ad rememo
randum aliqua dei beneficia. ſiue ad inſinuandum excel-
lentiam diuinam. vel etiam ad deſignandum diſpoſitio
nem mentis que tunc requirebatur in colentibus deum.
Alio modo poſſunt eorum rationem aſſignari ſm̃ ꝙ ordi
nantur ad figurandum chriſtum. ⁊ ſic habent rationes fi-
gurales ⁊ myſticas. ſiue accipiãtur ex ipſo chriſto ⁊ eccle-
ſia. qđ pertinet ad allegoriam. ſiue ad mores populi chri-
ſtiani. quod ꝑtinet ad moralitatem. ſiue ad ſtatum future
glorie, put in eam introducimur per chriſtum qđ pertinet
ad anagogiam. ¶ Ad. j. ergo dđm ꝙ ſicut intellect⁹ me-
taphorice locutionis in ſcripturis eſt litteralis. quia ver
ba ad hoc ꝓferuntur vt hoc ſignificent. ita etiam ſignifi-
cationes cerimoniarum legis que ſunt cõmemoratiue be
neficiorum dei, ꝓpter que inſtituta ſunt. vel alioꝝ huiuſ
modi que ad illum ſtatum ꝑtinebant. non tranſcendunt
ordinem litteralium cauſaruꝫ. vnde oportet ꝙ aſſignetur
cauſa celebrationis phaſe. quod ẽ ſignum liberationis ex
egypto. ⁊ ꝙ circumciſio eſt ſignum pacti qđ deus habuit
cum Abraam pertinet ad cauſam litteralem. ¶ Ad. ij. di
cendũ ꝙ ratio illa ꝓcederet ſi cerimonialia precepta eẽnt
data ſolum ad figurandum futurum. non autem ad pre-
ſentialiter deum colendum. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ ſicut in legi
bus humanis dictum eſt ꝙ ĩ vniuerſali habẽt rationem
non autẽ ꝗ̃tum ad ꝑticulares cõditiones. ſed hec ſunt ex
arbitrio inſtituentium. Ita etiam multe ꝑticulares deter
minationes ĩ cerimonijs veteris legis non habẽt aliquã
cauſam litteralem. ſed ſolum figuralem. In cõmuni vero
habent etiã cauſam litteralem.

## Ad tertium ſic ꝓceditur.

Videtur ꝙ nõ poſſit cõueniens ratio aſſignari cerimoni-
arum que ad ſacrificia ꝑtinent. Ea enĩ q̃ in ſacrificium

offerebātur. ſunt illa q̄ ſunt neceſſaria ad ſuſtentādā hu-
manā vitā. ſicut animalia q̄dā ⁊ panes quidā. ſ; deus ta-
li ſuſtentamēto nō indiget. ſm illud ps. Nūquid mādu-
cabo carnes tauroꝝ. aut ſanguinē hyrcoꝝ potabo? ergo in
cōueniēter hmōi ſacrificia deo offerebant. ¶ Pre. in ſacri
ficiū diuinū nō offerebat̄ niſi d̄ tribus generibus anima-
liū quadrupedū. ſ. de genere boum. ouium ⁊ capraꝝ. ⁊ de
auibꝰ cōmuniter quidē turtur ⁊ colūba. Specialiter aūt
in emūdatione leproſi fiebat ſacrificiū de paſſeribꝰ. mul-
ta aūt animalia alia ſunt his nobiliora. Cū igit̄ omne qd̄
ē optimū deo ſit exhibendum. videt̄ q̄ nō ſolū de iſtis re
bus fuerint deo ſacrificia offerenda. ¶ Pre. ſicut homo a
deo habet dominiuȝ volatiliū ⁊ beſtiarū. ita etiam piſci-
um. incōueniēter igitur piſces a diuino ſacrificio exclude
bant̄. ¶ Pre. indifferenter offerri mādabātur turtures et
colūbe. ſicut igit̄ mādabāt̄ offerri pulli colūbaꝝ. ita etiaȝ
pulli turturū. ¶ Pre. deus ē actor vite nō ſolū hominū
ſ; etiā animaliū. vt p; p id qd̄ dicit̄ Gen. j. Mors autē
opponit̄ vite. nō ergo debuerunt deo offerri animalia occi
ſa. ſed magis aīalia viuētia. p̄cipue q: etiā Apl's monet
Roma. xij. vt exhibeamus corpa nr̄a hoſtiā viuenteȝ ſan
ctā deo placētē. ¶ Pre. ſi animalia deo in ſacrificiū nō of
ferebantur niſi occiſa. nulla videret̄ eſſe differentia quali
ter occidant̄. incōueniēter igitur determinat̄ modus imo
lationis p̄cipue in auibꝰ. vt p; Leuit. j. ¶ Pre. oīs defe-
ctus animalis via ē ad corruptionē ⁊ mortē. ſi igitur ani
malia occiſa deo offerebantur. incōueniens fuit ꝓhibere
oblationē animalis impfecti. puta claudi. aut ceci. aut ali
ter maculoſi. ¶ Pre. illi qui offerunt hoſtias deo debent
de eis participare. ſm illud Apli. j. ad Coꝝ. x. Nonne qui
edunt hoſtias pticipes ſunt altaris? incōuenienter igitur
quedā ptes hoſtiaꝝ offerentibꝰ ſubtrahebant̄. ſcȝ ſanguis
nephariū reputabāt vt boues triturātes de frugibꝫ come-
derēt. aliq̄ etiā malefici vtebātur matre auis incubāte et
pullis ei⁹ ſimul captis ad fecūditatē. ⁊ fortunā circa nu-
tritionē filioꝝ. ⁊ q² etiā ī augurijs reputabaf hoc eē fortu-

natū ꝙ inueniref mater incubās filijs. Circa cōmixtionē
vero aīalium diuerſe ſpeciei. rō litteralis potuit eē triplex.
vna q̄dē ad deteſtationē idolatrie egyptioꝝ q̄ diuerſis cō-
mixtionib⁹ vtebāf in ſeruitiū planetaꝝ. qui ſm diuerſas
ꝯiunctiōes habēt diuerſos effect⁹. ⁊ ſup diuerſas ſpecies
rerū. Alia ratio eſt ad excludendum ꝯcubitus ꝯtra naturam.
Tertia ratio ē ad tollendā vniuerſaliter occaſionē ꝯcupi-
ſcētie. Animalia enī diuerſaꝝ ſpecieꝝ nō cōmiſcenf de fa-
cili ad inuicē niſi hoc ꝑ hoīes ꝓcuref. ⁊ in aſpectu coitus
animaliū excitaf homini ꝯcupiſcētie motus. vn̄ ⁊ in tradi-
tionibus iudeoꝝ ꝓhibitū inuenif. vt rabi Moyſes dicit.
vt hoīes auertāt oculos ab animalib⁹ coeuntib⁹. Figura-
lis aūt hoꝝ ratio ē. q² boui triturāti .i. ꝑdicatori deferēti
ſegetes doctrine nō ſunt neceſſaria victus ſubtrahenda.
vt Ap̄ls dicit .j. ad Coꝛ. ix. Matrē etiam non ſimul de-
bemus tenere cum filijs. quia in quibuſdā retinendi ſūt
ſpūales ſenſus quaſi filij. ⁊ dimittēda eſt litteralis obſer-
uantia quaſi mater ſicut in omnib⁹ cerimonijs legis. pro-
hibetur etiam ꝙ iumenta .i. populares homines non faci-
amus coire .i. cōiunctionem habere cum alterius generis
animantibus. id eſt. cum gentilibus vel iudeis. ¶ Ad .ix.
dicendum ꝙ omnes ille cōmixtiones ī agricultura ſunt prohibi-
te ad litteram in deteſtationem idolatrie. quia egyptij in
venerationem ſtellarum diuerſas cōmixtiones faciebant
⁊ in ſeminibus ⁊ in animalibus ⁊ in veſtibus repreſentā-
tes diuerſas cōiunctiones ſtellarum. Vel omnes huiuſ-
modi cōmixtiones varie prohibentur ad deteſtationē coi-
tus contra naturam. habent tamen figuralem rationem.
quia qḋ dicitur. Non ſeres vineam tuam altero ſemine.
eſt ſpiritualiter intelligendum ꝙ in eccleſia que eſt ſpiri-
tualis vinea non eſt ſeminanda aliena doctrina. ⁊ ſimili-
ter ager. id eſt. eccleſia. non eſt ſeminandus diuerſo ſemi-
ne. id eſt. catholica doctrina ⁊ heretica. Non eſt etiam ſi-
mul arandum in boue ⁊ aſino. quia fatuus ſapienti in ꝑ-
dicatione non eſt ſociandus. quia vnus impedit alium.
¶ Ad .x. dicendum ꝙ malefici ⁊ ſacerdotes idolorum vteban-
tur in ſuis ritibus oſſibus vel carnibus hominū mortuo-
rum. ⁊ ideo ad extirpādum idolatrie cultum precepit do-
minus vt ſacerdotes minores qui per tempora certa mi-
niſtrabant in ſanctuario. non inquinarētur in mortibus
niſi valde ꝓpinquorum ſcꝫ patris ⁊ matris ⁊ huiuſmodi
cōiunctarum ꝑſonarum. Pontifex autē ſemper debebat
eſſe paratus ad miniſterium ſanctuarij. ⁊ ideo totaliter ꝓ-
hibitus erat ei acceſſus ad mortuos q̄tumcunq̄ ꝓpinq̄s.
Preceptum etiam eſt eis ne ducerent vxorem meretricē
ac repudiatam. ſed virginem. tum ꝓpter reuerentiā ſacer-
dotum. quorū dignitas quodāmodo ex tali coniugio di-
minui videretur. tum etiam ꝓpter filios quibus eſſet ad
ignominiam turpitudo matris. quod maxime tunc erat
vitādū qn̄ ſacerdotij dignitas ſm ſucceſſionē generis ꝯfe-
rebaf. Preceptū etiā erat eis vt nō raderēt caput nec bar-
bā. nec ī carnibꝫ ſuis facerēt inciſſurā ad remouēdū idola-
trie ritū. Nā ſacerdotes gētiliū radebāt caput ⁊ barbam.
vn̄ dr̄ Baruch. vj. Sacerdotes ſedēt habētes tunicas ſciſ-
ſas ⁊ capita ⁊ barbā raſam. ⁊ etiā ī cultu idoloꝝ īcidebāt
ſe cultris ⁊ lāceolis. vt dr̄ .iij. Reg. xviij. vn̄ ꝯtraria pce-
pta ſūt ſacerdotibꝫ veteris legis. Spūalis aūt rō hoꝝ eſt
q² ſacerdotes oīno debēt eſſe īmunes ab operib⁹ mortuis
q̄ ſunt opa peccati. ⁊ etiā nō debent radere caput .i. depone-
re ſapientiā. neq̄ deponere barbā .i. ſapiētie ꝑfectionem.
neq̄ etiā ſcindere veſtimēta aut incidere carnes vt ſcꝫ vi-
tiū ſciſmatis non incurrāt. ¶ Queſtio CIII

# Deinde conſiderandū.

eſt de duratione cerimonialiū p̄ceptoꝝ. ⁊ circa hoc querūt̄ quattuoꝛ. primo vtrū precepta cerimonialia fuerint ante legem. ſcd̓o vtꝝ in lege aliquaꝫ virtutem habuerint iuſtificandi. tertio vtruꝫ ceſſauerint xp̄o veniente. quarto vtrum ſit peccatum mortale obſeruare ea poſt xp̄m.

## Ad primum ſic procedit.

Videtur ꝙ cerimonie legis fuerint ante legē. Sacrificia eni ⁊ holocauſta ptinent ad cerimonias veteris legis. vt ſupra dictum ē. ſed ſacrificia ⁊ holocauſta fuerunt ante legem. Dicit̄ eni Gen̄. iiij. ꝙ Cayn obtulit de fructib⁹ terre munera domino. Abel autem obtulit de primogenitis gregis ſui. ⁊ d̓ adipibus eoꝝ. Noe etiam obtulit holocauſta dn̄o. vt dicit̄ Gen̄. viij. ⁊ Abraam ſimiliter vt dicitur Gen̄. xxij. ergo cerimonie veteris legis fuerunt ante legeꝫ.

Pre. ad cerimonias ſacroꝝ ptinet conſtructio altaris ⁊ eius inunctio. ſed iſta fuerunt ante legem. legitur enim Gen̄. xiij. ꝙ Abraā edificauit altare dn̄o. ⁊ de Jacob dicitur Gen̄. xxviij. ꝙ tulit lapidem ⁊ erexit in titulū fundēs oleum deſuper. ergo cerimonie legales fuerunt ante legē.

Pre. inter ſacramenta legalia primū v̓r fuiſſe circūciſio ſꝫ circūciſio fuit an̄ legē. vt ptꝫ Gen̄. xvij. ſil'r etiā ſacerdotiū fuit an̄ legē. Dicit̄ eni Gen̄. xiiij. ꝙ melchiſedech erat ſacerdos dei ſūmi. ergo cerimonie ſacramentoꝝ fuerunt ante legem.

Pre. diſcretio mūdoꝝ animaliū ab imundis ptinet ad cerimonias obſeruantiaꝝ. vt ſupra dictum ē. ſꝫ talis diſtinctio fuit ante legē. Dicit̄ eni Gen̄. vij. Ex omnibus mūdis animalib⁹ tolle ſeptena ⁊ ſeptena. de animātibus vero imundis duo ⁊ duo ergo cerimonie legales fuerunt ante legē.

Sꝫ ɔtra eſt qd̓ dicitur Deutero. vj. Hec ſunt p̄cepta ⁊ cerimonie q̄ mandauit dn̄s deus noſter vt docerē vos. non aūt indiguiſſent ſup his doceri ſi prius p̄dicte cerimonie fuiſſent. ergo cerimonie legis non fuerunt ante legem.

Rn̄. dicēdū ꝙ ſicut ex dictis patet. cerimonie legis ad duo ordinabant̄. ſ. ad cultum dei ⁊ ad figurandū xp̄m. Quicunqꝫ autē colit deum oportet ꝙ ꝑ aliqua determinata eum colat que ad exteriorem cultum ptinent. Determinatio autē diuini cult⁹ ptinet ad cerimonias. ſicut etiā determinatio eoꝝ per que ordinamur ad ꝓximū ptinet ad p̄cepta cerimonialia. vt ſupra dictum ē. ⁊ ſic ideo inter hoīes cōmuniter erāt aliqua iudicialia. nō tn̄ ex auctoritate legis diuine inſtituta ſed rōne hoīuꝫ ordinata. ita etiā erāt q̄dā cerimonie non q̄dē ex auctoritate alicui⁹ leg̃ determiāte. ſꝫ ſolū ſcḋm volūtatē ⁊ deuotionē hoīuꝫ deū colētiū. ſed q2 etiā an̄ legē fuerunt quidā viri p̄cipui ꝓphetico ſpiritu pollentes. credendum eſt ꝙ ex inſtinctu diuino quaſi ex quadā priuata lege inducerentur ad aliquē certū modū colendi deuꝫ qui ⁊ cōueniens eſſet interiori cultui. ⁊ etiā cōgrueret ad ſignificandū xp̄i myſteria. que figurabatur etiaꝫ ꝑ alia coꝝ geſta. ſcḋm illud. j. ad Coꝛ. x. Omnia ī figura cōtingebant illis. Fuerunt igitur ante legem quedam cerimonie. non tamē cerimonie legis. q2 non erāt ꝑ aliquā legis latione inſtitute.

Ad. j. ergo dicēdū ꝙ hmōi oblationes ⁊ ſacrificia ⁊ holocauſta offerebāt antiqui ante legē ex quadā deuotione ꝓprie volūtatis ſcḋm ꝙ eis videbat̄ cōueniens. vt in rebus quas a deo acceperāt. quas ī reuerentiā diuinaꝫ offerrent. ꝓteſtarentur ſe colere deū qui eſt omniū principiū ⁊ finis.

Ad. ij. dicēdū ꝙ etiam ſacra quedā inſtituerunt. quia videbat̄ eis ɔueniēs vt in reuerentiā diuinaꝫ eſſent aliqua loca ab alijs diſtincta diuino cultui mancipata.

Ad. iij. dicēdū ꝙ ſacramentū circūciſionis p̄cepto diuino fuit ſtatutū ante legē. vnde non pōt dici ſacramētum legis quaſi in lege inſtitutū. ſed ſolū quaſi in lege obſeruatum. ⁊ hoc eſt ꝙ dn̄s dicit Job. vij. Circūciſio nō ex Moyſe eſt. ſed ex patrib⁹. Sacerdotiū etiaꝫ erat ante legē apud colētes deū ſcḋm humanā determinationē qui hanc dignitatē primogeniti attribuebāt.

Ad. iiij. dicēdū ꝙ diſtinctio mūdoꝝ animaliū ⁊ imundoꝝ non fuit ante legeꝫ q̄ꝫtum ad eſum. cum dictuꝫ ſit Gen̄. ix. Omne qd̓ mouetur ⁊ viuit erit vobis in cibū. ſed ſolum q̄ꝫtum ad ſacrificioꝝ oblationē. q2 de quibuſdaꝫ determinatis animalib⁹ ſacrificia offerebant. ſi tn̄ q̄ꝫtum ad eſum erat aliqua animaliū diſcretio. hoc non erat q2 eſus illoꝝ reputaretur illicitus cuꝫ nulla lege eſſet ꝓhibitus. ſed ꝓpter abominationem vel cōſuetudinem. ſicut ⁊ nunc videmus ꝙ aliqua cibaria ſunt in aliquibus terris abominabilia que ī alijs comeduntur.

## Ad ſecunduꝫ ſic procedit

Videtur ꝙ cerimonie veteris legis habebant virtutē iuſtificādi tpe legis. Expiatio enim a peccato ⁊ conſecratio hoīs ad iuſtificationē ptinēt. ſed Exo. xxix. dicitur ꝙ per aſperſionē ſanguinis ⁊ inunctionem olei cōſecrabant̄ ſacerdotes ⁊ veſtes eorum. ⁊ Leuit̄. xvi. dicitur ꝙ ſacerdos ꝑ aſperſionem ſanguinis vituli expiabat ſanctuariū ab imūdicijs filioꝝ iſrael. ⁊ a preuaricationibus eoꝝ atqꝫ peccatis. ergo cerimonie veteris legis habebāt virtutē iuſtificandi.

Pre. id ꝑ qd̓ homo placet deo ad iuſticiā ptinet ſcḋm illud p̄s. Juſtus dn̄s ⁊ iuſticias dilexit. ſed ꝑ cerimonias aliqui deo placebant. ſcḋm illud Leuit. x. Quomodo potui placere deo in cerimonijs mentē lugubri. ergo cerimonie veteris legis habebāt virtutē iuſtificādi.

Pre. ea q̄ ſunt diuini cultus magis ptinēt ad aīaꝫ q̄ꝫ ad corp⁹. ſcḋm illud p̄s. Lex dn̄i īmaculata cōuertens animas. ſed ꝑ cerimonias legis mūdabatur leproſus. vt dicitur Leuit. xiiij. ergo multo magis cerimonie veteris legis poterant mūdare animā iuſtificādo.

Sed cōtra ē qd̓ Ap̄ls dicit Gal̄. ij. Si data eſſet lex que poſſet iuſtificare xp̄s gratis mortuus eēt. i. ſine cauſa. ſed hoc eſt incōueniens. ergo cerimonie veteris legis non iuſtificabant.

Rn̄. dicēdū ꝙ ſicut ſupra dictum ē. in veteri lege duplex imūdicia obſeruabatur. Vna quidē ſpūalis que ē imundicia culpe. alia vero corpalis q̄ tollebat idoneitatem ad cultū diuinū. ſicut leproſus dicebatur imundus vl' ille qui tangebat aliqd̓ morticinū. ⁊ ſic imundicia nihil aliud erat q̄ꝫ irregularitas quedā. ab hac igitur imūdicia cerimonie veteris legis habebāt virtutē emundādi. q2 hmōi cerimonie erāt quedā remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollēdas p̄dictas imūdicias ex ſtatuto legis inductas. ⁊ ideo Ap̄ls dicit ad Hebre. ix. ꝙ ſanguis hircoꝝ ⁊ taurorum ⁊ cinis vitule aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationeꝫ carnis. ⁊ ſicut iſta imundicia q̄ ꝑ hmōi cerimonias emūdabatur erat magis carnis q̄ꝫ mentis. ita etiā ipſe cerimonie iuſticie carnis dicūtur ab ipſo Ap̄lo paulo ſupra. Juſticijs inquit carnis vſqꝫ ad tēpus correctionis impoſitis. Ad imundicia vero mentis que eſt imundicia culpe non habebāt virtutē expiandi. ⁊ hoc ideo. quia expiatio a peccatis nunq̄ꝫ fieri potuit niſi ꝑ xp̄m qui tollat peccata mūdi. vt dicit̄ Job. j. Et q2 myſteriū incarnationis ⁊ paſſionis xp̄i nondū erat realiter ꝑactū. ille veteris legis cerimonie

non poterāt in ſe ꝯtinere realiter virtutē ꝓfluentē a xp̄o incarnato ⁊ paſſo ſicut continent ſacramēta noue legis. ⁊ ideo nō poterāt a peccato mundare, ſicut Apl'us dicit ad Hebre. x. ꝙ impoſſibile ē ſanguinem tauroꝝ aut hyrcoꝝ auferri peccata. ⁊ hoc ē ꝙ Gal. iiij. Apl'us vocat ea egena ⁊ infirma elemēta. infirma quidē q: nō poſſunt a peccato mundare. ſed hec infirmitas ꝓuenit ex eo ꝙ ſūt egena. i. eo ꝙ non ꝯtinent in ſe grām. Poterat autē mens fidelium tpe legis per fidem ꝯiungi xp̄o incarnato ⁊ paſſo. et ita ex fide xp̄i iuſtificabanť. cuius fidei q̄dā ꝓteſtatio erat hmōi cerimoniarū obſeruatio inq̄tum erant figura xp̄i. ⁊ ideo ꝓ peccatis offerebanť ſacrificia q̄dā in veteri lege. non q: ipſa ſacrificia a peccato emūdarent. ſed q: erant q̄dam ꝓteſtationes fidei q̄ a peccato mundabat. ⁊ hoc etiā ipſa lex innuit ex modo loquendi. Diciť enī Leuit. iiij ⁊ v. ꝙ in oblatione hoſtiaꝝ ꝓ peccato orabit ꝓ eo ſacerdos ⁊ dimitteť ei. quaſi peccatū dimittatur nō ex vi ſacrificioꝝ ſed ex fide et deuotione offerentiū. Sciendū eſt tñ ꝙ hoc ipm̄ ꝙ veteris legis cerimonie a corporalib' immundicijs expiabāt. erat in figurā expiationis a peccatis q̄ fit ꝑ xp̄m. Sic igitur pȝ ꝙ cerimonie ī ſtatu veteris legis non habebāt virtutē iuſtificādi. Ad. j. ergo dōm ꝙ illa ſanctificatio ſacerdotū ⁊ filioꝝ eius ⁊ veſtiū ipoꝝ vel quorum cūq; alioꝝ ꝑ aſperſionem ſanguinis. nihil aliud erat q̄ȝ deputatio ad diuinū cultū. ⁊ remotio impedimentoꝝ ad emundationē carnis. vt Apl's dicit. in ꝑfigurationē illi' ſanctificatōis qua Jeſus ꝑ ſuū ſanguinem ſanctificauit populū. Expiatio etiā ad remotionē hmōi corꝑaliū īmūdiciaꝝ referenda eſt. nō ad remotionē culpe. vñ etiā ſanctuariū expiari diciť. qđ culpe ſubiectū eſſe non poterat. Ad. ij. dōm ꝙ ſacerdotes placebāt deo in cerimonijs ꝓpter obedientiā ⁊ deuotionē ⁊ fidē rei ꝑfigurate. nō autem ꝓpter ipas res ſm̄ ſe conſideratas. Ad. iij. dōm ꝙ cerimonie ille que erant inſtitute ī emundatione leproſi. nō ordinabanť ad tollendā immundiciā infirmitatis lepre. qđ pȝ ex hoc ꝙ non adhibebanť hmōi cerimonie niſi iā emūdato. vnde dr̄ Leuit. xiiij. ꝙ ſacerdos egreſſus de caſtris cū inuenerit leprā eſſe mundatā ꝑcipiet ei qui purificatur vt offerat ⁊c. Ex quo paȝ ꝙ ſacerdos cōſtituebať iudex lepre emūdate. non aūt emundande. Adhibebanť aūt hmōi cerimonie ad tollendā immundiciā irregularitatis. Dicunt tñ ꝙ q̄ñq; ſi ꝯtingeret ſacerdotē errare in iudicando. miraculoſe leproſus mundabatur a deo virtute diuina. non aūt virtute ſacrificioꝝ. ſicut etiam miraculoſe mulieris adultere cōputreſcebat femur bibitis aquis ī q̄bus ſacerdos maledicta ꝯgeſſerat. vt habeť Numeri. v.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ cerimonie veteris legis nō ceſſauerunt in xp̄i aduentu. Diciť enī Baruch. v. Hic ē liber mādatoꝝ dei ⁊ lex que ē in eternū. ſed ad legē ꝑtinebant legis cerimonie. ergo legis cerimonie ī eternū duratūre erāt. Pre. oblatio mūdati leproſi ad legis cerimonias ꝑtinebat. ſed etiā in euāgelio ꝑcipiť leproſo emūdato vt hmōi oblationes offerat. ergo cerimonie veteris legis nō ceſſauerunt xp̄o veniēte. Pre. manēte cauſa manet effectus. ſȝ cerimonie veteris legis habebāt quaſdā rationabiles cauſas inq̄tū ordinabātur ad diuinū cultum. etiā ꝑter hoc ꝙ ordinabātur in figurā xp̄i. ergo cerimonie veteris legis ceſſare nō debuerūt. Pre. circūciſio erat inſtituta ī ſignū fidei Abrae. obſeruatio aūt ſabbati ad recolendū bñficiū creationis. ⁊ alie ſolēnitates legis ad recolendū alia beneficia dei. vt ſupra dictū eſt. ſed fides Abrae eſt ſemꝑ imitāda etiā a nobis. ⁊ beneficiū creationis ⁊ alia dei beneficia ſemꝑ ſunt recolēda. ergo ad minus circūciſio ⁊ ſolēnitates legis ceſſare nō debuerūt. ¶ Sed cōtra ē qđ Apl's dicit ad Col. ij. Nemo vos iudicet ī cibo aut in potu aut in ꝑte diei feſti aut neomenie aut ſabbatoꝝ que ſunt vmbra futuroꝝ. ⁊ ad Hebre. viij. diciť ꝙ dicēdo nouū teſtamentū veterauit prius. qđ aūt antiquať ⁊ ſeneſcit ꝓpe interitū eſt. ¶ Rñ. dōm ꝙ oīa ꝑcepta cerimonialia veteris legis ad cultū dei ſunt ordinata. vt ſupra dictū ē. exterior aūt cultus ꝓportionari debet īteriori cultui q̄ cōſiſtit ī fide ſpe. ⁊ charitate. vñ ſm̄ diuerſitatē interioris cult' debuit diuerſificari exterior cultus. Poteſt autē triplex ſtatus diſtingui interioris cultus. Un' quidē ſm̄ quē habetur fides ⁊ ſpes ⁊ de bonis celeſtib'. et de his ꝑ que in celeſtia introducimur. de vtriſq; quidē ſicut de quibuſdā futuris et talis fuit ſtatus fidei ⁊ ſpei ī veteri lege. Alius autē eſt ſtatus īterioris cultus in q̄ habeť fides ⁊ ſpes ď celeſtib' bonis ſicut de q̄buſdā futuris. ſȝ de his ꝑ q̄ īroducimur in celeſtia ſicut de ꝑſentib' vel ꝑteritis. ⁊ iſte ē ſtatus noue legis. Terti' autē ſtatus ē in q̄ vtraq; habētur vt ꝑſentia. ⁊ nihil creditur vt abſens. neq; ſperatur vt futurū. et iſte ē ſtatus beatoꝝ. In illo ergo ſtatu beatoꝝ nihil erit figurale ad diuinū cultū ꝑtinēs. ſȝ ſolum grāꝝ actio et vox laudis. ⁊ ideo dr̄ Apoc. xxj. de ciuitate beatorū. tēplū non vidi in ea. dñs enī de' oīpotens templū illius ē ⁊ agnus. Pari igiť rōne cerimonie primi ſtatus ꝑ q̄s figurabať ⁊ ſecūdus ⁊ tertius. veniēte ſecūdo ſtatu ceſſare debuerunt ⁊ alie cerimonie induci q̄ ꝯuenirēt ſtatui cultus diuini ꝓ tpe illo in q̄ bona celeſtia ſunt futura. bñficia aūt dei ꝑ q̄ ad celeſtia introducimur ſunt ꝑſentia. Ad. j. ergo dōm ꝙ lex vetus dr̄ eſſe ī eternū ſm̄ moralia quidē ſimpliciter ⁊ abſolute. ſm̄ cerimonialia vero q̄ȝtū ad veritatē ꝑ ea figuratā. Ad. ij. dōm ꝙ myſteriū redēptionis humani generis cōpletū fuit in paſſione xp̄i. vñ tūc dñs dixit. Cōſūmatū ē. vt habeť Joh. xix. ⁊ ideo tūc totaliter debuerūt ceſſare legalia. q̄ſi iam veritate eoꝝ ꝯſūmata ī cui' ſignū in paſſione xp̄i velū tēpli legiť eſſe ſciſſum Math. xxvij. ⁊ ideo ante paſſionē xp̄i xp̄o ꝑdicāte ⁊ miracula faciente currebāt ſimul lex et euāgeliū. q: iam myſteriū xp̄i erat inchoatū. ſȝ nōdū ꝯſūmatū. et ꝓpter hoc mādauit xp̄s dñs ante paſſionē leproſo vt legales cerimonias obſeruaret. Ad. iij. dōm ꝙ rōnes litterales cerimoniaꝝ ſupra aſſignate referūtur ad diuinū cultū. q̄ quidē cult' erat ī fide venturi. ⁊ ideo iam veniēte eo qui ventur' erat et cult' ille ceſſat et oēs rōnes ad hunc cultum ordinate. Ad. iiij. dōm ꝙ fides Abrae fuit cōmēdata in hoc ꝙ credidit diuine ꝓmiſſioni de futuro ſemine in q̄ benedicerētur oēs gentes. et ideo q̄ȝdiu hoc erat futurū oportebat ꝓteſtari fidem Abrae in circūciſione. ſȝ poſtq̄ȝ iā hoc ē ꝑfectū. oportet idē alio ſigno declarari ſȝ baptiſmo qui ī hoc circūciſioni ſuccedit. ſm̄ illud Apl'i ad Col. ij. Circumciſi eſtis circūciſione nō manufacta in expoliatione corporis carnis. ſȝ in circūciſione dñi nr̄i ieſu xp̄i cōſepulti ei ī baptiſmo. Sabbatū aūt qđ ſignificabat primā creationē mutatur in diē dñicū. in q̄ cōmemorať noua creatura inchoata in reſurrectiōe xp̄i. et ſiliter alijs ſolēnitatibus veteris legis noue ſolēnitates ſuccedūt. q: bñficia illi ꝑplo exhibita ſignificāt bñficia nobis cōceſſa ꝑ xp̄m. Un feſto phaſe ſuccedit feſtū paſſionis xp̄i ⁊ reſurrectiōis. Feſto pentecoſtes ī q̄ fuit data lex vet' ſuccedit feſtū pētecoſtes in q̄ fuit data lex ſpūs vite. Feſto neomenie ſuccedit feſtū beate

virginis in q̄ pꝛimo apparuit illuminatio ſolis .i. xp̄i p̄ copiam gr̄e. Feſto aūt mbaꝝ ſuccedūt feſta aploꝝ. Feſto expiationis ſuccedūt feſta martyrū ⁊ confeſſoꝝ. Feſto tabernaculoꝝ ſuccedit feſtum ꝯſecrationis eccleſie. Feſto cetꝰ atq̄ȝ collecte ſuccedit feſtum angeloꝝ vel etiam feſtū omnium ſanctoꝝ.

## Ad quartum ſic ꝓceditur.

Videtur ꝙ poſt paſſionē xp̄i legalia poſſint ſine peccato mortali obſeruari. Non eſt enī credendū ꝙ apl̄i poſt acceptum ſpiritūſanctū mortaliter peccauerint. eius enī plenitudine ſunt induti virtute ex alto. vt dr̄ Luc. vlt. ſȝ apl̄i poſt aduentum ſpūſancti legalia obſeruauerunt. Dicit̄ enī Act. xvj. ꝙ Paulꝰ circūcidit Timotheū. ⁊ Act. xxi. dr̄ ꝙ Paulꝰ ſm̄ ꝯſilium Jacobi aſſumptis viris purificatꝰ cū eis intrauit in tēplū. annūcians expletionē dieꝝ purificationis donec offerretur ꝓ vnoquoq̄ȝ eoꝝ oblatio. ergo ſine peccato mortali poſſunt poſt xp̄i paſſionē legalia obſeruari. ¶ Pre. vitare ꝯſortia gentiliū ad cerimonias legis ptinebat. ſed hoc obſeruauit primꝰ paſtoꝛ eccl̄ie. Dicitur enī ad Gal. ij. ꝙ cū veniſſent quidā antiochiā ſubtrahebat ⁊ ſegregabat ſe Petrꝰ a gētibꝰ. ergo abſq̄ȝ peccato poſt paſſionē xp̄i legis cerimonie obſeruari poſſunt ¶ Pre. p̄cepta aploꝝ non induxerunt hoīes ad peccatū ſed ex decreto aploꝝ ſtatutum fuit ꝙ gentiles quedā de cerimonijs legis obſeruarent. Dicitur enim Act. xv. Uiſum eſt ſpiritui ſancto ⁊ nobis nihil vltra imponere oneris vobis q̄ȝ hec neceſſaria. vt abſtineatis vos ab īmolatis ſimulacroꝝ ⁊ ſanguine ⁊ ſuffocato ⁊ fornicatione. ergo abſq̄ȝ peccato cerimonie legales poſſunt poſt xp̄i paſſionem obſeruari. ¶ Sed ꝯtra ē qđ Apl̄s dicit ad Gal. v. Si circūcidamini xp̄s nihil vobis ꝓderit. ſȝ nihil excludit fructū xp̄i niſi peccatū mortale. ergo circūcidi ⁊ alias cerimonias obſeruare poſt paſſionē xp̄i ē peccatum mortale. ¶ Rñ. dicendū ꝙ oēs cerimonie ſunt quedā ꝓteſtationes fidei. in qua ꝯſiſtit interioꝛ dei cultus. ſic autē fidē interiorem poteſt homo ꝓteſtari factis ſicut ⁊ verbis. et in vtraq̄ȝ ꝓteſtatione ſi aliquid homo falſū ꝓteſtat̄ peccat mortaliter. Quāuis aūt ſit eadē fides quā habemus de xp̄o ⁊ quā antiqui patres habuerunt. tñ q2 ipi p̄ceſſerūt xp̄m nos aūt ſequimur. eadē fides diuerſis verbis ſignificatur a nobis ⁊ ab eis. nam ab eis dicebat̄. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet filiū. que ſunt verba futuri tēporis. Nos autē idē repreſentamus p̄ verba p̄teriti tēporis dicētes ꝙ ꝯcepit ⁊ peperit. ⁊ ſimiliter cerimonie veteris legis ſignificabāt xp̄m vt naſciturū ⁊ paſſurū. noſtra autē ſacramēta ſignificant ipm̄ vt natū ⁊ paſſum. Sicut igitur peccaret mortaliter qui nūc ſuā fidē ꝓteſtando diceret xp̄m naſciturū. qđ antiqui pie ⁊ veraciter dicebāt. ita etiā peccaret mortaliter ſi quis nunc cerimonias obſeruaret q̄s antiqui pie et fideliter obſeruabāt. Et hoc eſt qđ Augꝰ dicit ꝯtra Fauſtū. Jam non ꝓmittit̄ naſciturus. paſſurꝰ. reſurrecturus. qđ illa ſacramēta quodāmodo ꝑſonabant. ſed annunciat̄ ꝙ natus ſit. paſſus ſit. reſurrexit. qđ hec ſacramenta que a xp̄ianis agūtur iam perſonant. ¶ Ad .j. ergo dicendū ꝙ circa hoc diuerſimode ſenſiſſe vidētur Hieroꝰ et Augꝰ. Hieroꝰ enī diſtinxit duo tēpoꝛa. vnū ante paſſionē xp̄i in quo legalia nō erāt mortua. quaſi nō habētia vim obligatoriam aut expiatiuam ꝓ ſuo modo. nec etiā moꝛtifera. q2 non peccabant ea obſeruātes. Statim autē poſt paſſionem xp̄i inceperunt eſſe nō ſolū mortua. i. non habentia virtutem ⁊ obligationē ſed etiam mortifera. ita ſcȝ ꝙ peccabāt mortaliter quicūq̄ȝ ea obſeruabant. vnde dicebat ꝙ apoſtoli nunq̄ȝ legalia obſeruauerūt poſt paſſionem ſm̄ veritatē. ſed ſolum quadam pia ſimulatione ne ſcȝ ſcādalizarēt iudeos ⁊ eoꝝ ꝯuerſionē impedirent. que quidem ſimulatio ſic intelligenda eſt. non quidem ita ꝙ illos actus ſm̄ rei veritatē non facerent. ſed quia non faciebant tanq̄ȝ legis cerimonias obſeruantes. ſicut ſi quis pelliculam virilis membri abſcinderet ꝓpter ſanitatē. nō cauſa legalis circūciſionis obſeruāde. Sed quia indecēs videtur ꝙ apl̄i ea occultarent ꝓpter ſcandalū q̄ ptinēt ad veritatem vite ⁊ doctrine. ⁊ ꝙ ſimulatione vterent̄ in his que ptinent ad ſalutem fidelium. ideo ꝯuenientiꝰ Augꝰ diſtinxit tria tēpoꝛa. Unū q̄dē ante paſſionē xp̄i in q̄ legalia neq̄ȝ erāt mortifera neq̄ȝ mortua. Aliud autem poſt tēpus euāgelij diuulgati. in q̄ legalia ſūt mortua ⁊ mortifera. Tertiū ē tp̄s mediū. ſ. a paſſiōe xp̄i vſq̄ȝ ad diuulgationē euāgelij. in q̄ legalia quidē fuerunt mortua. q2 neq̄ȝ vim aliquā habebāt. neq̄ȝ aliquis ea obſeruare tenebat̄ non tñ fuerūt mortifera. q2 illi qui ꝯuerſi erant ad xp̄m ex iudeis poterant illa legalia licite obſeruare. dūmodo non ſic ponerēt ſpem in eis ꝙ ea reputarēt ſibi neceſſaria ad ſalutem. quaſi ſine legalibꝰ fides xp̄i iuſtificare non poſſet. His aūt qui ꝯuertebātur ex gētilitate ad xp̄m nō inerat cauſa vt ea obſeruarēt. ⁊ ideo Paulꝰ circumcidit Timotheū qui ex matre iudea genitus erat. Titū aūt qui ex gētibus natus erat circūcidere noluit. Ideo autem noluit ſpūſſanctus vt ſtatim inhiberetur his qui ex iudeis ꝯuertebant̄. obſeruatio legaliū ſicut inhibebat̄ his qui ex gentilibꝰ ꝯuertebātur gētilitatis ritus. vt q̄dā differētia inter hos ritus oſtēderetur. Nā gentilitatis ritus repudiabat̄ tanq̄ȝ oīno illicitus ⁊ a deo ſemꝑ ꝓhibitus. Ritus aūt legis ceſſabat tanq̄ȝ impletus p̄ xp̄i paſſionē. vtpote a deo in figurā xp̄i inſtitutus. ¶ Ad .ij. dicendū ꝙ ſm̄ Hieronymū Petrꝰ ſimulatorie ſe a gentilibus ſubtrahebat vt vitaret iudeoꝝ ſcandalum quorum erat apl̄us. vnde in hoc nullo modo peccauit. ſed Paulus eum ſimiliter ſimulatorie rep̄hendit vt vitaret ſcandalum gentiliū quoꝝ erat apl̄us. Sed Augꝰ hoc improbat. q2 Paulus in canonica ſcriptura. ſ. Gal. ij. in qua nephas eſt credere aliquid falſum eſſe. dicit ꝙ Petrus rep̄henſibilis erat. vnde verū eſt ꝙ Petrus peccauit ⁊ Paulꝰ vere eum non ſimulatorie rep̄hendit. non autem peccauit Petrus in hoc ꝙ ad tēpus legalia obſeruabat. q2 hoc ſibi licebat tanq̄ȝ ex iudeis conuerſo. ſed peccabat in hoc ꝙ circa legalium obſeruantiam nimiam diligentiam adhibebat ne ſcandalizaret iudeos. ita ꝙ ex hoc ſequebatur gentilium ſcandalū. ¶ Ad iij. dicendū ꝙ quidā dixerunt ꝙ illa ꝓhibitio aploꝝ non ē intelligēda ad litteram. ſed ſm̄ ſpiritualem intellectū. vt ſcȝ in ꝓhibitione ſanguinis intelligatur ꝓhibitio homicidij. in ꝓhibitione ſuffocati intelligatur ꝓhibitio violētie ⁊ rapine. in ꝓhibitione īmolatorum intelligatur ꝓhibitio idolatrie. fornicatio autem ꝓhibetur tanq̄ȝ per ſe malum. ⁊ hanc opinionem accipiunt ex quibuſdam gloſis q̄ huiuſmodi p̄cepta myſtice exponunt. Sed quia homicidium ⁊ rapina etiam apud gentiles reputabantur illicita. non oportuiſſet ſuper hoc ſpeciale mandatū dari his qui erant ex gentilitate ꝯuerſi ad chriſtum. Unde alij dicunt ꝙ ad litteram illa comeſtibilia fuerunt ꝓhibita. nō ꝓpter obſeruantiam legalium. ſed ꝓpter gulā compeſcēdam. vnde dicit Hieroꝰ ſuper illud Ezech. xliiij. Omne morticinum ⁊c. condemnans ſacerdotes qui in turdis ⁊ ceteris huiuſmodi. ſ. hec cupiditate gule non cuſtodiunt

ſed quia ſunt quedā cibaria magis delicata ad gulā ꝓuo
cātia. ideo fuerunt hec magis ꝙ̄ alia ꝓhibita. Et ideo di
cendū ſm tertiā opinionem ꝙ ad litteram iſta ſunt ꝓhi
bita non ad obſeruanduȝ cerimonias legis. ſed ad hoc ꝙ
poſſet coaleſcere vnio gentiliū ⁊ iudeoꝝ inſimul habitan
tiū. iudeis eni ꝓpter antiquā ꝯſuetudinē ſanguinis ⁊ ſuf
focatū erāt abominabilia. Comeſtio aūt imolatoꝝ ſimu
lacris poterat in iudeis aggenerare circa gētiles ſuſpitio
nem redditus ad idolatriā. ⁊ ideo iſta fuerunt ꝓhibita ꝑ
tp̄e illo in quo de nouo oportebat ꝯuenire in vnū genti
les ⁊ iudeos. ꝓcedente aūt tp̄e ceſſante cauſa ceſſat effect⁹
manifeſtata euāgelice doctrine veritate. ī qua dn̄s docet
ꝙ nihil qd̄ ꝑ os intrat coinquinat hoīem. vt dr̄ Math.
xv. ⁊ ꝙ nihil ē reijciendū qd̄ cum grāꝛ actione ꝑcipiṫ. vt
j. ad Timo. iiij. dr̄. Fornicatio autē ꝓhibeṫ ſpecialiter q̄
gētiles nō reputabāt eā eſſe peccatū. ¶ Queſtio CIIII

# DEinde conſiderandum eſt de p̄ceptis iudicialib⁹. Et primo con
ſiderandū eſt de ipſis ī cōmuni. ſcd̄o de ratio
nibus eoꝝ. Circa primū q̄runtur q̄tuor. primo que ſūt
iudicia p̄cepta. ſcd̄o vtꝝ ſint figuralia. tertio de duratōe
eoꝝ. quarto de diſtinctione eoꝝ.

## Ad primum ſic proceditur

Videtur ꝙ ratio p̄ceptorum iudicialium non ꝯſiſtat in
hoc ꝙ ſunt ordināria ad ꝓximū. Iudicialia eni p̄cepta a
iudicio dicūtur. ſed multa ſunt alia quib⁹ homo ad ꝓxi
mum ordinatur q̄ non ꝑtinent ad ordinationem iudicio
rū. non ergo p̄cepta iudicialia dicūtur quib⁹ homo ordi
natur ad ꝓximū. ¶ Pre. p̄cepta iudicialia a moralibus
diſtinguūtur. vt ſupra dictū eſt. ſed multa p̄cepta mora
lia ſunt quibus homo ordinaṫ ad ꝓximū. ſicut patȝ in ſe
ptem p̄ceptis ſecūde tabule. nō ergo p̄cepta iudicialia di
cunṫ ex hoc ꝙ ad ꝓximū ordinant. ¶ Pre. ſicut ſe habēt
p̄cepta cerimonialia ad deum. ita ſe habēt iudicialia p̄
cepta ad ꝓximum. vt ſupra dictū eſt. ſȝ inter p̄cepta ceri
monialia ſunt quedā q̄ ꝑtinent ad ſeipm̄. ſicut obſeruā
tie ciboꝝ ⁊ veſtimentoꝝ. de quib⁹ ſupra dictū ē. ergo p̄ce
cepta iudicialia nō ex hoc dicūtur ꝙ ordinēt hoīeȝ ad ꝓxi
mum. ¶ Sed ꝯtra ē qd̄ dicitur Ezech. xviij. inter cetera bo
na opera viri iuſti ſi iudiciū verum fecerit inter virum et
virum. ſȝ iudicialia p̄cepta a iudicio dicunṫ. ergo p̄cepta
iudicialia videntur dici illa que ꝑtinēt ad ordinationē ho
minū ad inuicē. ¶ Rn̄. dd̄m ꝙ ſicut ex ſupra dictis patȝ.
p̄ceptoꝝ cuiuſcunqȝ legis quedā habent vim obligādi ex
ipſo dictamine rationis. q̄ naturalis ratio dictat hoc eſſe
debitū fieri vel vitari. ⁊ hm̄ōi p̄cepta dicūtur moralia eo
ꝙ a rōne dicunṫ mores hūani. Alia vero p̄cepta ſūt que
non habēt vim obligandi ex ipſo dictamine rōnis. quia
ſcȝ in ſe ꝯſiderata non habēt abſolute rōneȝ debiti vel in
debiti. ſȝ habēt vim obligādi ex aliqua inſtitutione diui
na vel hūana. ⁊ hm̄ōi ſunt determinationes q̄dā moraliū
p̄ceptoꝝ. Si igiṫ determinenṫ moralia p̄cepta ꝑ inſtitu
tionem diuinā in his ꝑ q̄ ordinaṫ homo ad deū. talia di
cenṫ precepta cerimonialia. ſi aūt in his q̄ ꝑtinēt ad ordi
nationē hoīuȝ ad inuicē. talia dicenṫ p̄cepta iudicialia.
In duob⁹ g̃ ꝯſiſtit ratio iudicialiū p̄ceptoꝝ. ſcȝ vt ꝑti
neant ad ordinationē hoīuȝ ad inuicē. et vt nō habeant
vim obligādi ex ſola rōne. ſȝ ex inſtitutione ¶ Ad. j. ergo
dd̄m ꝙ iudicia exerceṫ officio aliquoꝝ principū q̄ habēt
poteſtatē iudicādi. Ad principē aūt ꝑtinet non ſolū ordi
nare de his q̄ veniunt in litigiū. ſȝ etiā de voluntarijs con
tractibus qui inter hoīes fiunt. ⁊ de omnib⁹ ꝑtinentib⁹ ad
populi cōmunitatē ⁊ regimē. vn̄ p̄cepta iudicialia nō ſo
lum ſunt illa q̄ ꝑtinent ad lites iudicioꝝ. ſȝ etiā quecūqȝ
ꝑtinēt ad ordinationē hoīuȝ ad inuicē q̄ ſubeſt ordinati
oni principis tanq̄ȝ ſupmi iudicis. ¶ Ad. ij. dd̄m ꝙ ratio
illa ꝓcedit de p̄ceptis ordināntibus ad ꝓximū que habēt
vim obligandi ex ſolo dictamine rōnis. ¶ Ad. iij. dd̄m
ꝙ etiam in his que ordināt ad deū quedaȝ ſunt moralia
que ipſa ratio fide informata dictat. ſicut deū eſſe aman
dum ⁊ colendū. Quedā vero ſunt cerimonialia que non
habēt vim obligationis niſi ex inſtitutione diuina. Ad
deum aūt ꝑtinent non ſolum ſacrificia oblata deo. ſȝ etiā
quecūqȝ ꝑtinent ad idoneitatem offerentiū ⁊ deuȝ colen
tiū. Homines eni ordinanṫ in deū ſicut in finē. ⁊ ideo ad
cultū dei ꝑtinent. ⁊ ꝑ ꝯſequēs ad cerimonialia p̄cepta ꝙ
homo habeat quādā idoneitatē reſpectu cultus diuini. ſȝ
homo nō ordinaṫ ad ꝓximū ſicut in finē vt oporteat euȝ
diſponi in ſeipſo in ordine ad ꝓximū. Hec eni ē cōparatio
ſeruoꝝ ad dn̄os. qui id qd̄ ſunt dn̄oꝝ ſūt. ſm philoſophū
ī primo politice. ⁊ ideo non ſunt aliq̄ precepta iudicialia
ordināntia hoīeȝ in ſeipſo. ſed oīa talia ſunt moralia. quia
ratio q̄ ē principiū moraliū ſe habet in hoīe reſpectu eo
rum q̄ ad ipm̄ ꝑtinent ſicut princeps vel iudex in ciuita
te. Sciendū tn̄ ꝙ q̄ ordo hoīs ad ꝓximum magis ſubia
cet rationi ꝙ̄ ordo hoīs ad deū. plura precepta moralia in
ueniunṫ ꝑ q̄ ordinaṫ homo ad ꝓximuȝ ꝙ̄ ꝑ q̄ ordinatur
homo ad deū. ⁊ ꝓpter hoc etiā oportuit pluraȝ eſſe cerimo
nialia in lege ꝙ̄ iudicialia.

## Ad ſecūdū ſic proceditur.

Videtur ꝙ precepta iudicialia nō figurēt aliquid. Hoc
eni videṫ eſſe ꝓpriū cerimonialiū preceptoꝝ ꝙ ſint ī figu
ram alicui⁹ rei inſtituta. ſi igiṫ etiam precepta iudicialia
aliquid figurēt nō erit differētia inter iudicialia ⁊ cerimo
nialia precepta. ¶ Pre. ſicuti illi ꝓplo iudeoꝝ data ſunt
q̄dā iudicialia p̄cepta. ita etiā alijs populis gētiliū. ſȝ iudi
cialia precepta alioꝝ populoꝝ nō figurāt aliquid. ſȝ ordi
nāt q̄d fieri debeat. ergo videtur ꝙ neqȝ precepta iudicia
lia veteris legis aliq̄d figurarēt. ¶ Pre. ea que ad cultuȝ
diuinū ꝑtinent figuris quibuſdaȝ tradi oportuit. q̄ ea q̄
dei ſunt ſupra noſtrā rōneȝ ſunt. vt ſupra dictum ē. ſȝ ea q̄
ſunt ꝓximoꝝ nō excedunt rōneȝ noſtrā. ergo ꝑ iudicialia
q̄ ad ꝓximum nos ordināt nō oportuit aliquid figurari.
¶ Sȝ ꝯtra ē ꝙ Exo. xxi. iudicialia p̄cepta allegorice ⁊ mo
raliter exponunṫ. ¶ Rn̄. dd̄m ꝙ dupliciter cōtingit aliq̄d
p̄ceptū eē figurale. Uno mō primo ⁊ ꝑ ſe. q̄ ſcȝ principa
liter ē inſtitutū ad aliq̄d figurandū. ⁊ hoc mō p̄cepta ceri
monialia ſunt figuralia. ad hoc eni ſunt inſtituta vt ali
q̄d figurēt ꝑtinens ad cultū dei ⁊ ad myſteriū xp̄i. Que
dam vero p̄cepta ſunt figuralia nō primo ⁊ ꝑ ſe. ſȝ ex ꝯſe
quēti. ⁊ hoc modo precepta iudicialia veteris legis ſūt fi
guralia. nō eni ſunt inſtituta ad aliq̄d figurandū. ſȝ ad or
dinādū ſtatū illi⁹ ꝓpli ſm iuſticiā ⁊ equitatē. ſȝ ex cōſequē
ti aliq̄d figurabant inq̄ȝtū. ſ. tot⁹ ſtat⁹ illi⁹ ꝓpli q̄ ꝑ hm̄ōi
p̄cepta diſponebaṫ figuralis erat. ſm illud. j. ad Coꝝ. x.
Oia in figura ꝯtingebāt illis ¶ Ad. j. ergo dd̄m ꝙ prece
pta cerimonialia alio mō ſunt figuralia ꝙ̄ iudicialia. vt
dictū eſt. ¶ Ad. ij. dd̄m ꝙ populus iudeorū ad hoc elect⁹
erat a deo ꝙ ex eo xp̄s naſcereṫ. et ideo oportuit totū illi⁹
populi ſtatum eſſe ꝓpheticum ⁊ figuralem vt Aug⁹ dicit
cōtra Fauſtū. et ꝓpter hoc etiā iudicialia illi ꝓplo tradita

magis ſūt figuralia q̄ȝ iudicialia alijs ꝑplis tradita. ſicut
etiā bella ⁊ geſta illius populi expōnūt myſtice. nō autē
bella vel geſta aſſyrioꝝ vel romanoꝝ q̄uis longe clarioꝛa
ſm hoīes fuerint. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ordo ad ꝓximū ī po-
pulo illo ſm ſe ꝯſiderat⁹ paruꝰ erat rōni. ſȝ ſm ꝙ refere
baṫ ad cultū dei ſupabat rōneȝ. ⁊ ex hac pte erat figuraľ.

## Ad tertiuȝ ſic procedítur:

Uideṫ ꝙ p̃cepta iudicialia veteris legis ꝑpetuā obligati
onem habeāt. Precepta enī iudicialia ptinēt ad virtuteȝ
iuſticie. nā iudiciū diciṫ iuſticie executio. iuſticia aūt ē ꝑ-
petua ⁊ imoꝛtalis. vt dͬ Sap. j. ergo obligatio p̃ceptoꝝ
iudicialiū eſt ꝑpetua. ¶ Pre. inſtitutio diuina ē ſtabili-
oꝛ q̄ȝ inſtitutio humana. ſȝ p̃cepta iudicialia humanaꝝ
legū habent ꝑpetuam obligationē. ergo multo magis p̃
cepta iudicialia legis diuine. ¶ Pre. Apl's dicit ad He
bre. vij. ꝙ reprobatio fit p̃cedentis mādati ꝓpter infirmi
tatem ipſius ⁊ inutilitatē. qđ quidē verū ē de mādato ce-
rimoniali. qđ nō poterat facere ꝑfectū iuxta ꝯſcientiā ſer
uientē ſolūmodo in cibis ⁊ in potibꝰ ⁊ varijs baptiſma-
tibus ⁊ iuſticijs carnis. vt Apl's dicit ad Hebre. ix. ſed p̃
cepta iudicialia erāt vtilia ⁊ efficacia ad id ad qđ ordina-
baṫ. ſ. ad iuſticiā ⁊ equitateȝ iter hoīes ꝯſtituendaȝ. ergo
p̃cepta iudicialia veteris legis nō reprobanṫ. ſȝ adhuc ef
ficaciā habēt. ¶ Sed ꝯtra ē qđ Apl'us dicit ad Hebre.
vij. ꝙ trāſlato ſacerdotio neceſſe ē vt legis trāſlatio fiat. ſȝ
ſacerdotiū ē tranſlatū ab Aaron ad xp̄m. ergo etiā et tota
lex ē trāſlata. nō ergo iudicialia p̃cepta adhuc obligatio-
nem habēt. ¶ Rñ. dōm ꝙ iudicialia p̃cepta non habue-
runt ꝑpetuā obligationem. ſȝ ſunt euacuata ꝑ aduentuȝ
xp̄i. aliter tñ q̄ȝ cerimonialia. nā cerimonialia adeo ſunt
euacuata vt non ſolū ſint moꝛtua. ſȝ etiā moꝛtifera obſer
uantibꝰ poſt xp̄m. maxime poſt euangeliū diuulgatū. p̃-
cepta aūt iudicialia ſunt quidē moꝛtua. qꝛ nō habēt vim
obligādi. non tñ ſunt moꝛtifera. qꝛ ſi quis princeps oꝛdi
naret in regno ſuo illa iudicialia obſeruari non peccaret.
niſi foꝛte hoc modo obſeruarenṫ vel obſeruari mādarenṫ
tanq̄ȝ habētia vim obligādi ex veteris legis inſtitutione
talis enī intentio obſeruādi eſſet moꝛtifera. ⁊ huius diffe
rentie ratio pōt accipi ex p̃miſſis. Dictū eſt enī ꝙ p̃cepta
cerimonialia ſunt figuralia pꝛimo et ꝑ ſe tanq̄ȝ inſtituta
pꝛincipaliter ad figurandū xp̄i myſteria vt futura. ⁊ ideo
ipſa obſeruatio eoꝝ p̄iudicat fidei veritati. ſm quā confi-
temur illa myſteria iā eſſe cōpleta. Precepta aūt iudicia-
lia nō ſunt inſtituta ad figurandū. ſȝ ad diſponendū ſtatū
illiꝰ populi qui oꝛdinabaṫ ad xp̄m. ⁊ ideo mutato ſtatu il
lius populi xp̄o iam veniēte iudicialia p̃cepta obligatio-
nem amiſerunt. Lex enī fuit pedagogus ducens ad xp̄m.
vt dͬ ad Gal. iij. qꝛ tñ hmōi iudicialia p̃cepta nō oꝛdināṫ
ur ad figurandū. ſed ad aliquid fiendū. ipſa eoꝝ obſer
uatio abſolute nō p̄iudicat fidei veritati. ſed intētio ob-
ſeruandi tanq̄ȝ ex obligatiōe legis p̄iudicat veritati fidei.
qꝛ ꝑ hoc haberet ꝙ ſtatꝰ pꝛioꝛis populi adhuc duraret. et
ꝙ chriſtꝰ nōdū veniſſet. ¶ Ad .j. g̃ dōm ꝙ iuſticia quidē
ꝑpetuo ē obſeruanda. ſȝ determinatio eoꝝ q̄ ſūt iuſta ſm
inſtitutionē humanā vel diuinā opoꝛtet ꝙ varieṫ ſm di
uerſum hoīuȝ ſtatum. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ pꝛecepta iudicia
lia ab hoībꝰ inſtituta habēt ꝑpetuā obligationē manente
illo ſtatu regiminis. ſȝ ſi ciuitas vel gēs ad aliud regimē
deueniat opoꝛtet leges mutari. non enī eedē leges ꝯueni
unt in democratia que ē poteſtas populi. ⁊ in obligarchia
q̄ eſt poteſtas diuitū. vt patȝ ꝑ philoſophū ī ſua politica.
⁊ ideo etiā mutato ſtatu illius populi opoꝛtuit p̃cepta iu-
dicialia mutari. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ illa pꝛecepta iudicialia
diſponebāt populū ad iuſticiā ⁊ equitatē ſm ꝙ cōuenie-
bat illi ſtatui. ſȝ poſt xp̄m ſtatū illius populi opoꝛtuit mu
tari vt iam in xp̄o nō eſſet diſcretio gentilis ⁊ iudei ſicut
antea erat. ⁊ ꝓpter hoc opoꝛtuit etiaȝ pꝛecepta iudicialia
mutari.

## Ad quartum ſic ꝓceditur.

Uideṫ ꝙ p̃cepta iudicialia non poſſint habere aliquam
certā diuiſionē. Precepta enī iudicialia oꝛdināt hoīes ad
inuicē. ſȝ ea que inter hoīes oꝛdinari opoꝛtet in vſum eoꝝ
veniētia non cadunt ſub certa diſtinctione cuȝ ſint infini
ta. ergo p̃cepta iudicialia non poſſunt habere certā diſtin
ctionem. ¶ Pre. pꝛecepta iudicialia ſunt determinatiōes
moꝛaliū. ſed moꝛalia p̃cepta nō videṫ habere aliquam di
ſtinctionē niſi ſm ꝙ reducunṫ ad pꝛecepta decalogi. ergo
pꝛecepta iudicialia nō habēt aliquā certam diſtinctionē.
¶ Pre. pꝛecepta cerimonialia qꝛ certā diſtinctionē habēt
eoꝝ diſtinctio ī lege innuiṫ dum quedam vocantur ſacrifi
cia. quedam obſeruātie. ſed nulla diſtinctio innuitur in le
ge p̃ceptoꝝ iudicialiū. ergo videṫ ꝙ non habeant certā di
ſtinctionem. ¶ Sed cōtra. vbi eſt oꝛdo opoꝛtet ꝙ ſit di-
ſtinctio. ſȝ rō oꝛdinis maxie ꝑtinet ad p̃cepta iudicialia ꝑ
q̄ populus ille oꝛdinabaṫ. ergo maxime debēt habere di-
ſtinctionē certā. ¶ Rñ. dōm ꝙ cū lex ſit quaſi q̄daȝ ars
humane vite inſtituēde vel oꝛdināde. ſicut in vnaquaq̄ȝ
arte ē certa diſtinctio regularū artis. ita opoꝛtet in quali-
bet lege eē certā diſtinctionem p̃ceptoꝝ. aliter enim ipſa
cōfuſio vtilitatem legis auferret. ⁊ ideo dōm ē ꝙ p̃cepta
iudicialia veteris legis ꝑ que hoīes ad inuicē oꝛdinaban
tur diſtinctionem habēt ſm diſtinctionē oꝛdinatiōis hu
mane. Quadruplex aūt oꝛdo in aliquo populo inueniri
poteſt. Unus quidē pꝛincipum populi ad ſubditos. aliꝰ
autem ſubditoꝝ ad inuicem. tertius autē eoꝝ qui ſunt dͤ
populo ad extraneos. quartus aūt ad domeſticos. ſicut pa
tris ad filium. vxoꝛis ad virū. ⁊ domini ad ſeruum. ⁊ ſm
iſtos quattuoꝛ oꝛdines diſtingui poſſunt pꝛecepta iudi-
cialia veteris legis. Dātur aūt quedam p̃cepta de inſti-
tutione pꝛincipū ⁊ officio eoꝝ. ⁊ de reuerētia eis exhiben
da. ⁊ hec eſt vna ps iudicialium p̃ceptoꝝ. Danṫ etiā que
dam pꝛecepta ꝑtinentia ad cōciues ad inuicē. puta circa
emptiones ⁊ venditiones ⁊ iudicia ⁊ penas. ⁊ hec eſt ſcđa
ps iudicialiū pꝛeceptoꝝ. Danṫ etiā quedam pꝛecepta ꝑti
nentia ad extraneos. puta de bellis ꝯtra hoſtes. ⁊ de ſuſce-
ptione peregrinoꝝ ⁊ aduenaꝝ. ⁊ hec ē tertia ps iudicialiū
pꝛeceptoꝝ. Danṫ etiā in lege quedā pꝛecepta ꝑtinētia ad
domeſticā ꝯuerſationē. ſicut de ſeruis ⁊ vxoꝛibus ⁊ filijs
et hec eſt quarta pars iudicialiū pꝛeceptoꝝ. ¶ Ad .j. ergo
dōm ꝙ ea que ꝑtinent ad oꝛdinationem hominum ad in
uicem ſunt quideȝ numero infinita. ſed tamen reduci poſ
ſunt ad aliqua certa ſm differentiaȝ oꝛdinationis huma-
ne. vt dictum eſt. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ pꝛecepta decalogi ſūt
pꝛima in genere moꝛalium. vt ſupra dictuȝ eſt. ⁊ ideo cō
uenienter alia pꝛecepta moꝛalia ſm ea diſtinguuntur. ſed
pꝛecepta iudicialia ⁊ cerimonialia habent aliam rationē
obligationis. non quidem ex ratione naturali. ſed ex ſola
inſtitutione. ⁊ ideo diſtinctionis eoꝛuȝ alia ē ratio. ¶ Ad
iij. dōm ꝙ ex ipſis rebus que per pꝛecepta iudicialia oꝛ-
dinanṫ in lege innuit lex diſtinctionē iudicialiū p̃ceptoꝝ.

¶ Queſtio. CV.

# Deinde conſideran-
dum eſt de ratione iudicialiũ pceptoꝝ. ⁊ cir-
ca hoc querunt quatuor. primo de ratiõe pce
ptorum iudicialiũ q̃ ptinẽt ad principes. ſcđo de his que
ptinent ad cõuictum hominũ ad inuicem. tertio de his q̃
ptinent ad extraneos. quarto de his que ptinẽt ad dome
ſticam cõuerſationem.

## Ad primum ſic pceditur.

Uidetur ꝙ incõuenienter lex vetus de principib⁹ ordina
uerit. Quia vt phũs dicit in. iij. politice. ordinatio populi
pcipue dependet ex maximo principatu. ſed in lege nõ in
uenitur qualiter debeat inſtitui ſupremus princeps. In-
uenitur autem de inferioribus principib⁹. primo quidẽ
Exo. xviij. Prouide de oĩ plebe viros ſapientes ⁊c̃. ⁊ Nu
meri. xi. Cõgrega mihi ſeptem viros de ſenioribus iſrael. et
Deutero. j. Date ex vobis viros ſapientes ⁊ gnaros ⁊c̃.
ergo inſufficienter lex vetus principes populi ordinauit.
¶ Pręt. optimi ẽ optima adducere. vt Plato dicit. ſꝫ opti
ma ordinatio ciuitatis vel populi cuiuſcũꝙ eſt vt guber
net̃ p regem. q2 huiõi regnum maxime repſentat diuinũ
regimen quo vnus de⁹ mundũ gubernat. a principio igi
tur lex debuit regem populo inſtituere ⁊ nõ pmittere hoc
eoꝝ arbitrio. ſicut pmittit̃ Deutero. xvij. Cũ dixeris. cõ-
ſtituã ſup me regem. eum cõſtitues ⁊c̃. ¶ Pręt. ſicut dicit̃
Matth. xij. Omne regnũ in ſe ipſum diuiſum deſolabitur
qđ etiã experimento patuit in populo iudeoꝝ. in quo fuit
diuiſio regni deſtructionis cauſa. ſed lex pcipue debet in
tendere ea que ptinent ad cõmunẽ ſalutẽ populi. ergo de
buit in lege phiberi diuiſio regni in duos reges. nec etiã
debuit hoc auctoritate diuina introduci. ſicut legitur intro
ductum auctoritate domini p Abiam ſyloniẽ pphetã. iij
Reg. xi. ¶ Pręt. ſicut ſacerdotes inſtituũtur ad vtilitatẽ
populi in his que ad deũ ptinẽt. vt ptꝫ Hebre. v. ita prin
cipes etiã inſtituuntur ad vtilitatem populi in rebus hu
manis. ſꝫ ſacerdotibus ⁊ leuitis qui ſunt in lege deputãtur
aliqua ex quibus viuere debeant. ſicut decime ⁊ primicie
⁊ multa alia huiõi. ergo ſimiliter principib⁹ populi debu
erũt aliqua ordinari vñ ſuſtentarent̃. ⁊ pcipue cũ inhi-
bita ſit eis munerũ acceptio. vt ptꝫ Exo. xxiij. Nõ accipie
tis munera que excecãt etiam prudentes. ⁊ ſubuertũt ver
ba iuſtoꝝ. ¶ Pręt. ſicut regnũ ẽ optimũ regimẽ. ita tyrãnis
ẽ peſſima corruptio regiminis. ſꝫ dñs regi inſtituit ius ty
rannicũ. Dicit̃ enĩ. j. Reg. viij. Hoc erit ius regis qui im-
peraturus ẽ vobis. filios veſtros tollet ⁊c̃. ergo incõuenien
ter fuit pmiſſum p legem circa principũ ordinationem.
¶ Sed contra ẽ ꝙ populus iſrael de plenitudine ordinati
onis cõmendatur Numeri. xxiiij. q̃ pulchra tabernacula
tua Jacob ⁊ tentoria tua iſrael. ſed pulchritudo ordinati
onis populi depẽdet ex principibus bene inſtitutis. ergo p
legem popul⁹ fuit circa principes bñ inſtitutus. ¶ Rñ.
dicẽdum ꝙ circa bonã ordinationẽ principũ in aliqua ciuita
te vel gente duo ſunt attendenda. quoꝝ vnũ ẽ vt omnes
aliquã ptem habeant in principatu. per hoc enĩ conſerua
tur pax populi. ⁊ omnes talem ordinationẽ amant et cu
ſtodiunt. vt dicit̃. in. ij. politice. Aliud ẽ qđ attẽdit̃ ſcḋm ſpe
ciem regiminis vel ordinationis principatuũ. cuius cum
ſint diuerſe ſpecies. vt phũs tradit in. iij. politice. pcipue
tñ ẽ vnum regimen in q̃ vnus principat̃ ſcḋm virtutem. ⁊
ariſtocratiam. i. poteſtas optimoꝝ in q̃ aliqui pauci prin-
cipantur ſcḋm virtutem. vñ optima ordinatio principũ ẽ
in aliqua ciuitate vel regno. in qua vnus pficitur ſcḋm vir
tutem qui omnibus pſit. ⁊ ſub ipſo ſunt aliqui principan-
tes ſcḋm virtutem. ⁊ tñ talis principat⁹ ad oẽs ptinet. tum
q2 ex oĩb⁹ eligi poſſunt. tum q2 etiã ab oĩbus eligunt̃. Ta
lis enĩ ẽ optima politia bene cõmixta ex regno inq̃tũ vn⁹
peſt. ⁊ ariſtocratia inq̃tum multi principãtur ſcḋm virtu-
tem. ⁊ ex democratia. i. poteſtate populi. inq̃tum ex popu-
laribus poſſunt eligi principes. ⁊ ad populum ptinet ele-
ctio principum. ⁊ hoc fuit inſtitutũ ſcḋm legẽ diuinã. Nã
Moyſes ⁊ eius ſucceſſores gubernabãt populũ quaſi ſin
gulariter oĩb⁹ principãtes. qđ eſt quedam ſpecies regni.
Eligebãt̃ aũt. lxxij. ſeniores ſcḋm virtutem. Dicitur enim
Deutero. j. Tuli de veſtris tribub⁹ viros ſapiẽtes ⁊ nobi
les ⁊ cõſtitui eos principes. ⁊ hoc erat ariſtocraticũ. ſꝫ de
mocraticũ erat ꝙ iſti de omni populo eligebantur. Dicit̃
enĩ Exo. xviij. Prouide de omni plebe viros ſapiẽtes ⁊c̃.
⁊ etiã ꝙ popul⁹ eos eligebat. vnde dicit̃ Deutero. j. Da-
te ex vobis viros ſapientes ⁊c̃. vñ ptꝫ ꝙ optima fuit ordi
natio pĩcipũ quã lex inſtituit. ¶ Ad. j. ergo dicẽdũ ꝙ ppl̃s
iſte ſub ſpeciali cura dei regebatur. vnde dr̃ Deutero. vij
Te elegit dñs de⁹ tuus vt ſis ei ppl̃s peculiaris. ⁊ ideo in
ſtitutionẽ ſũmi principis dñs ſibi reſeruauit. ⁊ hoc ẽ qđ
Moyſes petiuit Numeri. xxvij. Prouideat dñs de⁹ ſpi-
rituũ oĩs carnis hoĩem qui ſit ſup multitudinẽ hanc. ⁊ ſic
ex dei ordinatione inſtitutus eſt Joſue in principatu poſt
Moyſen. ⁊ de ſingulis iudicib⁹ qui poſt Joſue fuerũt. le
git̃ ꝙ de⁹ ſuſcitauit populo ſaluatorẽ. ⁊ ꝙ ſpũs dñi fuit i
eis. vt ptꝫ Judic. iij. Et ideo etiã electionẽ regis nõ cõmi-
ſit dñs pplõ. ſꝫ ſibi reſeruauit. vt patꝫ Deutero. xvij. Eũ
cõſtitues regẽ quẽ dñs deus tuus elegerit. ¶ Ad. ij. dicẽ
ꝙ regnũ eſt optimũ regimen ppl̃i ſi non corrũpat̃. ſꝫ pꝑter
magnã poteſtatẽ q̃ regi cõceditur de facili regimen dege-
nerat in tyrãnidẽ niſi ſit pfecta virtus eius cui talis pote
ſtas cõceditur. q2 non ẽ niſi virtuoſi bñ ferre bonas fortu-
nas. vt phũs dicit in. x. ethi. Perfecta aũt virtus in pau
cis inuenit̃. ⁊ pcipue iudei crudeles erant et ad auariciã
proni. p que vitia maxime in tyrãnidẽ decidũt. Et ideo do-
min⁹ a principio eis regẽ non inſtituit cũ plena poteſtate
ſꝫ iudicẽ ⁊ gubernatorẽ in eoꝝ cuſtodiã. ſꝫ poſtea regẽ ad
petitionẽ populi quaſi indignatus cõceſſit. vt ptꝫ p hoc qđ
dixit ad Samuelẽ. j. Reg. viij. Non te abiecerũt. ſꝫ me
ne regnem ſup eos. Inſtituit tñ a principio circa regem
inſtituendum. primo quidẽ modũ eligendi in quo duo
determinauit. vꝫ. vt in eius electione expectarent iudiciũ
domini. vt non facerent regem alterius gẽris. quia tales
reges ſolent parum affici ad gentem cui pficiunt̃. ⁊ p cõ-
ſequens nõ curare de eis. Secũdo ordinauit circa reges
inſtitutos qualiter deberẽt ſe habere q̃tum ad ſeipſos. vt
ſcꝫ non multiplicarẽt currus ⁊ equos. neꝗ vxores. neꝗ
etiam imenſas diuitias. quia ex cupiditate horum princi
pes ad tyrannidem declinant et iuſticiam derelinquunt.
Etiam inſtituit qualiter ſe deberẽt habere ad deũ. vt. ſ.
ſemp legerent ⁊ cogitarent de lege dei vt ſemper eſſent i
dei timore ⁊ obedientia. Inſtituit etiam qualiter ſe habe-
rent ad ſubditos ſuos. vt ſcꝫ non ſuperbe eos cõtẽnerẽt
aut opprimerent neꝗ etiam a iuſticia declinarent. ¶ Ad
iij. dicẽdũ ꝙ diuiſio regni ⁊ multitudo regum magis ẽ po
pulo illi data in penam p multis diſſentionibus eorũ q̃s
maxime contra regnum David iuſtum mouerant q̃ ad
eoꝝ pfectum. vnde dr̃ Oſee. xiij. Dabo tibi regem in fu
rore meo. ⁊ Oſee. viij. Ipſi regnauerũt ⁊ non ex me. prin
cipes extiterũt ⁊ nõ cognoui. ¶ Ad. iiij. dicẽdũ ꝙ ſacerdotes

ꝑ ſucceſſionẽ originis ſacris deputabanṫ. ⁊ hoc ideo vt in maiori reuerentia haberenṫ ſi nõ quilibet ex populo poſſet ſacerdos fieri. quorꝫ honor cedebat in reuerentiã diuini cultus. ⁊ ideo oportuit vt eis ſpecialia ꝗdam deputarentur tam in decimis ꝙ̃ in primicijs ꝙ̃ etiaꝫ in oblatiõib⁹ ⁊ ſacrificijs ex quib⁹ viuerẽt. ſed principes ſicut dictum eſt aſſumebãtur ex toto populo. ⁊ ideo habebãt certas poſſeſſiones ꝓprias ex quibus viuere poterant. ⁊ ꝑcipue cuꝫ dominus ꝓhiberet etiam in rege ne ſupabundaret diuitijs aut magnifico apparatu. tum quia non erat facile ꝗn ex his in ſupbiam ⁊ tyrannidem erigeretur. tum etiaꝫ q꞉ ſi principes non erant multum diuites. ⁊ erat laborioſus principatus ⁊ ſollicitudine plenus. non multum affectabatur a popularibus. ⁊ ſic tollebatur ſeditionis materia.

¶ Ad .v. dĩm ꝙ illud ius non declaratur regi ex inſtitutione diuina. ſed magis ꝑnunciatur vſurpatio regum qui ſibi ius iniquũ conſtituũt in tyrannidem degenerãtes ⁊ ſubditos deꝑdantes. ⁊ hoc patet per hoc ꝙ in fine ſubdit Voſꝙ̃ eritis ei ſerui. qḋ ꝓprie pertinet ad tyrãnidem. ꝗ꞉ tyranni ſuis ſubditis principãtur vt ſeruis. vnde hoc dicebat Samuel ad terrendũ eos ne regem peterẽt. ſequiṫ enĩ Noluit aũt audire populus vocem Samuelis. Poteſt tñ ꝯtingere ꝙ bonus rex abſꝙ̃ tyrãnide filios tollat. ⁊ ꝯſtituat tribunos ⁊ cẽturiones. ⁊ multa accipiat a ſubditis ſuis ꝓpter cõmune bonũ ꝓcurandum.

## Ad ſecũdũ ſic proceditur.

Videtur ꝙ incõuenienter fuerint tradita ꝑcepta iudicialia circum ad popularium conuictũ Non enĩ poſſunt homines pacifice viuere ad inuicẽ ſi vnus accipiat ea que ſunt alterius. ſed hoc videtur eſſe inductuꝫ in lege. dicitur enĩ Deutero. xxiij. Ingreſſus vineã ꝓximi tui comede vuas ꝗtum tibi placuerit. ergo lex vetus non cõuenienter ꝓuidebat hominũ paci. ¶ Pre. ex hoc maxime multe ciuitates ⁊ regna deſtruũtur ꝙ poſſeſſiones ad mulieres ꝑueniunt. vt phũs dicit in .ij. politice. ſed hoc fuit introductuꝫ ĩ veteri lege. Dicitur enĩ Numeri. xxvij. Homo cũ mortuus fuerit abſꝙ̃ filio ad filiam eius tranſibit hereditas ergo non ꝯuenienter ꝓuidit lex ſaluti populi. ¶ Pre. ſocietas hoĩuꝫ maxime ꝯſeruatur ꝑ hoc ꝙ hoĩes emendo et vendendo ſibi inuicẽ res ſuas cõmutant quib⁹ indigent vt dꝫ in primo politice. ſed lex vetus abſtulit virtutẽ venditionis. mandauit enĩ ꝙ poſſeſſio vendita reuerteretṫ ad venditorẽ in .l. anno iubilei. vt patet Leuit. xxv. incõuenienter igitur lex populũ illuꝫ circa hoc inſtituit. ¶ Pre. neceſſitatibus hominuꝫ maxime expedit vt homines ſint ꝓmpti ad mutuũ ꝯcedendum. que quidem ꝓmptitudo tollitur ꝑ hoc ꝙ creditores accepta non reddũt. vnde dicitur Eccl. xxix. Multi non cauſa nequicie nõ feneratũ ſũt ſed fraudari gratis timuerunt. hoc autẽ induxit lex. Primo quidem. q꞉ mandauit Deutero. xv. Cui debetur aliquid ab amico vel ꝓximo ac fratre ſuo repetere non poterit. q꞉ annus remiſſionis eſt dñi. ⁊ Exo. xxij. dicitur ꝙ ſi ꝑſente domino animal mutuatuꝫ mortuũ fuerit reddere non tenetur. Secũdo quia aufertur ei ſecuritas que habetur ꝑ pignus. Diciṫ enĩ Deutero. xxiiij. Cuꝫ repetes a ꝓximo tuo rem aliquam quaꝫ debet tibi. non ingredieris domum eius vt pignus auferas. ⁊ iterum. Non pnoctabit apud te pignus. ſed ſtatim reddes ei. ergo inſufficienter ſunt ordinatum ĩ lege de mutuo. ¶ Pre. ex defraudatione depoſiti maximum periculũ imminet. ⁊ ideo eſt maxima cautela adhibenda. vnde etiam dicitur. ij. Machab. iij. ꝙ ſacerdotes inuocabant eum de celo qui de depoſitis legem poſuit vt his qui depoſuerant ea ſalua cuſtodirẽt ſed in ꝑceptis veteris legis ꝑua cautela circa depoſita adhibetur. Dicitur enĩ Exo. xxij. ꝙ in amiſſione depoſiti ſtatur iuramento eius apud quẽ fuit depoſitũ. ergo nõ fuit circa hoc legis ordinatio ꝯueniens. ¶ Pre. ſicut aliquis mercenarius locat operas ſuas. ita etiã aliqui locant domũ vel quecũꝙ̃ alia hmõi. ſed nõ eſt neceſſariũ vt ſtatim ꝑcium locate domus conductor exhibeat. ergo etiam nimis durum fuit qḋ ꝑcipitur Leuit. xix. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſꝙ̃ mane. ¶ Pre. cum frequenter immineat iudiciorꝫ neceſſitas facilis debet eẽ acceſſus ad iudicem. inconuenientẽter igiṫ ſtatuit lex Deutero. xvij. vt irent ad vnum locũ expetituri iudiciũ de ſuis dubijs. ¶ Pre. poſſibile ẽ nõ ſolum duos ſed etiã tres vel plures ꝯcordare ad mentiendũ. incõuenientẽter igitur diciṫ Deutero. xix. In ore duorꝫ vel triũ teſtiũ ſtabit omne verbum. ¶ Pre. pena debet taxari ſm quãtitatẽ culpe. vnde diciṫ etiam Deutero. xxv. Pro menſura peccati erit ⁊ plagarũ modus. ſed quibuſdã equalibus culpis lex ſtatuit inequales penas. Dicitur enĩ Exo. xxij. ꝙ reſtituet fur quinꝙ̃ boues ꝓ vno boue. ⁊ quattuor oues ꝓ vna oue. quedã etiã nõ multũ grauia peccata graui pena puniũṫ. ſicut Numeri. xv. lapidatus ẽ qui collegerat ligna in ſabbato. Filius etiã ꝓteruus ꝓpter parua delicta. quia ſcilicꝫ comeſſationibus vacabat ⁊ cõuiuijs mandatur lapidari Deutero. xxi. igitur incõuenientẽter ĩ lege ſunt inſtitute pene. ¶ Pre. ſicut Aug⁹ dicit. xxi. de ciuitate dei. Octo genera penarũ in legib⁹ eſſe ſcribit Tullius. dãna vincula. verbera. talionẽ. ignominiã. exiliũ. mortẽ. ſeruitutem. ex quibus aliꝗ ſunt ĩ lege ſtatuta. Dãna quidẽ ſicut cuꝫ fur cõdemnabatur ad quintuplũ vel quadruplum. Vincula vero ſicut Numeri. xv. mandatur de quodam ꝙ in carcerem icluderetur. Verbera vero ſicut Deutero. xxv. Si eum qui peccauit dignum viderint plagis ꝓſternent et coram ſe facient verberari. Ignominiã etiam inferebat illi qui nolebat accipere vxorẽ fratris ſui defuncti. ꝗ tollebat calciamentuꝫ illius ⁊ ſpuebat in faciem illius. Mortem etiã inferebat. vt patet etiam Leuit. xx. Qui maledixerit patri ſuo aut matri morte moriatur. Penam etiam talionis lex induxit dicens Exo. xxi. Oculum ꝓ oculo dẽtem ꝓ dente. inconueniens igitur videtur ꝙ alias duas penas. ſ. exilium ⁊ ſeruitutẽ lex vetus non inſtituit. ¶ Pre. pena non debetur niſi culpe. ſed bruta animalia non poſſunt habere culpam. ergo incõuenienter eis infligitur pena. Exo. xxi. Bos lapidibus obruetur qui occiderit virũ aut mulierem. ⁊ Leuit. xx. dicitur. Mulier ꝗ ſuccubuerit cuilibet iumento ſimul interficiaṫ cũ eo. ſic igiṫ videtur ꝙ incõuenientẽter ea que ꝑtinent ad ꝯuictum hominuꝫ ad inuicem fuerint in lege veteri ordinata ¶ Pre. dominus mandauit Exo. xxi. ꝙ homicidiũ morte hominis puniretṫ ſꝫ mors bruti animalis multo minus reputaṫ ꝙ̃ occiſio hoĩs. ergo non poteſt ſufficiẽter recompẽſari pena homicidij ꝑ occiſionẽ bruti animalis. incõuenienter igitur mãdatur Deutero. xxi. ꝙ quando inuentũ fuerit cadauer occiſi hominis. ⁊ ignorabitur cedis reus. ſeniores ꝓpinquiores ciuitatis tollant vitulam de armento que non traxit iugum nec terram ſcidit vomere. ⁊ ducent eaꝫ ad vallem aſperam atꝙ̃ ſaxoſam que nunꝙ̃ arata eſt. nec ſemẽta recepit. ⁊ cedent in ea ceruices vitule. ¶ Sed contra ẽ qḋ ꝑ ſpeciali beneficio cõmemoratur ĩ pſ. Nõ fecit taliter omni nationi ⁊ iudicia ſua non manifeſtauit eis. ¶ Rñ.

dōm ꝙ ſicut Aug⁹ in .ij. de ciuitate dei introducit a Tullio dictū. populus ē cetus multitudinis iuris conſenſu ⁊ vtilitate cōmunitatis ſociatus. vñ ad rōnem populi pertinet vt cōmunicatio hoīuʒ ad inuicē iuſtis ꝑceptis legis ordinetur. Eſt aūt duplex cōmunicatio hoīum ad inuicē. Una quidem que fit auctoritate principum. Alia aūt fit ꝓpria voluntate priuatarū ꝑſonarū. ⁊ quia voluntate vniuſcuiuſqʒ diſponi poteſt qđ eius ſubdit̄ poteſtati. ideo auctoritate principū quibus ſubiecti ſunt hoīes. oportet ꝙ iudicia inter homines exerceātur. ⁊ pene malefactorib⁹ inferātur. Poteſtati vero priuatarū ꝑſonarū ſubdūt̄ res poſſeſſe. ⁊ ideo ꝓpria auctoritate ī his poſſunt ſibi inuicem cōmunicare. puta emēdo. vendēdo. donando. ⁊ alijs hmōi. Circa vtrāqʒ autem cōmunicationē lex ſufficiēter ordinauit. Statuit enī iudices vt pʒ Deutero. xvi. Iudices ⁊ magiſtros cōſtitues in oīb⁹ portis eius vt iudicēt populū iuſto iudicio. Inſtituit etiāʒ iuſtū iudicij ordinē vt dr̄ Deute. j. Qđ iuſtū ē iudicate. ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrinus nulla erit ꝑſonarū diſtantia. Suſtulit etiā occaſionē iniuſti iudicij acceptionē muneꝝ iudicibus ꝓhibendo. vt pʒ. Exo. xxiij. ⁊ Deutero. xvj. Inſtituit etiam numerū teſtiū duoꝝ vel triū. vt pʒ Deutero. xvij. ⁊ xix. Inſtituit etiā certas penas ꝓ diuerſis delictis vt poſt dicet̄. Sed circa res poſſeſſas optimū ē. ſicut dicit phūs in .ij. politice ꝙ poſſeſſiones ſint diſtincte. ⁊ vſus ſit partim cōmunis. partim aūt ꝑ voluntatē poſſeſſoꝝ cōmunicet̄. ⁊ hec tria fuerunt in lege ſtatuta. Primo enī ipſe poſſeſſiones diuiſe erant in ſingulos. Dicit̄ enim Numeri. xxxiij. Ego dedi vobis terrā in poſſeſſionē quā ſorte diuidetis vobis. Et q² ꝑ poſſeſſionū irregularitatē plures ciuitates deſtruunt̄ vt phūs dicit .ij. politice. ideo circa poſſeſſiones regulandas triplex remediū lex adhibuit. Unū quidē vt ſcđm numerū hominū equaliter diuiderentur. vnde dr̄ Numeri xxxiij. Pluribus dabitis latiorē. ⁊ paucioribus anguſtiorem. Aliud remediū eſt vt poſſeſſiones nō in ꝑpetuū alienētur. ſed certo tpe ad ſuos poſſeſſores reuertātur. vt nō cōfundātur ſortes poſſeſſionū. Tertiū remediū ad huiuſmodi cōfuſionem tollendam vt ꝓximi ſuccedant morientibus. Primo quidē gradu filius. ſcđo autē filia. tertio fratres. quarto patrui. quinto quicunqʒ ꝓpinqui. Et ad diſtinctionem ſortium cōſeruandā vlterius lex ſtatuit vt mulieres que ſunt heredes nuberent ſue tribus hoībus. vt habet̄ Numeri. xxxvi. Scđo vero inſtituit lex vt quātuʒ ad aliqua vſus rerū eſſet cōmunis. ⁊ quātum ad curam. ꝑceptum ē enim Deutero. xxij. Nō videbis bouē ⁊ ouem fratris tui errantē ⁊ preteribis. ſʒ reduces fratri tuo. ⁊ ſimiliter de alijs. ſcđo quātum ad fructum. Cōcedebat̄ enī cōmuniter quātum ad oēs. vt ingreſſus in vineā amici licite comedere poſſet. dū tñ extra non deferret. Quantū ad pauperes vero ſpecialiter vt eis relinquerent̄ manipuli obliti. ⁊ fructus. ⁊ racemi remanentes. vt habet̄ Leuit. xix. et Deutero. xxiiij. ⁊ etiā cōmunicabāt̄ ea q̄ naſcebant̄ in ſeptimo anno. vt habet̄ Exo. xxiij. ⁊ Leuit. xxv. Tertio vero ſtatuit lex cōmunicationē factā ꝑ eos qui ſūt rerū domini. vnā pure gratuitā. vnde dr̄ Deutero. xiiij. Anno tertio ſeparabis aliā decimā. venietqʒ leuites ⁊ peregrinus ⁊ pupillus ⁊ vidua ⁊ comedent ⁊ ſaturabunt̄. aliā vero cū recōpenſatione vtilitatis. ſicut ꝑ venditionē et emptionē locationē ⁊ cōductionem ⁊ ꝑ mutuū. ⁊ iterū ꝑ depoſitū. de quibus oībus inueniūtur ordinationes certe in lege. vñ pʒ ꝙ lex vetus ſufficiēter ordinauit cōuictū illius populi.

¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ ſicut Apl's dicit Roma. xiij. Qui diligit ꝓximū legē impleuit. q² ſcʒ oīa ꝑcepta legis precipue ordinata ad ꝓximū ad hūc finem ordinari videnī vt hoīes ſe inuicē diligant. ex dilectione aūt ꝓcedit ꝙ hoīes ſibi inuicē bona ſua cōmunicēt. q² vt dr̄. j. Iob. iij. Qui viderit fratrē ſuū neceſſitatē patientē. ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo. quomodo charitas dei manet in illo? ⁊ ideo intendebat lex hoīes aſſuefacere vt facile ſibi inuicē ſua cōmunicarēt. ſicut ⁊ Apls. j. ad Timo. vj. diuitib⁹ mandat facile tribuere ⁊ cōmunicare. non autē facile cōmunicatiuus eſt qui nō ſuſtinet ꝙ ꝓximus aliquid modicū de ſuo accipiat abſqʒ magno ſui detrimento. ⁊ ideo lex ordinauit vt liceret intrantē in vineam ꝓximi racemos ibi comedere. nō aūt extra deferre ne ex hoc daretur occaſio grauis damni inferēdi. ex quo pax perturbaret̄. que inter diſciplinatos non perturbatur ex modicoꝝ acceptione. ſʒ magis amicicia confirmat̄. ⁊ aſſuefiūt homines ad aliquid facile cōmunicādū.

¶ Ad .ij. dōm ꝙ lex nō ſtatuit ꝙ mulieres ſuccederēt in bonis paternis niſi ī defectu filioꝝ maſculorū. tūc aūt neceſſariū erat vt ſucceſſio mulieribus cōcederet̄ in cōſolationem patris. cui graue fuiſſet ſi eius hereditas oīno ad extraneos trāſiret. Adhibuit tñ circa hoc lex cautelam debitā ꝑcipiēs vt mulieres ſuccedentes ī hereditate paterna nuberent ſue trib⁹ hoīb⁹ ad hoc ꝙ ſortes tribuū nō cōfunderent̄. vt habet̄ Nūeri vlt.

¶ Ad .iij. dōm ꝙ ſicut phūs dicit in .ij. politice. regulatio poſſeſſionū multū confert ad cōſeruationē ciuitatis vel gentis. vñ ſicut ipſe dicit apud quaſdā gentiliū ciuitates ſtatutū fuit vt nullus poſſeſſionē vēdere poſſet niſi ꝓ manifeſto detrimēto. Si enī paſſim poſſeſſiones vendant̄. pōt cōtingere ꝙ oēs poſſeſſiones ad paucos deueniāt. ⁊ ita neceſſe erit ciuitatē vel regionē habitatoribus euacuari. ⁊ ideo lex vetus ad hmōi periculū remouendū ſic ordinauit ꝙ ⁊ neceſſitatibus hominū ſubueniret̄ cōcedens poſſeſſionū venditionem vſqʒ ad certū tpꝰ. ⁊ tñ periculū remouit. ꝑcipiens vt certo tpe poſſeſſio vendita ad vendentē rediret. ⁊ hoc inſtituit vt ſortes non cōfunderent̄. ſed ſemꝑ remaneret eadē diſtinctio determinata ī tribubus. Quia vero domus vrbane nō erant ſorte diſtincte. ideo cōceſſit ꝙ in perpetuū vendi poſſent. ſicut ⁊ mobilia bona. Nō enī erat ſtatut⁹ numerus domoꝝ ciuitatis ſicut erat certa mēſura poſſeſſiōis ad quā non addebat̄. Poterat aūt aliquid addi ad numerū domoꝝ ciuitatis. Dom⁹ vero que nō erant in vrbe ſʒ in villa muros nō habentes. in ꝑpetuum vendi non poterāt q² huiuſmodi domus non cōſtruūtur niſi ad cultū et ad cuſtodiam poſſeſſionū. ⁊ ideo lex congrue ſtatuit idē ius circa vtrūqʒ.

¶ Ad .iiij. dōm ꝙ ſicut dictum eſt. intentio legis erat aſſuefacere homines ſuis ꝑceptis ad hoc ꝙ ſibi inuicem de facili in neceſſitatibus ſubuenirent. q² hoc maxime eſt amicicie fomentū. Et hanc quidem facilitatē ſubueniendi non ſolum ſtatuit in his que gratis ⁊ abſolute donantur. ſed etiam in his que mutuo cōceduntur. quia huiuſmodi ſubuentio frequentior eſt pluribus neceſſaria. Huiuſmodi autem ſubuētionis facilitatē multipliciter inſtituit. Primo quidē vt faciles ſe ꝓberent ad mutuū exhibendum. ne ab hoc retraherētur annos remiſſionis appropinquante. vt habet̄ Deutero. xv. Secūdo ne eum cui mutuū concederet grauarent vel vſuris vel etiam aliqua pignora omnino vite neceſſaria accipiendo ⁊ ſi accepta fuerint ꝙ ſtatim reſtituerētur. Dicitur enim Deuter. xxiij. Nō feneraberis fratri tuo ad vſurā. ⁊ xxiiij. Non accipies loco pignoris inferiorem ⁊ ſuperiorē molā quia animam ſuam appoſuit tibi. ⁊ Exo. xxij. dicitur. Si

pignus a ꝓximo tuo acceperis veſtimētū ante ſolis occa/
ſum reddes ei. Tertio vt non importune exigerent. vnde
dicit̄ Exo. xxij. Si pecuniā mutuā dederis populo meo
pauꝑi qui habitat tecū. non vrgebis eū quaſi exactor. ⁊
ꝓpter hoc etiā mandat̄ Deutero. xxiiij. Cū repetes a ꝓxi/
mo tuo rē aliquā quam debet tibi. non ingredieris in do/
mū eius vt pignus auferas. ſed ſtabis foris. ⁊ ille tibi ꝓ/
feret qđ habuerit. tum qꝛ domus ē tutiſſimū vniuſcuiuſ/
qꝫ receptaculū. vnde moleſtū homini ē vt in domo ſua i/
uadat̄. tum etiā qꝛ non cōcedit creditori vt accipiat pign⁹
qđ voluerit. ſed magis debitori vt det quo min⁹ indigue/
rit. Quarto inſtituit ꝙ in ſeptimo anno debita penit⁹ re/
mitterent̄. Probabile eni erat vt illi qui cōmode redde/
re poſſent ante ſeptimū annū redderēt ⁊ gratis mutuātē
nō defraudarēt. Si aūt omnino impotētes eſſent. eadem
rōne eis erat debitū remittendū ea dilectiōe qua etiā erat
eis de nouo dandū ꝓpter indigentiā. Circa animalia ve/
ro mutuata hec lex ſtatuit. vt ꝓpter negligentiā eius cui
mutuata ſunt ſi in ipſius abſentia moriant̄ vel debilitēt̄.
reddere ea cōpellat̄. Si vero eo pñte ⁊ diligēter cuſtodi
ente mortua fuerint vel debilitata. non cogebat̄ reſtituere
⁊ maxime ſi erant mercede cōducta. qꝛ ita etiā potuiſſent
mori ⁊ debilitari apud mutuantē. ⁊ ita ſi pſeruatione tn̄
animalis ꝯſequeretur. iam aliqđ lucrū reportaret ex mu
tuo. ⁊ nō eſſet gratuitū mutuū. ⁊ maxime hoc obſeruādū
erat qñ aīalia erant mercede ꝯducta. qꝛ tūc habebat cer/
tum ꝑcium ꝓ vſu animaliū. vñ nihil accreſcere debebat
ꝓ reſtitutiōe3 animaliū niſi ꝓpter negligentiā cuſtodien
tis. Si autē non eſſent mercede ꝯducta potuiſſet habere
aliquā eqtatē. vt ſaltē tātū reſtitueret q̄tum vſus aīalis
mortui vel debilitati cōduci potuiſſet. ¶ Ad. v. dōm ꝙ hec
differētia ē īter mutuū ⁊ depoſitū. qꝛ mutuū tradit̄ ī vtili
tatē ei⁹ cui tradit̄. ſꝫ depoſitū tradit̄ ī vtilitatē deponētꝪ. ⁊
iō mag̃ artabat̄ aliq̃s ī aliqb⁹ caſib⁹ ad reſtituendū mu/
tuū qꝫ ad reſtituēdū depoſitū. Depoſitū enī ꝑdi poterat
dupliciter. Uno mō ex cā ineuitabili vel natali. puta ſi eēt
mortuū vel debilitatū aīal depoſitū. vel extrinſeca. puta ſi
eſſet captū ab hoſtib⁹. vel ſi eſſet comeſtum a beſtia. ī quo
tn̄ caſu tenebatur deferre ad dñm aīalis id qđ de aīali oc/
ciſo ſupererat. in alijs aūt ſupra dictis caſib⁹ nihil reddere
tenebat̄. ſed ſolū ad expurgandā ſuſpitionē fraudis tene
batur iuramentū pſtare. Alio mō poterat ꝑdi ex cauſa
euitabili. puta ꝑ furtum. ⁊ tūc ꝓpter negligentiā3 cuſto/
dis reddere tenebat̄. ſed ſicut dictū eſt ille qui mutuo ac
cipiebat aīal tenebat̄ reddere etiā ſi debilitatū3 aut mor/
tuū fuiſſet in eius abſentia. de minori enī negligētia tene
batur qꝫ depoſitari⁹ qui nō tenebat̄ niſi de furto. ¶ Ad. vj
dōm ꝙ mercēnarij qui locāt opas ſuas pauꝑes ſunt de
laborib⁹ ſuis victū querentes quotidianū. ⁊ ideo lex ꝓui/
de ordinauit vt ſtatim eis merces ſolueret̄ ne victus eis
deficeret. ſed illi qui locant alias res diuites eſſe ꝯſueue/
runt. nec ita indigēt locationis ꝑcio ad ſuū victū quotidi
anum. ⁊ ideo nō ē eadē ratio in vtroqꝫ. ¶ Ad. vij. dōm
ꝙ iudices ad hoc inter hoīes ꝯſtituūtur ꝙ determinēt qđ
ambiguū inter hoīes circa iuſticiā eſſe pōt. Dupliciter
aūt aliquid pōt eē ambiguū. Uno modo apud ſimplices
⁊ ad hoc dubiū tollendū mādatur Deutero. xvi. Ut iu/
dices ⁊ magiſtri cōſtituerent̄ ꝑ ſingulas tribus vt iudica
rent populū iuſto iudicio. Alio modo cōtingit aliquid eē
dubiū etiā apud peritos. ⁊ ideo ad hoc dubiū tollendum in
ꝯſtituit lex vt oēs recurrerēt ad locū pncipalē a deo ele/
ctum. in quo ⁊ ſūmus ſacerdos eēt qui determinaret du

bia circa cerimonias diuini cultus. ⁊ ſūmus iudex popu/
li qui determinaret q̄ ꝑtinent ad iudicia hoīu3. ſicut etiā
nunc ꝑ appellationē vel ꝯſultationē cauſe ab inferiori
bus iudicibus ad ſuperiores deferunt̄. vnde dr̄ Deutero.
xvij. Si difficile ⁊ ambiguū apud te iudiciu3 ꝑſpexeris
⁊ iudiciū intra portas tuas videris verba variari. aſcen/
de ad locū quē elegerit dñs veniesqꝫ ad ſacerdotes leuiti/
ci generis. ⁊ ad iudicē qui fuerit in illo tpe. hmōi autem
ambigua iudicia nō frequēter emergebāt. vnde ex hoc po/
pulus nō grauabat̄. ¶ Ad. viij. dōm ꝙ in negocijs huma
nis non pōt haberi demōſtratiua ꝓbatio ⁊ infallibilis. ſꝫ
ſufficit aliqua ꝯiecturalis ꝓbabilitas ſm̄ qꝫ rhetor ꝑſua/
det. ⁊ ideo lꝫ ſit poſſibile duos aut tres teſtes ī mendaciū
ꝯuenire. non tn̄ ē facile nec ꝓbabile ꝙ ꝯueniāt. ⁊ ideo ac
cipitur eoꝝ teſtimoniū tanqꝫ verū. ⁊ ꝓcipue ſi in ſuo teſti
monio non vacillēt. vel alias ſuſpecti non fuerint. Et ad
hoc etiā ꝙ nō de facili a veritate teſtes declinarent. inſti/
tuit lex vt teſtes diligētiſſime examinarentur. ⁊ grauiter
punirent̄ qui inuenirent̄ mēdaces. vt habet̄ Deutero.
xix. Fuit tn̄ aliqua ratio hmōi numeri determinandi ad
ſignificādū infallibilē veritatē ꝑſonaꝝ diuinarū q̄ qñqꝫ
numerant̄ due. qꝛ ſpūſſanctus ē nexus duoꝝ. qñqꝫ expri/
munt̄ tres. vt Aug⁹ dicit ſuꝑ illud Job. viij. In lege no/
ſtra ſcriptū eſt. qꝛ duoꝝ hoīu3 teſtimoniū verū eſt. ¶ Ad
ix. dōm ꝙ nō ſolū ꝓpter grauitatē culpe. ſꝫ etiā ꝓpter alias
cauſas grauis pena infligitur. Primo quidē ꝓpter quān
titatē peccati. qꝛ maiori peccato ceteris parib⁹ pena graui/
or debetur. Scđo ꝓpter peccati ꝯſuetudinē. qꝛ a peccatis
cōſuetis non faciliter hoīes abſtrahūtur niſi per graues
penas. Tertio ꝓpter multā ꝯcupiſcentiā vel delectationē
in peccato. ab his enī nō de facili hoīes abſtrahuntur niſi
ꝓpter graues penas. Quarto ꝓpter facilitatē cōmittendi
peccatū ⁊ iacēdi in ipō. hmōi aūt peccata qñ manifeſtant̄
ſunt magis punienda ad alioꝝ terrorē. Circa ipſam etia3
quātitatē peccati q̄druplex gradus ē attēdendus etiam
circa vnū ⁊ idē factū. Quoꝝ primus ē qñ inuoluntarius
peccatū cōmittit. tūc eī ſi oīno ē inuolūtarius totaliter ex
cuſatur a pena. Dicit̄ enim Deutero. xxij. ꝙ puella q̄ op
primit̄ in agro non ē rea mortis. qꝛ clamauit ⁊ nullus eſt
fuit qui liberaret eā. Si vero aliquo modo fuerit volun
tarius. ſꝫ tn̄ ex infirmitate peccat. puta cū3 quis peccat ex
paſſione. minuitur peccatū. ⁊ pena ſm̄ veritatē iudicij di
minui debet. niſi forte ꝓpter cōmunē vtilitatem pena ag
grauet̄ ad abſtrahendū homines ab hmōi peccatis. ſicut di
ctum eſt. Secūdus gradus eſt quādo quis per ignorātiā
peccauit. ⁊ tunc aliquo modo reus reputabatur ꝓpter ne
gligentiā addiſcendi. ſed tamen non puniebatur per iudi
ces. ſed expiabat peccatu3 ſuū ꝑ ſacrificia. vnde dicit̄ Le/
uit̄. iiij. Anima que peccauerit ꝑ ignorātiam ⁊c̄. ſed hoc ī/
telligendum ē de ignorantia facti. non autem de ignorantia
ꝓcepti diuini qđ omnes ſcire tenebātur. Tertius gradus
ē qñ aliquis ex ſuꝑbia peccabat. id ē. ex certa electiōe vel
ex certa malicia. ⁊ tunc puniebatur ſm̄ q̄ntitatem delicti.
Quartus autem gradus ē quādo peccabat ꝑ ꝓteruiā et
ꝑtinaciam. ⁊ tunc quaſi rebellis ⁊ deſtructor ordinatio/
nis legis omnino occidendus erat. Scdm̄ hoc dōm ē ꝙ
in pena furti ꝯſiderabatur ſm̄ legem id qđ frequēter acci/
dere poterat. ⁊ ideo ꝓ furto aliarū rerum que de facili cu/
ſtodiri poſſunt a furibus non reddebat fur niſi duplum.
Oues autem nō de facili poſſunt cuſtodiri a furto. quia
paſcuntur in agris. ⁊ ideo frequentius ꝯtingebat ꝙ oues
furto ſubtraherentur. vnde lex maiorem penā3 appoſuit.

vt ſcilicȝ quattuor oues ꝓ vna oue redderentur. Adhuc autem boues difficilius cuſtodiuntur. quia habentur in agris. ⁊ non ita paſcuntur gregatim ſicut oues. ⁊ ideo ad huc hic maiorem penam appoſuit. vt ſcȝ quinqȝ boues ꝓ vno boue redderētur. ⁊ hoc dico niſi forte idem animal inuentum fuerit viuens apud eum. quia tunc ſolū duplū reſtituebat ſicut ⁊ ī ceteris furtis. poterat enim haberi preſumptio ꝙ cogitaret reſtituere ex quo viuū ſeruaſſet. Uel poteſt dici ſꝫm glo. ꝙ bos habet quinqȝ vtilitates. q̄ȝ immolatur. arat. paſcit carnibus. lac dat ⁊ corium etiam diuerſis vſibus miniſtrat. ⁊ ideo ꝓ vno boue quinqȝ boues reddebātur. Ouis etiam habet quattuor vtilitates. quia īmolatur. paſcit. lac dat ⁊ lanam miniſtrat. Filius autē cōtumax non quia comedebat et bibebat occidebatur. ſȝ ꝓpter cōtumaciam ⁊ rebellionem que ſemꝑ morte punibatur. vt dictum eſt. Ille vero qui colligebat ligna ī ſabbato lapidatus fuit tanq̄ȝ legis violator que ſabbatum obſeruari p̄cipiebat in cōmemorationem fidei nouitatis mūdi. ſicut ſupra dictum eſt. vnde occiſus fuit tanq̄ȝ infidelis. ¶ Ad .x. dōm ꝙ lex vetus penam mortis inflixit in grauioribus criminibus. ſcȝ in his que contra deum peccant. ⁊ in homicidio. ⁊ in furto hominū. ⁊ in irreuerentia ad parentes. ⁊ in adulterio ⁊ in ceſtibus. In furto autē aliarum rerum adhibuit penam damni. In percuſſuris autem ⁊ mutilationibus induxit penam talionis. ⁊ ſimiliter in peccato falſi teſtimonij. In alijs autem minorib⁹ culpis induxit penam flagellationis vel ignominie. Penam autē ſeruitutis induxit in duobus caſibus. In vno quidem quādo ſeptimo āno remiſſionis ille qui erat ſeruus nolebat beneficio legis vti vt liber exiret. vn̄ ꝓ pena ei infligebaṫ vt in ꝑpetuū ſeru⁹ remaneret. Scd̄o infligebatur furti qn̄ nō habebat ꝙ poſſet reſtituere. ſicut habeṫ Exo. xxij. Penam aūt exilij vniuerſaliter lex non ſtatuit. q̄ȝ in ſolo populo illo deus colebaṫ oībus alijs populis ꝑ idolatriā corruptis. vn̄ ſi quis a populo illo vniuerſaliter excluſus eſſet daretur ei occaſio idolatrie. ⁊ ideo. j. Reg. xxvi. dr̄ ꝙ Dauid dixit ad Saul. Maledicti ſūt q̄ eiecerūt me hodie vt nō habitē in hereditate dn̄i dicentes. vade ſerui dijs alienis. erat tn̄ aliqd̄ ꝑticulare exiliū. Diciṫ enī Deutero. xix. ꝙ qui ꝑcuſſerit ꝓximū ſuū neſciens. ⁊ nullū cōtra ipm̄ habuiſſe odiū cōprobaṫ. ad vnaȝ vrbiū refugij confugiebat. ⁊ ibi manebat vſqȝ ad mortem ſūmi ſacerdotis. tūc enī ei licebat ad domū redire. quia in vniuerſali damno populi cōſueuerunt ꝑticulares ire ſedari. ⁊ ita ꝓximi defuncti non ſic ꝓni erant ad eius occiſionem ¶ Ad .xi. dōm ꝙ animalia bruta mādabanṫ occidi non ꝓpter aliquā ipoꝝ culpā. ſȝ in penā dn̄oꝝ qui talia animalia nō cuſtodierāt ab hmōi peccatis. ⁊ ideo magis puniebatur dn̄s ſi bos cornupeta fuerat ab heri ⁊ nudiuſtert⁹ in quo caſu poterat occurri periculo q̄ȝ ſi ſubito cornupeta efficeretur. Uel occidebanṫ aīalia ī deteſtationē peccati. ⁊ ne ex eorū aſpectu aliquis horror hoībus incutereṫ. ¶ Ad .xij. dōm ꝙ ratio litteralis illius mādati fuit vt rabi Moyſes dicit. q̄ȝ frequenter interfector eſt de ciuitate ꝓpinquiori. vn̄ occiſio vitule fiebat ad explorādū homicidij occultū. qd̄ quidē fiebat ꝑ tria. Quoꝝ vnū ē ꝙ ſeniores ciuitatis iurabāt nihil ſe ꝑtermiſiſſe ī cuſtodia viarū. Aliud ē q̄ȝ ille cuius erat vitula dānificabaṫ in occiſione aīalis. ⁊ ſi prius manifeſtareṫ homicidiū aīal nō occidereṫ. Tertiū ē q̄ȝ locus in quo occidebaṫ vitula remanebat. ⁊ ideo ad euitandū vtrūqȝ dānum hoīes ciuitatis d̄ facili manifeſtarent homicidiū ſi ſcirent. et raro poterat eſſe quin aliqua verba vel iudicia ſuper hoc facta eſſent. Uel hoc fiebat ad terrorē ī deteſtationē homicidij. Per occiſionem enī vitule que ē animal vtile ⁊ fortitudīe plenum p̄cipue tanq̄ȝ laboret ſub iugo. ſignificabaṫ ꝙ quicunqȝ homicidiuȝ feciſſet. q̄ȝuis eſſet vtilis ⁊ fortis. occidendus erat ⁊ morte crudeli. qd̄ ceruicis ꝯciſio ſignificabat ⁊ tanqȝ vilis ⁊ abiectus a conſortio hoīuȝ excludendus erat. qd̄ ſignificabatur ꝑ hoc ꝙ vitula occiſa in loco aſpero ⁊ inculto relinquebaṫ in putredinem ꝯtrahenda. Myſtice autē ꝑ vitulam de armento ſignificatur caro xp̄i que non traxit iugum. q̄ȝ non fecit peccatū. nec terraȝ ſcidit vomere. i. ſeditionis maculam non admiſit. Per hoc enim ꝙ in valle inculta occidebatur. ſignificatur deſpecta mors xp̄i. ꝑ quā purgantur oīa peccata. ⁊ diabolus eē homicidij actor oſtenditur.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Uideṫ ꝙ iudicialia p̄cepta nō ſint ꝯuenient̄er tradita q̄ȝtū ad extraneos. Dicit enī Petrus Act. x. In veritate comperi quoniā nō ē acceptor ꝑſonaꝝ deus. ſed in oī gente q̄ timet deū ⁊ oꝑatur iuſticiā acceptus eſt illi. ſȝ illi qui ſūt deo accepti non ſunt ab eccleſia dei excludendi. incōueniter igitur mādatur Deutero. xxiij. ꝙ āmonites ⁊ moabites etiam poſt decimā generationem nō intrabunt in eccleſiam dn̄i in eternum. econtrario autem ibidem p̄cipiṫ de quibuſdā gentibus. Nō abominaberis idumeū quia frater tuus ē. nec egyptium q̄ȝ aduena fuiſti in terra eius ¶ Pre. ea que non ſunt in poteſtate noſtra nō merētur aliquā penam. ſed ꝙ homo ſit eunuchus vel ex ſcorto natus non eſt in poteſtate eius. ergo incōuenienter mandatur Deutero. xxiij. ꝙ eunuch⁹ ⁊ ex ſcorto natus nō ingrediatur eccleſiam dn̄i. ¶ Pre. lex vet⁹ miſericorditer mādauit vt aduene nō affligāṫ. Dicitur enī Exo. xxij. Aduenam non contriſtabis. neqȝ affliges eū. aduene enī et ipi fuiſtis in terra egypti. ⁊ xxiij. Peregrino moleſtus non eris. ſcitis enim aduenarum animas. quia ⁊ ipi peregrini fuiſtis in terra egypti. ſed ad afflictionem alicuius ꝑtinet ꝙ vſuris opprimatur. incōuenienter igitur lex permiſit Deutero. xxiij. vt alienis ad vſuram pecuniam mututuarēt. ¶ Pre. multo magis appropinquāt nobis homines q̄ȝ arbores. ſed his q̄ ſunt nobis magis ꝓpinqua magis debemus effectū ⁊ affectū dilectionis impēdere. ſꝫm illud Eccē. xiij. Omne animal diligit ſimile ſibi. ſic et oīs homo ꝓximum ſibi. incōuenienter igiṫ dn̄s Deutero. xx. mādauit ꝙ de ciuitatibus hoſtium captis omnes interficerent. ⁊ tn̄ arbores fructiferas non ſuccīderent. ¶ Pre. bonum cōmune ſꝫm virtutem eſt bono priuato preferendum ab vnoquoqȝ. ſed in bello quod cōmittiṫ contra hoſtes queritur bonū cōmune. incōuenienter igitur mandatur Deutero. xx. ꝙ iminente prelio aliqui domum remittantur. puta qui edificauit domum nouam. qui plantauit vineam. vel qui deſpondit vxorem. ¶ Pre. ex culpa non debet q̄s cōmodū reportare. ſȝ ꝙ hō ſit formidoloſus ⁊ corde pauidus culpabile ē. ꝯtrariū enī ē virtuti fortitudinis. incōuenienter igiṫ a labore ꝑlij excuſabāṫ formidoloſi ⁊ pauidū cor habētes. ¶ Sȝ ꝯ̄ ē ꝙ ſapiā diuina dicit Prouer. viij. Iuſti ſūt oēs ſꝫmōes mei. ⁊ nō ē ī eis ꝑuū q̄d neqȝ ꝑuerſū. ¶ Rn̄. dō. ꝙ cū extraneis ꝑt eē hoīuȝ cōuerſatio dupliciṫ. vno mō pacifice. alio mō hoſtiliṫ. ⁊ q̄ȝtū ad vtrūqȝ modū ordinādū lex ꝯuenientia p̄cepta ꝯtinebat Tripliciṫ enī offerebaṫ iudeis occaſio vt cū extraneis pacifice cōicarēt. Primo q̄dē qn̄ extranei ꝑ terrā eoꝝ trāſitū

faciebant quaſi peregrini. Alio modo qñ in terrã eorũ ad
adueniebãt ad inhabitandũ ſicut aduene. ⁊ q̃tũ ad vtrũ
q3 lex miſericordie p̄cepta poſuit. Nã3 Exo. xxij. dicit̃. Ad
uenam non contriſtabis. ⁊ xxiij dicit̃. Peregrino moleſtꝰ
non eris. Tertio vero qñ aliqui extranei totaliter in eorũ
cõſortiũ ⁊ ritum admitti volebãt. ⁊ in his quidã ordo at
tendebat̃. non enĩ ſtatim recipiebant̃ q̄ſi ciues. ſicut etiã
apud quoſdã gentiliũ ſtatutũ erat vt non reputarent̃ ci
ues niſi qui ex auo vel atauo ciues extiterent. vt phũs di
cit in. iij. politice. ⁊ hoc ideo q2 ſi ſtatim extranei aduentã
tes reciperẽtur ad tractandu3 ea q̄ ſunt populi. poſſent
multa pericula ↄtingere du3 extranei nõ habẽtes adhuc
amorem firmatũ ad bonum publicum aliqua ↄtra popu
lum attemptarent. ⁊ ideo lex ſtatuit de quibuſda3 genti
bus habẽtibus aliquã affinitatẽ ad iudeos. ſ. de egyptijs
apud quos nati fuerant ⁊ nutriti. ⁊ d̃ idumeis filijs Eſau
fratris Jacob in tertia generatiõe reciperẽtur in cõſortiũ
populi. Quidam vero q2 hoſtialiter ſe ad eos habuerant
ſicut ãmonite ⁊ moabite. nunq̃3 in conſortiũ populi ad
mitterentur. Amalechite autẽ qui magis eis fuerant ad
uerſarij ⁊ cum eis nullum cognationis habebãt cõſortiũ.
quaſi hoſtes ꝑpetui haberẽtur. Dicit̃ enĩ Exo. xvij. Bel
lum dei erit contra Amalech a generatiõe in generatio
nem. Similiter etiã q̃tum ad hoſtilem cõmunicatione3
cum extraneis lex ↄueniẽtia p̄cepta tradidit. Nã primo
quidẽ inſtituit vt bellũ iuſte inirent̃. Mãdatur enĩ Deu
tero. xx. ꝙ qñ accederent ad expugnandũ ciuitatem offer
rent ei primo pacem. Secũdo inſtituit vt fortiter bellu3
inceptu3 exequerẽtur habentes de deo fiduciam ⁊ ad hoc
melius obſeruãdum inſtituit ꝙ iminente p̄lio ſacerdos
eos cõfortaret ꝓmittendo auxilium dei. Tertio mãdauit
vt impedimenta p̄lij remouerẽtur remittendo quoſdam
ad domum q̄ poſſent impedimẽta p̄ſtare. Quarto inſti
tuit vt victoria moderate vterẽtur ꝑcendo mulieribus ⁊
paruulis. ⁊ etiam ligna fructifera regionis non incidendo.
Ad. j. ergo dicendum ꝙ homines nulliꝰ gẽtis excluſit lex a cul
tu dei. ⁊ ab his que ꝑtinent ad anime ſalutem. Dicitur
enĩ Exo. xij. Si quis peregrinoꝝ ĩ veſtrã voluerit trãſire
colonia3 ⁊ facere phaſe domini circũcidetur prius omne
maſculinũ eius. ⁊ tunc rite celebrabit. eritq3 ſimul ſicut
indigena terre. Sed in tẽporalibus q̃tum ad ea que ꝑti
nebant ad cõmunitate3 populi nõ ſtatim quilibet admit
tebatur rõne ſupra dicta. ſed quidã in tertia generatiõe
ſc3 egyptij ⁊ idumei. Alij vero ꝑpetuo excludebãtur ĩ de
teſtationẽ culpe p̄terite. ſicut moabite ⁊ ãmonite ⁊ ama
lechite. Sicut enĩ punitur vnus homo ꝓpter peccatũ qḋ
cõmiſit vt alij videntes timeant ⁊ peccare deſiſtãt. ita etiã
ꝓpter aliqḋ peccatũ gens vel ciuitas poteſt puniri vt alij
a ſimili peccato abſtineant. Poterat tamen diſpenſatiue
aliquis in collegium populi admitti ꝓpter aliquẽ virtu
tis actum. ſicut Judith. xiiij. dicitur ꝙ Achior dux filioꝝ
Amon appoſitus eſt ad populum iſrael ⁊ omnis ſucceſ
ſio generis eius. ⁊ ſimiliter Ruth moabitis que mulier
virtutis erat. l3 poſſit dici ꝙ illa ꝓhibitio extendebat̃ ad
viros nõ ad mulieres. quibꝰ nõ cõpetit ſimpliciter eẽ ci
ues. Ad. ij. dicendum ꝙ ſicut phũs dicit in. iij. politice. du
pliciter aliq̄s d2 eſſe ciuis. Uno modo ſimpliciter. et alio
mõ ſcḋm quid. Simpliciter quidẽ ciuis ẽ qui pt agere ea
que ſunt ciuiũ. puta dare ↄſilium vel iudiciũ in populo
Scḋm quid autẽ ciuis dici põt quicunq3 ciuitatẽ inhabi
tat. etiam viles pſone ⁊ pueri ⁊ ſenes qui nõ ſunt idonei
ad hoc ꝙ habeãt p̄tãte3 in his que ꝑtinẽt ad cõmune

Ideo ergo ſpurij ꝓpter vilitatem originis excludebãt̃ ab
eccl'ia. i. a collegio ꝑpli vſq3 ad decimã generationẽ. ⁊ ſimili
ter eunuchi quibꝰ nõ poterat cõpetere honor qui patribꝰ
debebat̃. ⁊ p̄cipue in ꝑplo iudeoꝝ. in quo dei cultꝰ ↄſerua
batur ꝑ carnis generationẽ. Nam etia3 apud gẽtiles qui
multos filios generãt aliquo inſigni honore donabãtur.
ſicut phũs dicit in. ij. politice. tñ q̃tũ ad ea q̄ ad grã3 dei
ꝑtinẽt eunuchi ab alijs nõ ſepabãt̃ ſicut nec aduene. vt
dictũ ẽ. Dicit̃ enĩ Eſa. lvi. Nõ dicat filiꝰ aduene q̄ adhe
ret dño dicẽs. ſeparatione diuidet me dñs a ꝑplo ſuo. ⁊ non
dicat eunuchus. ecce ego lignũ aridu3. Ad. iij. dicendum ꝙ
accipere vſuras ab alienis nõ erat ſcḋm intẽtionẽ legis. ſed
ex q̄dã ꝑmiſſione ꝓpter ꝓnitatẽ iudeoꝝ ad auariciã. ⁊ vt
magis pacifice ſe haberẽt ad extraneos quibꝰ lucrabãtur
Ad. iiij. dicendum ꝙ circa ciuitates hoſtiũ q̄da3 diſtinctio
adhibebat̃. quedã enĩ erãt remote nõ de numero illaꝝ vr
biũ q̄ eis erãt repromiſſe. ⁊ in talibꝰ vrbibus expugnatis
occidebãt̃ maſculi qui pugnauerũt ↄtra ꝑplm dei. mulie
ribꝰ aũt ⁊ infantibꝰ ꝑcebat̃. Sed ĩ ciuitatibꝰ vicinis que
erãt eis repromiſſe oẽs mãdabant̃ interfici ꝓpter iniq̄ta
tes eoꝝ priores. ad q̄s puniendas dñs populũ iſrl' q̄ſi di
uine iuſticie executorẽ mittebat. Dicit̃ enĩ Deutero. ix.
Quia ille egerũt impie. introeũte delete ſũt. ligna aute3
fructifera mãdabãt̃ reſeruari ꝓpter vtilitatẽ ipſiꝰ populi
cuiꝰ ditioni ciuitas ⁊ eiꝰ territoriũ erat ſubijciendũ. Ad
v. dicendum ꝙ nouus edificator domus. aut plantator vinee
vl' deſpõſator vxoris excludebantur a p̄lio propter duo
Primo quidem q2 ea que homo de nouo habet vel ſta
tim paratus ẽ ad habendũ magis ſolet amare. ⁊ ꝑ ↄ̄ſequẽs
eoꝝ amiſſionẽ timere. vnde ꝓbabile erat ꝙ ex tali amore
magis mortẽ timerẽt. ⁊ ſic minꝰ fortes eſſent ad pugnã
dũ. Scḋo q2 ſicut phũs dicit in. ij. phiſicoꝝ. Infortuniũ
videt̃ qñ aliquis appropinquat ad aliqḋ bonũ habẽdũ ſi
poſtea impediatur ab illo. ⁊ ideo ne ꝓpinqui remanẽtes
magis cõtriſtarent̃ de morte taliũ qui bonis ſibi paratis
potiti nõ fuerũt. ⁊ etiã ꝑplus ↄſiderãs hoc horreret. huiõi
homines a mortis ꝑiculo ſunt ſequeſtrati ꝑ ſubtractione3 a
p̄lio. Ad. vj. dicendum ꝙ timidi remittebãt̃ ad domũ non
ipſi ex hoc comodũ ↄſequerent̃. ſ3 ne ꝑplus eoꝝ p̄ſentia in
cõmodũ ↄſequeretur. dũ ꝑ eoꝝ timorẽ ⁊ fugã etiã alij ad
timendũ ⁊ fugiendũ ꝓuocarentur.

## Ad quartum ſic procedit

Uidet̃ ꝙ incõuenientẽr lex veterꝰ p̄cepta ediderit circa pſo
nas domeſticas. Seruꝰ enĩ id qḋ ẽ dñi ẽ. vt phũs dicit ĩ
j. politice. ſ3 id qḋ ẽ alicuiꝰ ꝑpetuo eiꝰ eẽ debet. ḡ incõue
niẽter lex mãdauit Exo. xxi. ꝙ ſerui ſeptimo ãno liberi abſ
cederẽt. Pre. ſicut aĩal aliqḋ vt aſinꝰ aut bos ẽ poſſeſſio
dñi. ita etiã ſeruus. ſ3 de aĩalibꝰ p̄cipit̃ Deutero. xxij. ꝙ re
ſtituãt̃ dñis ſuis ſi errare inueniãt̃. incõueniẽter igit̃ man
dat̃ Deutero. xxiij. vt nõ tradas ſeruũ dño ſuo q̄ ad te cõ
fugerit. Pre. lex diuina d3 magis ad miſericordiã ꝓuo
care q̃3 etiã lex hũana. ſ3 ſcḋm leges hũanas grauit̃ puniũt̃
q̄ nimis aſpere affligũt ſeruos aut ãcillas. aſperrima autẽ
videt̃ eẽ afflictio ex q̄ ſeq̄t̃ mors. incõueniẽter igit̃ ſtatuit̃
Exo. xxi. ꝙ q̄ ꝑcuſſerit ſeruũ ſuu3 vel ancillã virga. ſi vno
die ſuꝑuixerit nõ ſubiacebit pene q2 pecunia illiꝰ ẽ. Pre.
aliꝰ ẽ principatꝰ dñi ad ſeruũ ⁊ p̄ris ad filiũ. vt dr̃ in. j. et
iij. politicoꝝ. ſ3 hoc ad principatũ dñi ad ſeruũ ꝑtinet vt
aliquis ſeruũ vel ancillã vẽdere poſſet. incõueniẽter igit̃
lex ꝑmiſit ꝙ aliq̄s vẽderet filiã ſuã in famulã vel ãcillã.
Pre. pr̃ hz ſui filij p̄tãte3. ſed eius eſt punire exceſſus

qui habet poteſtatē ſup peccātē. incōueniēter igiť mādatur Deutero. xxi. ꝙ pater ducat filiū ſuū ad ſenioꝛes ciuitatis puniendū. ¶ Pꝛe. dñs ꝓhibuit Deutero. vij. vt cū alienigenis nō ſociarent ꝯiugia ⁊ ꝯiuncta etiā ſeparēt vt pꝫ .j. Eſdre. x. incōueniēter igitur Deutero. xxi. ꝯceditur eis vt captiuas alienigenarū ducere poſſunt vxores. ¶ Pꝛe. dñs in vxoꝛibꝰ ducēdis quoſdā cōſanguinitatis ⁊ affinitatis gradus ꝑcepit eſſe vitandos. vt pꝫ Leuit. xviij. incōueniēter igiť mādať Deutero. xxv. ꝙ ſi aliquis eēt moꝛtuꝰ abſq; liberis vxoꝛē ipſius frater eius acciperet ¶ Pꝛe. inter virū ⁊ vxoꝛē ſicut ē maxima familiaritas. ita debet eſſe fides firmiſſima. ſꝫ hoc non pōt eſſe ſi matrimoniū diſſolubile fuerit. incōueniēter igiť dñs permiſit Deutero. xxiiij. ꝙ aliquis poſſet vxoꝛē dimittere ſcripto libello repudij. ⁊ ꝙ etiā vlterius eā recupare nō poſſet. ¶ Pꝛe. ſicut vxoꝛ poteſt frāgere fidē marito. ita etiā ſeruꝰ dño ⁊ filius patri. ſꝫ ad inueſtigandā iniuriā ſerui in dominū vel filij in patrē non ē inſtitutū in lege aliqđ ſacrificiū. ſupflue igitur videť inſtitui ſacrificiū zelotipie ad inueſtigandū vxoꝛis adulteriū. Numeri. v. ſic igiť inconuenienter videnť eſſe tradita in lege ꝑcepta iudicialia circa ꝑſonas domeſticas. ¶ Sed ꝯtra eſt qđ dř in ps. Iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipa. ¶ Rň. dōm ꝙ communio domeſticaꝝ ꝑſonaꝝ ad inuicē. vt phūs dicit ī pꝛimo politice. ē ſcđm quotidianos actus qui oꝛdinanť ad neceſſitatē vite. Uita aūt hoīs ꝯſeruať dupliciter. Uno modo ꝗ̄tum ad indiuiduū. put ſcꝫ homo idem numero viuit. ⁊ ad talē vite ꝯſeruationē opitulātur hominis exterioꝛa bona ex quibꝫ homo habet victum ⁊ veſtitum ⁊ alia hmōi neceſſaria vite. in quibus adminiſtrandis indiget homo ſeruis. Alio modo ꝯſeruať vita hoīs ſcđm ſpeciem ꝑ generationē. ad quā indiget homo vxoꝛe vt ex ea generet filiū. Sic igiť in domeſtica cōmunione ſunt tres cōbinationes. ſ. domini ad ſeruū. viri ad vxoꝛē. patris ad filiū. ⁊ ꝗ̄tum ad omnia iſta lex vetus couenientia ꝑcepta tradidit. nam ꝗ̄tum ad ſeruos inſtituit vt modeſte tractarētur. ⁊ ꝗ̄tum ad laboꝛes ne. ſ. īmoderatis laboꝛibꝫ affligerentur. vñ Deutero. v. dominus mandauit vt in die ſabbati requieſceret ſeruus ⁊ ancilla tua ſicut et tu. et iterū ꝗ̄tum ad penas infligendas. impoſuit enī mutilatoꝛibꝫ ſeruoꝝ vt dimitterēt eos liberos. ſicut habetur Exo. xxj. ⁊ ſimile etiam ſtatuit in ancilla quam in vxoꝛem aliquis duxerit. Statuit etiam ſpecialiter circa ſeruos qui erāt ex populo vt ſeptimo anno liberi egrederenť cū oībus q̄ appoꝛtauerāt etiā veſtimētis. vt habeť Exo. xxi. Mādať etiā inſup Deutero. xv. vt ei detur viaticū. Circa vxoꝛes vero ſtatuiť in lege ꝗ̄tū ad vxoꝛes ducēdas vt. ſ. ducāt vxoꝛes ſue tribꝫ. ſicut habeť Numeri vlt. ⁊ hoc ideo ne ſoꝛtes tribuū ꝯfundāť ⁊ ꝙ aliquis ī vxoꝛē ducat vxoꝛē fratris defuncti ſine liberis. vt habeť Deutero. xxv. ⁊ hoc ideo vt ille qui non potuit habere ſucceſſoꝛes ſcđm carnis oꝛiginem ſaltē habeat ꝑ quādā adoptionē. ⁊ ſic nō totaliter memoꝛia defūcti deleret. Pꝛohibuit etiā quaſdā ꝑſonas ī cōiugiū ducerēť. ſ. alienigenas ꝓpter periculū ſeductiōis. et ꝓpinquas ꝓpter reuerētiā naturalē q̄ eis debeť. Statuit etiā q̄liter vxoꝛes iam ducte tractari deberēt. vt ſꝫ nō leuiter infamarenť. vñ mandať puniri ille qui falſo crimē imponit vxoꝛi. vt habeť Deutero. xxij. ⁊ ꝙ etiā ꝓpter vxoꝛis odiū filiꝰ detrimentū nō pateret. vt habeť Deutero. xxi. ⁊ etiā ꝙ ꝓpter odiū vxoꝛē nō affligeret. ſꝫ potiꝰ ſcripto libello eā dimitteret. vt pꝫ Deutero. xxiiij. Et vt etiā maioꝛ dilectio īter ꝯiuges a pꝛincipio ꝯtrahať. ꝑcipiť ꝙ cum aliq̄s nup vxoꝛē acceperit. nihil ei publice neceſſitatis iniūgať vt libere poſſit letari cū vxoꝛe ſua. Circa filios aūt inſtituit vt patres eiꝰ diſciplinā adhiberēt inſtruēdo eos ī fide. vñ habeť Exo. xij. Cū dixerint vobis filij veſtri. q̄ ē iſta religio: dicetis eis. Uictima trāſitꝰ dñi ē. ⁊ ꝙ etiā inſtruerēt eos ī moꝛibus. vñ dř Deutero. xxi. ꝙ patres dicere debēt. monita nr̄a audire ꝯtēnit. comeſſatioibꝰ vacat ⁊ luxurie atq; ꝯuiuijs. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ qꝛ filij iſrl' erāt a dño de ſeruitute liberati. ⁊ ꝑ hoc diuine ſeruituti addicti. voluit ꝗ dñs vt imppetuū ſerui eſſent. vñ dř Leuit. xxv. Si paupertate cōpulſus vendiderit ſe tibi frater tuus. nō eū oppꝛimes ſeruitute famuloꝝ. ſꝫ q̄ſi mercēnarius ⁊ colonꝰ erit. mei enī ſunt ſerui ⁊ ego eduxi eos d̄ terra egypti. nō veneāt ꝯditione ſeruoꝝ. ⁊ ideo qꝛ ſimpliciter ſerui nō erāt. ſꝫ ſcđm qđ. finito tpe dimittebanť liberi. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ mādatū illud intelligiť de ſeruo q̄ a dño q̄riť ad occidendū. vel ad aliqđ peccati miniſteriū ¶ Ad .iij. dōm ꝙ circa leſiones ſuis illatas lex ꝯſideraſſe videtur vtrū ſit certa vel incerta. ſi enī leſio certa eēt lex penā adhibuit. ꝓ mutilatiōe q̄dē amiſſionē ſerui q̄ mādabať libertati donādus. ꝓ moꝛte aūt etiā homicidij penā cū ſeruꝰ in manu dñi verberātis moꝛereť. Si vero leſio non eēt certa ſꝫ aliquā apparentiā haberet lex nullā penā infligebat in ꝓpꝛio ſeruo. puta cū ꝑcuſſus ſeruꝰ nō ſtatim moꝛiebať. ſꝫ poſt aliq̄s dies. Incertū enī erat vtrū ex ꝑcuſſione moꝛtuꝰ eēt qꝛ ſi ꝑcuſſiſſet liberū hoīem ita tñ ꝙ ſtatim non moꝛereť. ſꝫ ſup baculū ſuū ambularet. nō erat homicidij reus qui ꝑcuſſerat etiā ſi poſtea moꝛereť. tenebať tñ ad impenſas ſoluēdas quas ꝑcuſſus ī medicos fecerat. ſꝫ hoc in ſeruo ꝓpꝛio locū nō habebat. qꝛ quicqđ ſeruꝰ habebat ⁊ etiam ipa ꝑſona ſerui erat quedā poſſeſſio dñi. et ideo ꝓ cauſa aſſignať q̄re non ſubiacet pene pecuniarie. qꝛ pecunia illius ē. ¶ Ad .iiij. dōm ꝙ ſicut dictū ē nullus iudeus poterat poſſidere iudeū quaſi ſimpliciter ſeruū. ſꝫ erat ſeruus ſcđm quid q̄ſi mercēnarius vſq; ad tpꝰ. ⁊ ꝑ hūc moduꝫ ꝑmittebat lex ꝙ paupertate cogēte aliquis filiū vel filiā venderet. ⁊ hoc etiā verba ipſius legis oſtēdūt. dicit enī. Si q̄s vēdiderit filiā ſuā ī famulā. nō egredieť ſicut exire ancille ꝯſueuerāt. Per hūc etiā modū nō ſolū filiū ſuū ſꝫ etiā ſeipm aliq̄s vēdere poterat magis q̄ſi mercēnariū ꝙ̄ q̄ſi ſeruū. ſcđm illud Leuit. xxv. Si paupertate cōpulſus vendiderit ſe tibi frater tuꝰ. nō eū oppꝛimes ſeruitute famuloꝝ. ſꝫ q̄ſi mercēnarius ⁊ colonus erit. ¶ Ad .v. dōm ꝙ ſicut phūs dicit in .x. ethi. ꝑncipatꝰ paternus hꝫ ſolū āmonēdi pr̄ātē. nō aūt hꝫ vim coactiuā. ꝑ quā rebelles ⁊ contumaces cōpꝛimi pñt. et ideo ī hoc caſu lex mādabat vt filiꝰ ꝯtumax a pꝛincipibꝫ ciuitatꝭ puniret. ¶ Ad .vj. dōm ꝙ dñs alienigenas ꝓhibuit ī matrimoniū duci ꝓpter piculū ſeductiōis ne inducerenť ī idolatriā. ⁊ ſpēaliter hoc ꝓhibuit d̄ illis gētibꝫ q̄ ī vicinio habitabāt. de q̄bꝰ erat magꝭ ꝓbabile ꝙ ſuos ritꝰ retinerēt. Si q̄ vero idolatrie cultum dimittere vellet ⁊ ad legis cultū ſe trāſferre. poterat ī matrimoniū duci. ſicut pꝫ d̄ Ruth quā duxit Booz ī vxoꝛē. vñ ipa dixerat ſocrui ſue. Populꝰ tuꝰ pplꝰ meꝰ. deꝰ tuus deꝰ meꝰ. vt habeť Ruth .j. ⁊ ideo captiua nō aliť ꝑmittebatur ī vxoꝛē duci niſi pꝰ raſa ceſarie ⁊ circūciſis vnguibꝰ ⁊ depoſita veſte ī q̄ capta ē ⁊ fleret patrē ⁊ matrē. ꝑ q̄ ſignificať idolatrie ꝑpetua abiectio ¶ Ad .vij. dōm ꝙ ſicut Chryſo. dicit ſuper Mat. qꝛ īmitigabile malū erat moꝛs apud iudeos qui omnia ꝓ pn̄ti vita faciebāt. ſtatutū fuit vt defuncto filius naſcereť ex fratre. qđ erat q̄dā moꝛtis mitigatio. nō autem alius ꝙ̄ frater vel ꝓpinquus iubeatur

accipere vxorem defuncti. q2 non ita crederetur qui ex tali piunctione erat naſciturus eſſe eius filius qui obijt. ⁊ iterum extraneus nõ ita haberet neceſſitatez ſtatuere domũ eius qui obierat ſicut frater. cui etiam ex cognatione hoc facere iuſtũ erat. Et ꝙ ptz ꝙ frater in accipiendo vxorem fratris ſui. perſona fratris ſui defuncti fungebatur. ¶ Ad viij. dõm ꝙ lex pmiſit repudiũ vxoris non q2 ſimpliciter iuſtum eſſet. ſed ꝓpter duriciam iudeoꝝ. vt dominꝰ dicit Mat. xix. ſed de hoc oportet plenꝰ tractari cuȝ de matrimonio agetur. ¶ Ad. ix. dõm ꝙ vxores fidem matrimonij frangũt ꝑ adulteriũ. ⁊ de facili ꝓpter delectationem. ⁊ latenter. q2 oculus adulteri obſeruat caliginẽ. vt dr̃ Job xxiiij. Non aũt eſt ſimilis ratio de filio ad patrẽ. vel de ſeruo ad dñm. q2 talis infidelitas nõ ꝓcedit ex tali ↄcupiſcẽtia delectationis. ſȝ magis ex malicia. ꝙ non põt iã latere ſicut infidelitas mulieris adultere. ¶ Queſtio CVI

# Deinde cõſiderandũ.

eſt de lege euãgelij que dicit̃ lex noua. Et primo de ipſa ſm̃ ſe. ſcdo de ipſa ꝑ cõparationẽ ad legem veterẽ. tertio de his que in lege noua ptinent̃. Circa primum q̃runtur quattuor. primo qualis ſit vtruȝ ſcȝ ſit ſcripta vel indita. ſcdo de virtute eius vtrum iuſtificet. tertio de principio eius vtrꝫ debuerit dari a principio mũdi. quarto de termino eius vtrꝫ. ſ. ſit duratura vſqꝫ ad finem. an debeat ei alia lex ſuccedere.

## Ad primum ſic procedit̃.

Videt̃ ꝙ lex noua ſit lex ſcripta. Lex enĩ noua eſt ipſum euãgelium. ſed euangelium eſt deſcriptum. Job xx. Hec aũt ſcripta ſunt vt credatis. ergo lex noua eſt lex ſcripta. ¶ Pre. lex indita eſt lex nature. ſm̃ illud Roma. ij. Naturaliter ea q̃ legis ſunt faciũt qui habẽt opus legis ſcriptam in cordibus ſuis. ſi igitur lex euangelij eſſet lex indita nõ differret a lege nature. ¶ Pre. lex euãgelij ꝓpria eſt eorum qui ſunt in ſtatu noui teſtamenti. ſed lex indita cõmunis ẽ ⁊ eis qui ſunt in nouo teſtamento. ⁊ eis q̃ ſũt in veteri teſtamento. Dicitur enĩ Sap. vij. ꝙ diuina ſapientia ꝑ nationes ĩ animas ſanctas ſe transfert. amicos dei ⁊ ꝓphetas conſtituit. ergo lex noua non eſt lex indita. ¶ Sed contra eſt ꝙ lex noua eſt lex noui teſtamenti. ſed lex noui teſtamenti eſt indita in corde. Apl̃s enĩ ad Hebre. viij. dicit inducens auctoritatem que habet̃ Hiere. xxxi. Ecce dies venient dicit dominꝰ. ⁊ ↄſũmabo ſuper domum iſrael ⁊ ſuper domum iuda teſtamentum nouũ. et exponens ꝙ ſit hoc teſtamentum dicit. Quia hoc ẽ teſtamentum qd̃ diſponam domui iſrael dando leges meas ĩ mentes eoꝝ. et in corda eorum ſuperſcribam eas. ergo lex noua eſt lex indita. ¶ Rñ. dõm ꝙ vnaqueqꝫ res illud videtur eſſe qd̃ eſt in ea potiſſimuȝ. vt phũs dicit in. x. ethi. Id autem qd̃ eſt potiſſimum in lege noui teſtamẽti. et ĩ quo tota virtus eius ↄſiſtit ẽ gratia ſpũſſancti q̃ datur ꝑ fidẽ xpi. ⁊ ideo principaliter lex noua ẽ ipa gr̃a ſpũſſancti que datur xpĩfidelibus. ⁊ hoc manifeſte apparet ꝑ Apl̃m qui ad Roma. iij. dicit. Ubi eſt ergo gloriatio tua? excluſa eſt. per quam legem? factorum? non. ſed ꝑ legem fidei. ipſam enim fidei gratiam legem appellat. et expreſſiꝰ ad Roma. viij. dicitur Lex ſpiritus vite in chriſto Jeſu liberauit me a lege peccati ⁊ mortis. vnde ⁊ Augꝰ dicit in libro de ſpiritu ⁊ littera. ꝙ ſicut lex factorum ſcripta fuit ĩ tabulis lapideis. ita lex fidei ſcripta eſt ĩ cordibus fideliũ ⁊ alibi dicit ĩ eodem libro. Que ſunt leges dei ab ipo deo ſcripte in cordibus niſi ipſa pñtia ſpũſſancti. Habet tamen lex noua quedam ſicut diſpoſitiua ad gratiã ſpũſſancti ⁊ ad vſum huius gratie ꝑtinentia. que ſunt quaſi ſecundaria in lege noua. d̃ quibus oportuit inſtrui fideles xpi ⁊ verbis ⁊ ſcriptis tam circa credenda q̃ȝ circa agẽda. Et ideo dõm eſt ꝙ principaliter lex noua eſt lex indita. ſecundario autem eſt lex ſcripta. ¶ Ad. j. ergo dõm ꝙ ĩ ſcriptura euangelij non cõtinentur niſi ea que pertinent ad gratiam ſpiritusſancti. vel ſicut diſpoſitiua vel ſicut ordinatiua ad vſum vnius gratie. ſicut diſpoſitiua quidem q̃ȝtum ad intellectum per fidem per quam datur ſpiritusſancti gratia continetur in euangelio ea que pertinent ad manifeſtandam diuinitatem vel humanitatẽ xpi. Scdȝ affectum vero continẽtur in euangelio ea que pertinent ad contemptuȝ mundi. ꝑ quem homo fit capax ſpiritusſancti gratie. Mundus enim. i. amatores mundi nõ poteſt capere ſpiritũſanctũ. vt habetur Job. xiiij. Uſus vero ſpiritualis gratie eſt in operibus virtutum. ad que multipliciter ſcriptura noui teſtamenti homines exhortatur. ¶ Ad ij. dõm ꝙ dupliciter eſt aliquid inditum homini. Uno modo ꝑtinens ad naturã humanã. ⁊ ſic lex naturalis eſt lex indita homini. Alio modo eſt aliquid inditum homini quaſi nature ſuꝑadditum per gratie donũ. ⁊ hoc modo lex noua eſt indita homini non ſolum indicãs qd̃ ſit faciendum. ſed etiam adiuuans ad implenduȝ. ¶ Ad iij. dõm ꝙ nullus vnqꝫ habuit gratiã ſpiritusſancti niſi per fidem chriſti explicitam vel implicitam. Per fidẽ autem xpi ꝑtinet homo ad nouũ teſtamentuȝ. vnde quibuſcunqꝫ fuit lex gratie indita ſm̃ hoc ad nouũ teſtamentuȝ ꝑtinebant.

## Ad ſecũdũ ſic proceditur.

Videtur ꝙ lex noua non iuſtificet. Nullus enim iuſtificatur niſi legi dei obediat. ſm̃ illud ad Hebre. v. Factus eſt ſcȝ chriſtus omnibus obtẽperantibꝰ ſibi cauſa ſalutis eterne. ſed euãgelium non ſemper hoc operatur ꝙ homines ei obediant. Dicitur enĩ Roma. x. Non omnes obediunt euangelio. ergo lex noua non iuſtificat. ¶ Pre. Apoſtolus ꝓbat ad Roma. ꝙ lex vetus non iuſtificabat quia ea adueniente p̃uaricatio creuit. Dicitur enim ad Roma. iiij. Lex iram operatur. vbi enim non eſt lex nec p̃uaricatio. ſȝ multo magis lex noua p̃uaricationem addidit. maiori enim pena eſt dignus qui poſt legem nouaȝ datam adhuc peccat. ſm̃ illud Hebre. x. Irritam quis faciens legem Moyſi ſine vlla miſeratione duo: bus vel tribus teſtibus moritur. q̃ȝto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium dei conculcauerit ⁊c̃. ergo lex noua non iuſtificat ſicut nec vetus. ¶ Pre. iuſtificare eſt ꝓprius effectus dei. ſm̃ illud ad Roma. viij. Deus ẽ qui iuſtificat. ſed lex vetus fuit a deo ſicut ⁊ lex noua. ergo lex noua non magis iuſtificat q̃ȝ lex vetus. ¶ Sed contra ẽ quod Apoſtolus dicit ad Roma. j. Non erubeſco euangelium. virtus enim dei eſt in ſalutem omni credenti. nõ autem eſt ſalus niſi iuſtificatis. ergo lex euangelij iuſtificat. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut dictũ ẽ. ad legem euangelij duo ꝑtinent. Unũ quidez principaliter. ſ. ipa gr̃a ſpũſſancti interius data. ⁊ q̃ȝtum ad hoc noua lex iuſtificat. vñ Augꝰ dicit in libro de ſpiritu ⁊ littera. ibi ſcȝ in veteri teſtamento lex extrinſecus eſt poſita quaſi iuſti terrerẽtur. hic ſcȝ ĩ nouo teſtamento intrinſecus data eſt qua iuſtificarẽtur. Aliud ꝑtinet ad legem euãgelij ſecũdario ſcȝ documenta fidei ⁊ p̃cepta ordinantia affectuȝ humanũ ⁊ humanos

actus. ⁊ ꝗ̃tum ad hoc lex noua non iuſtificat. vnde Apl's dicit. ij. ad Cor. iij. Littera occidit. ſpũs autem viuificat. ⁊ Aug⁹ exponit in libro de ſpiritu ⁊ littera. ꝙ ꝑ litterã intelligitur quelibet ſcriptura extra homines exiſtens etiaꝫ moraliũ preceptoꝝ qualia cõtinentur in euangelio. vnde etiã littera euangelij occideret niſi adeſſet interius gratia fidei ſanans. ¶ Ad. j. ergo dõm ꝙ illa obiectio ꝓcedit ḋ lege noua non ꝗ̃tum ad id qḋ eſt principale in ipſa. ſed ꝗ̃tum ad id qḋ eſt ſecũdariũ in ipſa. ſ. ꝗ̃tum ad documẽta ⁊ precepta exteri⁹ homini ꝓpoſita vel ſcripto vel verbo. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ gratia noui teſtamenti et ſi adiuuet hominẽ ad nõ peccandũ. non tñ ita ꝯfirmat in bono vt homo peccare nõ poſſit. hoc enim ptinet ad ſtatum glorie. ⁊ ideo ſi quis poſt acceptam gratiã noui teſtamẽti peccauerit maiori pena ẽ dignus tanq̃ʒ maioribus bñficijs ingratus ⁊ auxilio ſibi dato nõ vtens. nec tñ ꝓpter hoc dr̃ ꝙ lex noua iram operatur. q2 ꝗ̃tũ eſt de ſe ſufficiens auxiliũ dat ad non peccandũ. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ legem nouã ⁊ veterẽ vnus deus dedit. ſꝫ aliter ⁊ aliter. nam legem veterẽ dedit ſcriptam in tabulis lapideis. legem aũt nouam dedit ſcriptam in tabulis cordis carnalibus. vt Apl's dicit. ij. ad Cor. iij. ꝓinde ſicut Aug⁹ dicit in libro de ſpiritu ⁊ littera litterã iſtã extra hoĩem ſcriptaꝫ ⁊ miniſtrationẽ mortis ⁊ miniſtrationẽ dãnationis Apl's appellat. hanc aũt ſcꝫ noui teſtamenti legem miniſtrationẽ ſpũs ⁊ miniſtrationẽ iuſticie dicit. q2 ꝑ donum ſpũs operamur iuſticiam ⁊ a preuaricationis dãnatione liberamur.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

optione ponit̄ ei⁹ cui dat̄. ⁊ ideo ꝯueniēter in lege noua q̄
ē lex libertatis ſupra ꝑcepta ſunt addita cōſilia. nō aūt in
veteri lege que erat lex ſeruitutis. Oportet igit̄ ꝙ precep-
ta noue legis itelligant̄ eſſe data de his q̄ ſunt neceſſaria
ad cōſequēdū finē eterne beatitudinis. in quē lex noua i-
mediate introducit. Cōſilia vero oportet eſſe de illis per q̄
melius ⁊ expeditius pōt homo ꝯſequi finē ꝑdictū. ē autē
homo cōſtitut⁹ īter res mūdi hui⁹ ⁊ ſpūalia bona. in quib⁹
eterna beatitudo cōſiſtit. ita ꝙ q̄nto plus inheret vni eoꝝ
tāto plus recedit ab altero. ⁊ ecōuerſo. Qui ergo totaliter
inheret rebus hui⁹ mūdi vt ī eis finē ꝯſtituat habēs eas
quaſi rōnes ⁊ regulas ſuoꝝ opeꝝ. totaliter excidit a ſpi-
ritualib⁹ bonis. ⁊ ideo hmōi inordinatio tollit̄ ꝑ ꝑcepta.
ſȝ ꝙ hō totaliter ea q̄ ſunt mundi abijciat nō ē neceſſariū
ad ꝑueniendū in finē ꝑdictum. q2 pōt hō vtēs reb⁹ hui⁹
mūdi dūmodo in eis finē nō conſtituat ad beatitudineȝ
eternā ꝑuenire. ſed expeditius ꝑueniet totaliter bona hu-
ius mūdi abdicādo. ⁊ ideo de hoc dant̄ cōſilia euangelij.
Bona aūt huius mūdi q̄ ꝑtinent ad vſum hūane vite in
trib⁹ cōſiſtunt. ſcȝ in diuitijs exteriorū bonoꝝ. q̄ pertinent
ad cōcupiſcentiā oculoꝝ. ⁊ in delitijs carnis q̄ ꝑtinent ad
ꝯcupiſcentiā carnis. ⁊ in honoribus q̄ ꝑtinēt ad ſupbiā
vite. ſicut pȝ. j. Joh. ij. Hec autē tria totaliter derelinq̄re
ſm̄ ꝙ poſſibile ē ꝑtinet ad ꝯſilia euāgelica. In qb⁹ etiaȝ
tribus fundat̄ oīs religio que ſtatū ꝑfectiōis ꝓfitet̄. nam
diuitie abdicātur ꝑ pauptatē. delitie carnis ꝑ ꝑpetuā ca-
ſtitatē. ſupbia vite ꝑ obedientie ſeruitutē. Hec aūt ſim-
pliciter obſeruata ꝑtinēt ad cōſilia ſimpliciter ꝓpoſita. ſȝ
obſeruatio vniuſcuiuſq̄ eoꝝ in aliq̄ ſpeciali caſu pertinet
ad cōſiliū ſm̄ quid. ſ. in caſu illo puta cū hō dat aliquam
elemoſynā pauperi q̄n dare nō tenet̄. ꝯſiliū ſequit̄ q̄tuȝ
ad factū illud. Silr̄ etiā q̄n aliquo tp̄e determinato a
delectationib⁹ carnis abſtinet vt orationib⁹ vacet. cōſiliū
ſequit̄ ꝓ tp̄e illo. Silr̄ etiā q̄n aliquis nō ſequit̄ volun-
tatē ſuā in aliquo facto qđ licite poſſet facere. cōſilium ſe-
quit̄ in illo caſu. puta ſi bn̄ faciat inimicis ſuis q̄n non te-
net̄. vel ſi offenſam remittat cuius iuſte poſſet exigere vin-
dictam. ⁊ ſic etiam oīa cōſilia ꝑticularia ad illa tria gene-
ralia ⁊ ꝑfecta reducūt̄. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ ꝑdicta conſi-
lia q̄ntum eſt de ſe ſunt oībus expedientia. ſed ex indiſpoſi-
tione aliquoꝝ ꝯtingit ꝙ alicui expedientia nō ſunt. quia
eoꝝ affectus ad hoc non īclinat̄. ⁊ ideo dominus conſilia
euangelica ꝓponēs ſemper facit mentionem de idoneita-
te hominum ad obſeruātiam cōſiliorum. dans enim cō-
ſilium ꝑpetue paupertatis. Mat. xix. ꝑmittit. Si vis per-
fectus eē. ⁊ poſtea ſubdit. vade ⁊ vende omnia que habes.
Similiter dans cōſilium ꝑpetue caſtitatis cum dixit.
Sūt eunuchi qui caſtrauerunt ſeipſos ꝓpter regnum ce-
loꝝ. ſtatim ſubdit. qui pōt cape capiat. Et ſilr̄ Aplſ. j.
ad Coꝝ. vij. ꝑmiſſo cōſilio virginitatis dicit. Porro hoc
ad vtilitatē veſtrā dico nō vt laqueū vobis iniiciā. ¶ Ad
ij. dōm ꝙ meliora bona ꝑticulariter in ſingulis ſunt inde-
terminata. ſȝ illa q̄ ſunt ſimpliciter ⁊ abſolute meliora bo-
na ī vniuerſali ſunt determiata. ad q̄ etiā oīa ꝑticularia re-
ducunt̄. vt dictū ē. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ etiā ꝯſiliū obedientie
dn̄s intelligitur dediſſe in hoc ꝙ dixit Et ſequat̄ me. quē
ſequimur nō ſolū imitādo opa. ſȝ etiā obediēdo manda-
tis ipius. ſm̄ illud Joh. x. Oues mee vocē meā audiūt ⁊
ſequūtur me. ¶ Ad. iiij. dōm ꝙ ea que de vera dilectione
inimicorum ⁊ ſimilibus domin⁹ dicit Math. v. ⁊ Luc.
vj. ſi referantur ad ꝑparationem animi ſunt de neceſſita-
te ſalutis. vt ſcȝ homo ſit paratus bene facere inimicis. ⁊
alia huiuſmodi facere cum neceſſitas hoc requirat. ⁊ ideo
inter ꝑcepta ponuntur. ſed vt aliquis inimicis hoc exhi-
beat ꝓmpte in actu vbi ſpecialis neceſſitas nō occurrit ꝑ-
tinet ad conſilia particularia. vt dictum eſt. Illa aūt que
ponunt̄ Mat. x. ⁊ Luc. ix. ⁊ x. fuerūt q̄dā ꝑcepta diſcipli-
ne ꝓ tp̄e illo. vel ꝯceſſiones q̄dā. vt ſupra dictū ē. et ideo
non inducunt̄ tanq̄ cōſilia.

¶ Queſtio CIX

DEinde conſiderandū eſt de exteriori principio humanoꝝ actuū ſcʒ de deo, put ab ipſo p gratiā adiuuamur ad recte agendū. Et primo ꝯſiderandū eſt de gratia dei. ſcḋo de cauſa eius. tertio de eius effectibus. Prima aūt ꝯſideratio erit triptita. Nam primo ꝯſiderabit' de neceſſitate gratie. ſcḋo de ipa gratia ꝗtū ad eius eſſentiā. tertio de eiꝰ diuiſione. Circa primū queruntur .x. primo vtꝝ abſqꝫ gratia poſſit hō aliqḋ verū cognoſcere. ſcḋo vtꝝ abſqꝫ gratia dei poſſit hō aliqḋ bonum facere vel velle. tertio vtrū hō abſqꝫ gratia poſſit deū diligere ſup oīa. quarto vtꝝ abſqꝫ gratia poſſit p ſua naturalia pcepta legis obſeruare. quinto vtꝝ abſqꝫ gratia poſſit mereri vitam eternā. ſexto vtrū homo poſſit ad gratiam ꝑparare ſine gratia. ſeptimo vtꝝ abſqꝫ gratia poſſit reſurgere a peccato. octauo vtrū abſqꝫ gratia poſſit homo vitare peccatū. nono vtꝝ homo gratiā ꝯſecutus poſſit abſqꝫ alio diuino auxilio bonū facere ⁊ vitare peccatū. decimo vtꝝ poſſit ꝑſeuerare ī bono p ſeipm.

## Ad primum ſic proceditur.

Videtur ꝙ hō ſine grā nullum verū cognoſcere poſſit. quia ſup illud .j. ad Coꝛ. xij. Nemo poteſt dicere dñs Jeſus niſi in ſpiritu ſancto. dicit gloſa Ambro. Omne verum a quocūqꝫ dicatur a ſpiritu ſancto ē. ſpūſſanctus habitat ī nobis p gratiā. ergo veritatē cognoſcere non poſſumus ſine gratia. ¶ Pre. Augꝰ dicit in primo ſoliloquioꝝ ꝙ diſciplinaꝝ certiſſima talia ſūt qualia illa que a ſole illuſtrantur vt videri poſſint. deus aūt ipſe eſt qui illuſtrat. Ratio autem ita ē in mentibꝰ vt in oculis ē aſpectus. mentis autē oculi ſunt ſenſus anime. ſed ſenſus corporis ꝗtūcunqꝫ ſit purus nō pōt aliqḋ viſibile videre ſine ſolis illuſtratiōe. ergo hūana mens ꝗtūcūqꝫ ſit ꝑfecta nō pōt ratiocinādo veritatē cognoſcere abſqꝫ illuſtratiōe diuina q̄ ad auxilium gratie ptinet. ¶ Pre. hūana mens nō pōt veritatē intelligere niſi cogitādo. vt ptʒ p Auguſ. xij. de tri. ſʒ Apls dicit .ij. ad Coꝛ. iij. Non ſufficiētes ſumus aliquid cogitare a nobis q̄ſi ex nobis. ergo homo nō pōt cognoſcere veritatē p ſeipm ſine auxilio gratie. ¶ Sed cōtra eſt qḋ Augꝰ dicit in primo retractationū. nō approbo ꝙ ī oratione dixi. deus q̄ nō niſi mūdos verū ſcire voluiſti. reſpōderi enī pōt multos etiā non mūdos multa ſcire vera. ſed p gratiā hō mūdus efficitur. ſm illud ps. Coꝛ mundum crea in me deus ⁊ ſpiritū rectū innoua in viſceribꝰ meis. ergo ſine grā pōt hō p ſeipm veritatē cognoſcere. ¶ Rñ. dḋm ꝙ cognoſcere veritatē eſt vſus quidā vel actus intellectualis luminis. qꝛ ſm Aplm ad Ephe. v. Omne qḋ manifeſtatur lumē ē. vſus autē quilibet quēdā motū importat. large accipiēdo motū ſm ꝙ intelligere ⁊ velle motus quidā eſſe dicūtur. vt ptʒ p philoſophū in .iij. de aīa. Videmus aūt in corꝑalibꝰ ꝙ ad motū non ſolū requiritur ipa forma que ē principiū motus vel actiōis. ſʒ etiā requiritur motio primi mouētis. primū aūt mouēs ī ordine corporaliū ē corpus celeſte. vñ ꝗtūcunqꝫ ignis habeat calorem ꝑfectū nō alteraret niſi p motionem corꝑis celeſtis. manifeſtū ē aūt ꝙ ſicut motus oēs corꝑales reducuntur ī motū celeſtis corꝑis ſicut in primum mouēs corꝑale. ita oēs motus tā corꝑales q̄ ſpūales reducuntur in primum mouēs ſimpliciter qḋ ē deus. ⁊ ideo ꝗtūcūqꝫ natura aliqua corꝑalis vel ſpūalis ponatur ꝑfecta nō pōt in ſuū actū ꝓcedere niſi moueatur a deo q̄ q̄dē motio ē ſm ſue ꝓuidentie rōnem nō ſm neceſſitatē nature ſicut motio corꝑis celeſtis. nō ſolū aūt a deo eſt oīs motio ſicut a primo mouente. ſed etiā ab ipſo ē oīs formalis vel rationalis ꝑfectio ſicut a primo actu. Sic igitur actio intellectꝰ ⁊ cuiuſqꝫ entis creati dependet a deo ꝗtū ad duo. Uno modo inq̄ꝫtum ab ipſo habet ꝑfectionē ſiue formā p quā agit. Alio modo inq̄ꝫtum ab ipſo mouetur ad agendū. vnaqueqꝫ aūt forma indita rebꝰ creatis a deo habet efficatiā reſpectu alicuiꝰ actꝰ determinati in quē pōt ſm ſuā ꝓprietatē. vltra aūt nō pōt niſi p aliquā formā ſupadditam. ſicut aqua nō pōt calefacere niſi calefacta ab igne. Sic igitur intellectꝰ humanus habet aliquā formā. ſ. ipm intelligibile lumen qḋ ē de ſe ſufficiēs ad quedā intelligibilia cognoſcēda. ad ea ſcʒ in quoꝝ noticiā p ſenſibilia poſſumꝰ deuenire. altiora vero intelligibilia itellectus humanꝰ cognoſcere nō pōt niſi fortiori lumine ꝑficiatur. ſicut lumine fidei vel ꝓphetie. qḋ dicitur lumen gratie inq̄ꝫtum ē nature ſupadditum. Sic igitur dḋm ē ꝙ ad cognitionem cuiuſcūqꝫ veri homo indiget auxilio diuino vt intellectus a deo moueatur ad ſuum actū. nō aūt indiget ad cognoſcendā veritatē ī omnibus noua illuſtratione ſupaddita naturali illuſtratiōe. ſed in quibuſdā q̄ excedūt naturalē cognitionē. ⁊ tñ quīqꝫ deus miraculoſe p ſuā gratiā aliquos inſtruit de his q̄ p naturalē rōnē cognoſci poſſunt. ſicut ⁊ quīqꝫ miraculoſe facit quedā q̄ natura facere pōt. ¶ Ad .j. ergo dḋm ꝙ omne verū a quocūqꝫ dicatur ē a ſpiritu ſancto ſicut ab infundēte naturale lumen ⁊ mouente ad intelligendū et loquēdū veritatem. non aūt ſicut ab inhabitāte p gratiā gratū facientem. vel ſicut largiente aliqḋ habituale donum nature ſupadditum. ſed hoc ſolum eſt in quibuſdam veris cognoſcēdis ⁊ loquendis. ⁊ maxime in illis que ptinent ad fidem de quibus Apls loquebatur. ¶ Ad .ij. dḋm ꝙ ſol corporalis illuſtrat exterius. ſed ſol intelligibilis qui eſt deꝰ illuſtrat interius. vnde ipm lumen naturale aīe inditum ē illuſtratio dei qua illuſtramur ab ipſo ad cognoſcendū ea q̄ ptinent ad naturalē cognitionē. ⁊ ad hoc nō requiritur alia illuſtratio. ſʒ ſolū ad illa que naturalē cognitiōē excedunt. ¶ Ad .iij. dḋm ꝙ ſemp indigemus diuino auxilio ad cogitandū quodcūqꝫ inq̄ꝫtū ipm mouet intellectum ad agendū. actu enī intelligere aliquid eſt cogitare vt ptʒ p Auguſ. xiiij. de tri.

## Ad ſcḋm ſic proceditur.

Videtur ꝙ homo poſſit velle ⁊ facere bonum abſqꝫ grā. Illud enī eſt ī hoīs poteſtate cuius ipe eſt dñs. ſʒ hō ē dñs ſuoꝝ actuū. ⁊ maxime eius qḋ eſt velle. vt ſupra dictū ē. ergo homo pōt velle ⁊ facere bonum p ſeipm abſqꝫ auxilio gratie. ¶ Pre. vnūqḋqꝫ poteſt magis in id qḋ eſt ſibi ſm naturā q̄ in id qḋ eſt ſibi pter naturam. ſʒ peccatū eſt ꝯtra naturā. vt Damaſ. dicit in .ij. libro. Opus autē virtutis ē hoīꝫ ſm naturā. vt ſupra dictū ē. cū igitur hō p ſeipm poſſit peccare videtur ꝙ multo magis p ſeipſum poſſit bonū velle ⁊ facere. ¶ Pre. bonū itellectus ē verū. vt phūs dicit in .vj. ethi. ſed itellectus pōt cognoſcere verum p ſeipm. ſicut ⁊ quelibet alia res pōt ſuam naturalē operationem p ſe facere. ergo multo magis homo poteſt p ſeipm facere ⁊ velle bonum. ¶ Sed contra eſt qḋ Apls dicit Roma. ix. Non eſt volentis. ſ. velle. neqꝫ currētis. ſ. currere. ſed miſerentis dei. ⁊ Augꝰ dicit in libro de correctione ⁊ gratia. ꝙ ſine gratia nullum proſus ſiue cogitādo ſiue volendo ⁊ amando ſiue agendo faciunt homines bonum. ¶ Rñ. dḋm ꝙ natura hoīs poteſt dupliciter ꝯſiderari. Uno modo in ſui integritate ſicut fuit ī primo

parente ante peccatū. Alio modo ſm ꝙ eſt corrupta in nobis poſt peccatum primi parentis. ſm autem vtrūq; ſtatum natura humana indiget auxilio diuino ad faciendū vel volendum qḋcūq; bonū ſicut primo mouente. vt dictum eſt. ſed in ſtatu nature integre ꝗ̄tum ad ſufficientiā operatiue virtutis poterat homo ꝑ ſua naturalia velle ⁊ operari bonum ſue nature ꝓportionatum quale eſt bonū virtutis acquiſite. non autē bonum ſuperexcedens quale eſt bonū virtutis infuſe. ſed in ſtatu nature corrupte etiam deficit homo ab hoc qḋ ſm ſuam naturā poteſt vt nō poſſit totū hmōi bonum implere ꝑ ſua naturalia. quia tamē natura humana ꝑ peccatū nō eſt totaliter corrupta. vt ſcȝ toto bono nature priuetur. pōt quidē etiam in ſtatu nature corrupte ꝑ virtutē ſue nature aliqḋ bonuȝ particulare agere. ſicut edificare domos. plantare vineas. ⁊ alia hmōi non tñ totum bonum ſibi cōnaturale ita ꝙ in nullo deficiat. ſicut homo infirmꝰ pōt ꝑ ſeipm̄ aliquem motum habere. non tñ ꝑfecte poteſt moueri motu hominis ſani niſi ſanetur auxilio medicine. Sic igitur virtute gratuita ſuperaddita virtuti nature indiget homo in ſtatu nature integre ꝗ̄tū ad vnum. ſ. ad operandū ⁊ volendū bonū ſupnaturale. ſed in ſtatu nature corrupte ꝗ̄tum ad duo. ſcȝ vt ſanet. ⁊ vlteriꝰ vt bonū ſupnaturalis virtutis operetur qḋ ē meritoriū. vlterius aūt in vtroq; ſtatu indiget homo auxilio diuino vt ab ipo moueatur ad bñ agendum. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ homo ē dñs ſuoꝝ actuū ⁊ volendi ⁊ nō volendi ꝓpter deliberationē rationis que pōt flecti ad vnaȝ ꝑtem vel ad aliam. ſed ꝙ deliberet vel nō deliberet ⁊ ſi huiuſmodi etiā ſit dñs. oportet ꝙ hoc ſit ꝑ deliberationem ꝓcedentem. ⁊ cum hoc non ꝓcedat in infinitū oportet ꝙ finaliter deueniatur ad hoc ꝙ liberū arbitriuȝ hoīs moueatur ab aliquo exteriori principio qḋ eſt ſupra mētē hūanam ſcȝ a deo. vt etiā phūs ꝓbat in caplo de bona fortuna. vñ mens hoīs etiā ſani non ita habet dominiū ſui actꝰ quin indigeat moueri a deo. ⁊ multo magis liberū arbitriū hominis infirmi poſt peccatū ꝑ qḋ impeditur a bono ꝑ corruptionē nature. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ peccare nihil aliud eſt ꝗ̄ deficere a bono qḋ ꝯuenit alicui ſm ſuaȝ naturam. vnaq̄q; aūt res creata ſicut eē non habet niſi ab alio ⁊ in ſe ꝯſiderata nihil eſt. ita indiget ꝯſeruari in bono ſue nature ꝯueniēti ab alio. pōt enī ꝑ ſeipam deficere a bono ſicut ⁊ ꝑ ſeipam pōt deficere in non eē niſi diuinitus ꝯſeruaretur. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ etiā verū nō pōt hō cognoſcere ſine auxilio diuino. ſicut ſupra dictum ē. ⁊ tñ magis ē natura hūana corrupta ꝑ peccatū ꝗ̄tum ad appetitum boni ꝗ̄ ꝗ̄tum ad cognitionem veri.

## Ad tertium ſic proceditur

Videtur ꝙ hō nō poſſit diligere deū ſup oīa ex ſolis naturalibꝰ ſine grā. Diligere enī deū ſup oīa eſt ꝓpriꝰ ⁊ principalis charitatis actus. ſȝ charitatē hō nō pōt habere ꝑ ſeipm̄. q2 charitas dei diffuſa ē in cordibꝰ noſtris ꝑ ſpiritū ſanctū qui datꝰ ē nobis. vt dr̄ Roma. v. ergo hō ex ſolis naturalibꝰ nō pōt deū diligere ſup oīa. ¶ Pre. nulla natura pōt ſup ſeipam. ſȝ diligere aliquid plus ꝗ̄ ſe eſt tēdere in aliqḋ ſupra ſeipm̄. ğ nulla natura creata pōt deuȝ diligere ſupra ſeipam ſine auxilio grē. ¶ Pre. deo cuȝ ſit ſummū bonū debetur ſummꝰ amor. qḋ ē vt ſup oīa diligatur. ſȝ ad ſummū amorē deo impēdendū qui ei a nobis debetur hō nō ſufficit ſine grā. alioq̄n fruſtra adderetur grā. ergo hō nō pōt ſine grā ex ſolis naturalibꝰ diligere deum ſup oīa. ¶ Sȝ ꝯtra primꝰ hō in ſolis naturalibꝰ ꝯſtitutꝰ fuit vt a quibuſdā ponitur in q̄ ſtatu manifeſtū ē ꝙ aliq̄liter deū dilexit. ſȝ nō dilexit deū eq̄liter ſibi vel minus ſe. q2 ſm hoc peccaſſet. ğ dilexit deū ſupra ſe. ğ homo ex ſolis naturalibus deū pōt diligere plꝰ ꝗ̄ ſe ⁊ ſup oīa. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictū ē in primo. in q̄ etiā circa naturalē dilectionē angeloꝝ diuerſe opiniões ſunt poſite. hō in ſtatu nature integre poterat operari virtute ſue nature bonū qḋ ē ſibi cōnaturale abſq; ſupadditiōe gratuiti doni. ſȝ nō abſq; auxilio dei mouētis. diligere aūt deū ſup oīa ē q̄ddam cōnaturale hoī ⁊ etiā cuilibet creature nō ſoluȝ rationali ſȝ irrationali ⁊ etiā inanimate ſm modum amoris q̄ vnicuiq; creature cōpetere pōt. Cuiꝰ ratio eſt. quia vnicuiq; naturale eſt ꝙ appetat ⁊ amet aliquid ſm ꝙ aptū natum ē eē. Sic igitur agit vnūq̄dq; ꝓut aptū natū ē. vt dicitur ī ij. phiſicoꝝ. manifeſtū ē autē ꝙ bonum partis ē ꝓpter bonuȝ totius. vñ naturali appetitu vel amore vnaqueq; res ꝑticularis amat bonū ſuū ꝓpriū ꝓpter bonū cōmune totius vniuerſi qḋ ē deus. vnde Dionyſius dicit in libro de di. no. ꝙ deus conuertit oīa ad amorē ſuipſius. vñ homo in ſtatu nature integre dilectionē ſuipſiꝰ referebat ad amorē dei ſicut ad finē. ⁊ ſiliter dilectionē omniū aliarum rerū. ⁊ ita deū diligebat plꝰ ꝗ̄ ſeipm̄ ⁊ ſup oīa. Sȝ in ſtatu nature corrupte homo ab hoc deficit ſm appetitū voluntatis rōnalis q̄ ꝓpter corruptionē nature ſequitur bonū priuatū niſi ſanetur ꝑ grām dei. Et ideo dōm ē ꝙ homo in ſtatu nature ītegre nō indigebat dono grē ſupaddite naturalibꝰ bonis ad diligendū deū naturaliter ſup oīa. ſȝ indigeret auxilio dei ad hoc eū mouētis. ſȝ in ſtatu nature corrupte indiget hō etiā ad hoc auxilio grē naturam ſanātis. ¶ Ad. j. ğ dōm ꝙ charitas diligit deū ſup oīa eminētius ꝗ̄ natura. natura enī diligit deū ſuper oīa ꝓut eſt principiū ⁊ finis naturalis boni. charitas aūt ſm ꝙ ē obiectū beatitudinis ⁊ ſm hoc homo habet quādā ſocietatē ſpiritualē cū deo. addit etiā charitas ſuper naturalē dilectionē dei ꝓmptitudinē quādā ⁊ delectationē. ſicut habitꝰ q̄libet virtutis addit ſupra actū bonū q̄ fit ex ſola naturali ratione hoīs virtutis habitū nō habētis. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ cū dicitur ꝙ nulla natura pōt ſupra ſeipſam. nō ē ītelligēdū ꝙ nō poſſet ferri in aliqḋ obiectū qḋ ē ſupra ſe. manifeſtū ē enī ꝙ ītellectꝰ noſter naturali cognitione poteſt aliqua cognoſcere que ſunt ſupra ſeipſum. vt patet in naturali cognitione dei. ſed illud intelligendū eſt ꝙ natura nō pōt ī actū excedentē ꝓportionē ſue virtutis. talis autē actꝰ nō ē diligere deū ſup oīa. hoc enī ē naturale cuilibet nature create. vt dictū ē. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ amor dr̄ ſummus nō ſolū ꝗ̄tum ad gradū dilectiōis. ſed etiā ꝗ̄tū ad rōnem diligēdi ⁊ dilectionis modū. ⁊ ſm hoc ſummꝰ gradus dilectionis eſt quo charitas diligit deū vt beatificātem ſicut dictum eſt.

## Ad quartum ſic proceditur

Videtur ꝙ hō ſine grā ꝑ ſua naturalia poſſit ꝓcepta legis implere. Dicit enī Aplus ad Roma. ij. ꝙ gētes q̄ legē nō habēt naturaliter ea q̄ legis ſunt faciūt. ſȝ illud qḋ naturaliter hō facit pōt ꝑ ſeipm̄ facere abſq; grā. ğ hō pōt legȝ ꝓcepta facere abſq; grā. ¶ Pre. Hieroꝰ dicit ī expoſitiōe catholice fidei illos eē maledicēdos q̄ deū ꝓcepiſſe hoī aliq̄d ipoſſibile dicūt. ſȝ ipoſſibile ē hoī qḋ ꝑ ſeipm̄ iplere nō pōt. ğ hō pōt iplere oīa ꝓcepta legis ꝑ ſeipm̄. ¶ Pre. īter oīa ꝓcepta legis maximū ē illud. Diliges dñm deū tuuȝ ex toto corde tuo. vt pȝ Matth. xxij. ſȝ hoc mandatuȝ pōt hō implere ex ſolis naturalibꝰ diligendo deū ſup oīa. vt

ſup dictū eſt. ergo oīa mādata legis pōt hō implere ſine gr̄a. ¶ Sed cōtra eſt ꝙ aug. dicit in li. de hereſibus hoc ꝑtinere ad hereſim pelagianoꝝ. vt credāt ſine gr̄a hoīez poſſe facere oīa diuina mandata. ¶ Rū. dōz ꝙ implere mādata legis cōtingit dupliciter. Uno mō quantū ad ſubſtantiā operū. put. ſ. hō operatur iuſta ⁊ fortia ⁊ alia virtutis opa. ⁊ hoc mō hō in ſtatu nature integre potuit oīa mādata legis implere. alioquin hō nō potuiſſet in ſtatu illo nō peccare. cū nichil aliud ſit peccare ꝙ̄ tranſgredi diuina mādata. ſed in ſtatu nature corrupte nō pōt hō implere oīa mandata diuina ſine gratia ſanante. Alio mō pñt impleri mādata legis non ſolū quantū ad ſubſtantiā opis. ſed etiā quantū ad modū agendi. vt. ſ. ex charitate fiant ⁊ ſic neq̄ in ſtatu nature integre. neq̄ ī ſtatu nature corrupte pōt hō implere abſq̄ gratia legis mādata. vñ Aug in li. de correctione ⁊ gratia. cū dixiſſet ꝙ ſine gratia nullum prorſus bonū hoīes faciunt ſubdit. Nō ſolū vt monſtrāte ipa qd faciendū ſit ſciāt. verū etiā vt pſtante ipa faciant cū dilectōe qd ſciunt. indiget inſup in vtroq̄ ſtatu auxilio dei mouentis ad mandata implenda. vt dictū eſt ¶ Ad. i. ergo dōm ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de ſpū ⁊ lrā. non moueat ꝙ naturaliter dixit eos que legis ſunt facere. hoc enī agit ſpūs gratie vt imaginē dei in qua naturaliter facti ſumus inſtauret in nobis. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ illd qd poſſumus cū auxilio diuino nō eſt nobis oīno impoſſibile. ſm illud phi in. iij. ethi. Que ꝑ amicos poſſumus eqliter ꝑ nos poſſumus. vñ Hieronym⁹ ibidē cōfitef ſic noſtrū liberū eſſe arbitriū. vt dicamus nos ſp indigere dī auxilio. ¶ Ad. iij. dōz ꝙ pceptū de dilectione dei nō pōt homo implere ex puris naturalib⁹ ſm ꝙ ex charitate implef. vt ex ſupra dictis patet.

## Ad quintuz ſic procedit

Uidef ꝙ homo poſſit mereri vitam eternā ſine gratia. Dicit enī dñs Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. ex quo videf ꝙ ingredi in vitā eternā ſit cōſtitutū in hoīs volūtate. ſed id qd in nr̄a volūtate cōſtitutū eſt per noſipſos poſſum⁹. ergo videf ꝙ hō ꝑ ſeipm poſſit vitam eternā mereri. ¶ Pre. vita eterna eſt merces vel pmiū que hoib⁹ reddif a deo ſm illud Matth. v. Merces vr̄a multa eſt in celis. ſed merces vel pmiū reddif a deo hoī ſm opa eius. ſm illud ps. Tu reddes vnicuiq̄ ſm opa eius. cū igif hō ſit dñs ſuoꝝ operū. videf ꝙ in eius ptāte cōſtitutū ſit ad vitā eternā ꝑuenire. ¶ Pre. vita eterna eſt vltimus finis vite humane. ſed quelibet res naturalis ꝑ ſua naturalia pōt cōſequi finē ſuum. ergo multo magis hō qui eſt altioris nature ꝑ ſua naturalia pōt ꝑuenire ad vitā eternā abſq̄ aliq̄ gratia. ¶ Sed cōtra eſt qd Aplus dicit ad Ro. vi. Gratia dei vita eterna. qd ideo dī ſicut glo. ibidē dicit. vt intelligeremus deū ad vitā eternā pro ſua miſeratione nos pducere. ¶ Rū. dōm ꝙ actus pducentes ad finē oportet eſſe fini ꝓportionatos. nullus aūt actus excedit ꝓportionē principij actiui. ⁊ ideo videmus in rebus naturalibus ꝙ nulla res pōt pficere effectū per ſuā opationē qui excedat virtutē actiuā. ſed ſolū pōt pducere ꝑ opationē ſuā effectū ſue virtuti ꝓportionatū. vita aūt eterna eſt finis excedens ꝓportionē nature hūane. vt ex ſupra dictis patet. Et ideo hō ꝑ ſua naturalia non pōt pducere opa meritoria ꝓportionata vite eterne. Sꝫ ad hoc exigitur altior virtus que eſt virtus gratie. ⁊ ideo ſine gr̄a homo non pōt mereri vitā eternā. pōtn̄ facere opa pducentia ad bonū aliquid hoī connaturale. ſicut laborare in agro. bibere. mā ducare. ⁊ habere amicuz ⁊ alia hmōi. vt Aug. dicit in tertia reſponſione contra pelagianos. ¶ Ad. i. ergo dōz ꝙ hō ſua voluntate facit opa meritoria vite eterne. ſed ſicut Aug. in eodē li. dicit. ad hoc exigif ꝙ volūtas hoīs pparetur a deo ꝑ gratiā. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut glo. dicit Ro. vi ſuꝑ illud. Gratia dei vita eterna. certū eſt vitā eternā bonis opibus reddi. ſed ipa opa quib⁹ reddif ad dei gratiā ptinent. cū etiā ſupra dictū ſit ꝙ ad implendū mandata legis ſm debitū modū ꝑ quē eoꝝ impletio ē meritoria requirif gratia. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ obiectio illa pcedit de fine hoī cōnaturali. natura aūt humana ex hoc ipo ꝙ nobilior eſt pōt ad altiorē finē pduci ſaltē auxilio gratie. ad quē inferiores nature nullo mō ptigere poſſūt ſicut hō eſt melius diſpoſitus ad ſanitatē qui aliquibus auxilijs medicine pōt ſanitatē conſequi ꝙ̄ ille qui nullo mō vt phūs introduxit in. ij. de celo.

## Ad ſextum ſic proceditur

Uidef ꝙ hō poſſit ſeipm ad gratiā pparare ꝑ ſeipm abſq̄ exteriori auxilio gr̄e. Nihil enī imponitur hoī qd ſit ei impoſſibile. vt ſup dictū eſt. ſed zacha. i. dicif. Cōuertimini ad me ⁊ ego ꝯuertar ad vos. nihil aūt eſt aliud ſe ad graz pparare ꝙ̄ ad deū conuerti. ergo videf ꝙ hō ꝑ ſeipm poſſit ſe ad gratiaz preparare abſq̄ auxilio gratie. ¶ Pre. hō ſe ad gratiā pparat faciendo qd in ſe eſt. q2 ſi hō facit qd in ſe eſt deus ei non denegat gratiā. Dicif enī Matth. vij ꝙ deus dat ſpūm bonū petentib⁹ ſe. ſed illud in nobis eſſe dicif qd eſt in noſtra ptāte. ergo videf ꝙ in noſtra poteſtate ſit conſtitutū vt nos ad gratiā ppar emus. ¶ Pre ſi hō indiget gratia ad hoc ꝙ pparet ſe ad gratiā. pari rōe indigebit gratia ad hoc ꝙ pparet ſe ad illā gratiā ⁊ ſic pceditur in infinitū. qd eſt incōueniens. ergo videf ſtandū in primo. vt ſcꝫ homo ſine gratia poſſit ſe ad gratiā pparare. ¶ Pre. Prouer. xvi. dicif ꝙ hoīs eſt pparare animū. ſed illud dicitur eſſe hominis qd ꝑ ſeipm pōt. ergo videf ꝙ hō ꝑ ſeipm ſe poſſit ad gratiā pparare. ¶ Sed cōtra ē qd dicitur Joh. vi. Nemo pōt venire ad me niſi pater q̄ miſit me traxerit eū. ſi aūt hō ſeipm preparare poſſet non oporteret ꝙ ab alio traheref. ergo homo non pōt ſe ad gratiaz pparare abſq̄ auxilio gratie. ¶ Rū. dōm ꝙ duplex eſt pparatio voluntatis humane ad bonū. Una quidē qua pparatur ad bene operandū ⁊ ad deo fruendū. ⁊ talis preparatio voluntatis nō pōt fieri ſine habituali gratie dono qd ſit principiū opis meritorij. vt dictū eſt. Alio mō pōt intelligi preparatio voluntatis humane ad cōſequendum ipm gratie habitualis donū. ad hoc aūt ꝙ pparet ſe hō ad ſuſceptionē huius doni. non oportet pſupponere aliqd aliud donū habituale in aīa. q2 ſic pcederef in infinitū. ſed oportet pſupponi aliquod auxiliū gratuitū dei interius aīam mouentis ſiue inſpirantis bonū ꝓpoſitum. His enī duobus modis indigemus auxilio diuino. vt ſupra dictū eſt ꝙ aūt ad hoc indigeamus auxilio dei mouentis manifeſtum eſt. Neceſſe eſt enī cū omne agens agat ꝓpter finem ꝙ oīs cā cōuertat ſuos effectus ad ſuū finē. ⁊ ideo cum ſm ordinē agentiū ſiue mouentiū ſit ordo finiū. neceſſe ē ꝙ ad vltimū finē ꝯuertaf hō ꝑ motionē primi mouentis ad finē aūt ꝓximū ꝑ motionē alicuius inferioꝝ mouētiū ſicut anim⁹ militis ꝯuertif ad qrendū victoriā ex motiōe ducis exercitus. ad ſequendū aūt vexillum alicuius aciei ex motione tribuni. Sic igif cū deus ſit primū mouens ſimpliciter ex eius motōe eſt ꝙ oīa in ipm cōuertanf ſm cōem intentionē boni. ꝑ quā vnūqdq̄ intēdit aſſimilari

deo ſm̄ ſuū modū. vñ Dionyſi⁹ in li. de di. no. dic̄ ꝙ deꝰ cōuertit oīa ad ſeipm̄. ſed hoīes iuſtos cōuertit ad ſeipſum ſicut ad ſpālem finē quē intendūt ⁊ cui cupiunt adherere ſicut bono ꝓprio. ſm̄ illud ps. Mihi adherere deo bonū eſt. ⁊ ideo ꝙ hō cōuertat̄ ad deū hoc non pōt eſſe niſi deo ipm̄ conuertēte. hoc aūt eſt ꝑparare ſe ad gratiā quaſi ad deū cōuerti. ſicut ille qui hꝫ oculū auerſū lumine ſolis. ꝑ hoc ſe ꝑparat ad recipiendū lumen ſolis ꝙ oculos ſuos ꝯuertit verſus ſolē. vñ pꝫ ꝙ hō non pōt ſe ꝑpare ad lumen gratie ſuſcipiendū niſi ꝑ auxiliū gratuitū dei interi⁹ mouentis. ¶ Ad .i. ergo dd̄m ꝙ cōuerſio hoīs ad deum fit quidē ꝑ liberū arbitriū. ⁊ ſm̄ hoc hoī precipitur ꝙ ſe ad deū ꝯuertat. ſed liberū arbitriū ad deū ꝯuerti nō pōt niſi deo ipm̄ ad ſe conuertēte. ſm̄ illud Hiere. xxxi. Cōuerte me ⁊ cōuertar. q꜄ tu dn̄s deus me⁹. ⁊ Threno. vlti. Conuerte nos dn̄e ad te ⁊ cōuertemur. ¶ Ad .ij. dd̄m. ꝙ nihil hō pōt facere niſi a deo moueat̄. ſm̄ illud Joh. xv. Sine me nihil poteſtis facere. ⁊ iō cū dicitur hō facere quod in ſe eſt dr̄ hoc eſſe in poteſtate hoīs ſm̄ ꝙ eſt motus a deo. ¶ Ad .iij. dd̄m ꝙ illa obiectio ꝓcedit de gratia habituali ad quā requirit̄ aliqua ꝑparatio. q꜄ oīs forma requirit ſuſceptibile diſpoſitū. ſed hoc ꝙ hō moueat̄ a deo non ꝑexigit aliquā aliā motionē cū deus ſit pmū mouens. vnde nō oportet abire in infinitū. ¶ Ad .iiij. dd̄m ꝙ hoīs ē preparare animū. q꜄ hoc facit ꝑ liberū arbitriū. ſed tn̄ hoc nō facit ſine auxilio dei mouētis ⁊ ad ſe attrahētis. vt dictū ē.

## Ad ſeptimum ſic ꝓceditur

Videtur ꝙ hō poſſit reſurgere a pc̄ō ſine auxilio gratie. Illud enī qđ ꝑexigit̄ ad gratiā fit ſine gratia. ſed reſurgere a peccato ꝑexigitur ad illuminationē gratie. Dicit̄ enīꝫ ad Ephe. v. Exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̄s. ergo hō pōt reſurgere a peccato ſine gratia. ¶ Pre. peccatū vitui opponit̄ ſicut morbus ſanitati. vt ſupra dictū eſt. ſed hō ꝑ virtutē nature pōt reſurgere de egritudine ad ſanitatē ſine auxilio exterioris medicine ꝓpter hoc ꝙ inti⁹ manet principiū vite a quo ꝓcedit opatio naturalis. ergo videtur ꝙ homo ſimili rōne poſſit reparari ꝑ ſeipm̄ redeūdo de ſtatu peccati ad ſtatū iuſticie abſqꝫ auxilio exterioris gratie. ¶ Pre. quelibet res naturalis pōt redire ad actū cōuenientē ſue nature. ſicut aqua calefacta ꝑ ſeipāꝫ redit ad naturalē frigiditatē. ⁊ lapis ſurſum ꝓiectus ꝑ ſeipūꝫ redit ad ſuū motū naturalē. ſed peccatū eſt quidā actus ꝯ naturā. vt pꝫ ꝑ Damaſ. in .ij. li. ergo videt̄ ꝙ hō poſſit ꝑ ſeipm̄ redire de peccato ad ſtatū iuſticie. ¶ Sed ꝯtra eſt qđ Aplus dicit ad Gal. ij. Si data eſt lex que pōt iuſtificare. ergo xp̄s gratis mortuus eſt. i. ſine cā. pari ergo rōne ſi homo habet naturā ꝑ quā pōt iuſtificari. xp̄s gratis. i. ſine cā mortuus eſt. ſed hoc eſt incōueniens dicere. ergo ñ pōt hō ꝑ ſeipm̄ iuſtificari. i. redire de ſtatu culpe ad ſtatū iuſticie. ¶ Rñ. dd̄. ꝙ hō nullo mō pōt reſurgere a pc̄ō ꝑ ſeipm̄ ſine auxilio gratie. Cū enī peccatū trāſiens actu remaneat reatu. vt ſupra dictū eſt. non eſt idem reſurgere a peccato qđ ceſſare ab actu peccati. ſed reſurgere a peccato ē reparari hoīem ad ea que peccando amiſit. Incurrit aūt hō triplex detrimentū peccando. vt ex ſupra dictis pꝫ. ſ. maculā. corruptionē naturalis boni ⁊ reatū pene. Maculaꝫ quidē incurrit inquantū priuat̄ decore gratie ex deformitate peccati. Bonū aūt nature corrūpit̄ inquantū natura hoīs deordinat̄ voluntate hoīs deo non ſubiecta. hoc enī ordine ſublato cōſequēs eſt vt tota natura hoīs peccantis inordinata remaneat. Reat⁹ vero pene ē ꝑ quē hō peccādo mortaliter meret̄ dānationē eternā. Manifeſtū ē aūt de ſingulis hoꝝ triū ꝙ nō pñt reparari niſi ꝑ deū. Cū enī decor gratie ꝓueniat ex illuſtratione diuini luminis. nō pōt talis decor in aīa reparari niſi deo denuo illuſtrāte. vñ req̄rit̄ habituale donū qđ eſt gratie lumē. Silr̄ ordo nature reparari nō pōt. vt. ſ. voluntas hoīs deo ſubijciatur niſi deo voluntatē hoīs ad ſe trahente. ſic dictū ē. Silr̄ etiā reat⁹ pene eterne remitti nō pōt niſi a deo in quē eſt offenſa cōmiſſa ⁊ qui eſt hoīs iudex. ⁊ iō requirit̄ auxiliū gr̄e ad hoc ꝙ hō a pc̄ō reſurgat ⁊ quantum ad habituale donum ⁊ quantum ad interiorē dei motionem. ¶ Ad .i. ergo dd̄m ꝙ illud indicitur homini quod ꝑtinet ad actū liberi arbitrij. qui requirit̄ in hoc ꝙ homo a peccato reſurgat. ⁊ ideo cū dicit̄ Exurge ⁊ illuminabit te xp̄s. nō eſt intelligendū ꝙ tota exurrectio a peccato ꝑcedat illuminationē gratie. ſꝫ quia cum homo per liberum arbitrium a deo motum ſurgere conatur a peccato recipit lumen gratie iuſtificantis. ¶ Ad .ij. dd̄m ꝙ naturalis ratio non eſt ſufficiens principium huius ſanitatis que eſt in homine ꝑ gratiam iuſtificantē. ſed huius principiū eſt gratia que tollit̄ ꝑ peccatū. ⁊ ideo non pōt hō ꝑ ſeipm̄ reparari. ſed indiget vt denuo ei lumen gr̄e infundat̄. ſicut ſi corpe mortuo reſuſcitando denuo infunderet̄ anima. ¶ Ad .iij. dd̄m ꝙ qñ natura ē integra ꝑ ſeipſam pōt reparari ad id quod eſt ſibi conueniēs ⁊ ꝓportionatū. ſed ad id quod ſuperexcedit ſuam ꝓportionē reparari nō poteſt ſine exteriori auxilio. Sic igit̄ hūana natura defluēs ꝑ actū peccati q꜄ non manet integra ſed corrūpit̄. vt ſup̄ dictū ē. ñ pōt ꝑ ſeipſāꝫ reparari neqꝫ etiā ad bonū ſibi ꝯnatale. ⁊ multo min⁹ ad bonū ſupnaturale iuſticie.

## Ad octauū ſic ꝓcedit̄

Videt̄ ꝙ hō ſine gr̄a poſſit ñ peccare. Null⁹ enī peccat in eo qđ vitare ñ pōt. vt Aug. dicit in lib. de duabus animalibus ⁊ de li. ar. ſi ergo homo exiſtens in peccato mortali non poſſit vitare peccatū. videtur ꝙ peccando non peccet. qđ ē inconueniens. ¶ Pre. ad hoc corrigit̄ homo vt peccet ſi igitur hō in peccato mortali exiſtens nō pōt nō peccare. videtur ꝙ fruſtra ei correctio adhibeatur quod eſt inconueniēs. ¶ Pre. Eccle. xv. dicit̄. Ante hominem vita ⁊ mors. bonum ⁊ malum. quod placuerit ei dabitur illi. ſed aliquis peccando non deſinit eſſe homo ergo adhuc in eius poteſtate eſt eligere bonum vel malū ⁊ ita poteſt homo ſine gratia vitare peccatum. ¶ Sed cōtra eſt quod Aug. dicit in li. de perfectiōe iuſticie. Quiſquis negat nos orare debere ne intremus in temptationem. negat aūt hoc qui contendit ad non peccandum gratie dei adiutorium non eſſe homini neceſſarium. ſed ſola lege accepta humanam ſufficere voluntatem. ab auribus oīm remouendum. ⁊ ore omniū anathematizandū eſſe ñ dubito. ¶ Rñ. dd̄ ꝙ de hoīe dupliciter loqui poſſumus Uno mō ſm̄ ſtatū nature integre. alio mō ſm̄ ſtatū nature corrupte. Scđꝫ ſtatū q̄dē nature integre etiā ſine gr̄a habituali poterat hō ñ peccare nec mortalit̄ nec venialit̄. q꜄ peccare nihil aliud ē q̄ꝫ recedere ab eo ꝙ ē ſm̄ naturā. qđ vitare hō poterat ī ſtatu nature īregre. ñ tn̄ hoc poterat ſine auxilio dei ī bono ꝯſeruātis. ſubtracto eñ q̄ ipa natura ī nihilū decideret. In ſtatu āt nature corrupte īdiget hō gr̄a habituali ſanāte naturā ad hoc ꝙ hō oīo a pc̄ō abſtineat q̄ q̄dē ſanatio pr̄io fit ī pñti vita ſm̄ mētē appetitu carnali nōdū totalit̄ reparato. vñ aplꝰ ad Ro. vij. ī pſona hoīs reparati dic̄. Ego ipſe mēte ſuio legi dī. carne autēꝫ legi pc̄i. In quo quidē ſtatu poteſt homo abſtinere ab oī peccato mortali quod in ratione conſiſtit. vt ſupra habitū ē. ñ aūt pōt hō abſtinere ab oī peccato veniali ꝓpter corruptionem

inferioris appetit⁹ ſenſualitatis. cui⁹ mot⁹ ſingulos quidē rō reprimere pōt. ⁊ ex hoc hñt rōnē₃ pctī ⁊ volūtarij. nō aūt oēs. q₂ dū vni reſiſtere nitit̄ fortaſſis ali⁹ inſurgit. ⁊ etiā q₂ rō nō ſꝑ pōt eſſe ꝑuigil ad hmōi motus vitādos vt ſupra dictū ē. Silr etiā anteq̄₃ hoīs rō in q̄ eſt pctm̄ mortale reparet̄ ꝑ gratiā iuſtificantem. pōt ſingula pctā mortalia vitare ⁊ ſm̄ aliqͦd temp⁹. q₂ nō ē neceſſe ꝙ cōtinuo peccet in actu. ſ₃ ꝙ diu maneat abſq₃ pctō mortali eſſe nō pōt. vnde ⁊ Grego. dicit ſup Ezech. ꝙ pctm̄ qd̄ mox ꝑ pniaz nō delet̄ ſuo pōdere ad aliud trahit. Et huius rō eſt. q₂ ſicut rōni ſubdi debet inferior appetitus. ita etiā rō ſubdi debet deo ⁊ in ipſo ꝯſtituere finē ſue volūtatis. Per finē aūt oportet ꝙ regulent̄ oēs actus hūani ſicut ꝑ rōnis iudiciū regulari debent mot⁹ inferioris appetitus. Sic ḡ inferiori appetitu nō totaliter ſubiecto rōni nō pōt eſſe quin ꝯtingant inordinati motus in appetitu ſenſitiuo. ita etiā rōne hoīs non totaliter exiſtēte ſubiecta deo. conſequēs eſt vt contingāt multe inordinationes in ipſis actib⁹ rōnis. Cū enim hō nō h₃ cor ſuum firmatū in deo vt ꝓ nullo bono conſequendo vel malo vitando ab eo ſeparari vellet. occurrunt multa ꝓpter q̄ conſequenda vel vitanda hō recedit a deo contēnendo precepta ipſius. ⁊ ita peccat mortaliter p̄cipue q₂ i repentinis hō operat̄ ſm̄ finē p̄conceptū ⁊ ſm̄ habitū p̄exiſtentem. vt phūs dicit in. iij. ethi. Quis ex premeditatione rōnis hō poſſit aliquid agere p̄ter ordinē finis p̄concepti. ⁊ preter inclinationem habitus. Sed q₂ hō non pōt ſꝑ eſſe in tali p̄meditatione non pōt contingere vt diu ꝑmaneat quin operet̄ ſm̄ conſequentiā voluntatis de ordinate a deo niſi cito ꝑ gratiam ad debitum ordinem reparet̄. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ hō poteſt vitare ſingulos actus peccati. nō tamē oēs niſi ꝑ gratiam. vt dictum eſt. ⁊ tñ q₂ ex eius defectu eſt ꝙ hō ſe ad gratiam habendā₃ non preparet ꝓpter hoc a peccato non excuſat̄ ꝙ ſine gratia peccatū₃ vitare non poteſt. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ correctio vtilis ē vt ex dolore correctionis voluntas regenerationis oriat̄. ſi tñ qui corrigitur filius eſt ꝓmiſſionis. vt ſtrepitu correctionis forinſecus inſonante aut flagellante deus in illo intrinſecus occulta inſpiratione operet̄ et velle. vt Aug. dicit in li. de correctione ⁊ gratia. iō ḡ neceſſaria eſt correctio q₂ voluntas hominis requirit̄ ad hoc ꝙ a peccato abſtineat. ſ₃ tñ correctio non eſt ſufficiens ſine dei auxilio. vnde Ecc. vij. Conſidera opa dei ꝙ nemo poſſit corrigere quē₃ ille deſpexerit. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ ſicut Aug. dicit in iponoſticon. ꝟbum illud intelligit̄ de homine ſm̄ ſtatum nature integre qñ nondum erat ſeruus peccati vñ poterat peccare ⁊ non peccare. nunc etiam quodcunq₃ vult hō dat̄ ei. ſ₃ hoc ꝙ bonum velit habet ex auxilio gratie.

## Ad nonum ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ ille qui iam conſecutus ē gratiam ꝑ ſe ipſū₃ poſſit operari bonum ⁊ vitare pctm̄. abſq₃ alio auxilio gratie. Vnūquodq₃ enim aut fruſtra eſt aut imꝑfectū₃ ſi nō implet illud ad qd̄ dat̄. ſed grā ad hoc dat̄ nobis vt poſſimus bonū facere ⁊ vitare pctm̄. ſi igit̄ ꝑ gratiā hoc hō nō pōt. videt̄ ꝙ vel gratia ſit fruſtra data vel ſit imꝑfecta. ¶ Pre. ꝑ grām ipſe ſpūſanct⁹ in nobis habitat. ſm̄ illud. i. ad Cor. iij. Neſcitis q₂ templū dei eſtis. et ſpūs dei habitat in vobis. ſed ſpūſanct⁹ cum ſit omnipotens ſufficiens eſt vt nos inducat ad bñ operandū₃. ⁊ vt nos a pctō cuſtodiat. ḡ hō gratiam ꝯſecut⁹ pōt vtrūq₃ p̄dictorū abſq₃ alio auxilio grē. ¶ Pre. Si hō ꝯſecutus gratiā₃ adhuc alio auxilio gratie indiget ad hoc ꝙ recte viuat ⁊ a peccato abſtineat. pari rōne ⁊ ſi illud aliud auxiliū grē ꝯſecutus fuerit adhuc alio auxilio gratie indigebit. procedet̄ ḡ in infinitum. qd̄ eſt inconueniens. ḡ ille qui ē i grā non indiget alio auxilio gratie ad hoc ꝙ bene operet̄ ⁊ a peccato abſtineat. Sed ꝯ̄ eſt ꝙ Aug. dicit in li. de natura ⁊ gratia ꝙ ſicut oculus corporis pleniſſime ſan⁹ niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere. ſic ⁊ homo perfectiſſime etiam iuſtificatus niſi eterna luce iuſticie diuinitus adiuuet̄ recte non poteſt viuere. ſed iuſtificatio fit ꝑ gratiam. ſm̄ illud Ro. iij. Iuſtificati gratis ꝑ gratiam ipſius. ḡ etiam homo iam habens gratiam indiget alio auxilio gratie ad hoc ꝙ recte viuat. ¶ Rñ. dō. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. hō ad recte viuendum dupliciter auxilio dei indiget. Vno quidem modo q̄tum ad aliqd̄ habituale donum per qd̄ natura humana corrupta ſanet̄ ⁊ etiam ſanata eleuet̄ ad operandū₃ opera meritoria vite eterne q̄ excedunt ꝓportionē nature. Alio mō indiget hō auxilio gratie vt a deo moueat̄ ad agendum. Quātum igit̄ ad primum auxilij modum hō in gratia exiſtens nō indiget alio auxilio gratie quaſi aliq̄ alio habitu infuſo. Indiget tñ auxilio gratie ſm̄ alium modū vt. ſ. a deo moueat̄ ad recte agendum. ⁊ hoc ꝓpter duo. Primo quidē₃ rōne generali ꝓpter hoc ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. nulla res creata poteſt in quemcūq₃ actum ꝓdire niſi virtute motionis diuine. Secundo rōne ſpeciali ꝓpter conditionem ſtatus hūane nature. q̄ quidem licet ꝑ gratiā₃ ſanet̄ q̄tum ad mentem. remanet tñ in ea corruptio ⁊ infectio q̄tū₃ ad carnē ꝑ quam ſuit legi peccati. vt dicit̄ ad Ro. vij. Remanet etiā quedā ignorantie obſcuritas in intellectu ſm̄ quam vt etiam dr̄ Ro. viij. Quid orem⁹ ſicut oportet neſcim⁹. ꝓpter varios enim rerū euentus. ⁊ q₂ etiam noſipſos non perfecte cognoſcimus non poſſum⁹ ad plenum ſcire quid nobis expediat. ſm̄ illud Sap. ix. Cogitationes mortalium timide. ⁊ incerte ꝓuidentie noſtre. Et iō neceſſe eſt nobis vt a deo dirigamur ⁊ ꝓtegamur qui oīa nouit ⁊ omnia poteſt. ⁊ ꝓpter hoc etiam renatis in filios dei ꝑ gratiam ꝯuenit dicere. Et ne nos inducas in temptationem. ⁊ fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ i terra. ⁊ cetera q̄ in oratione dominica ꝯtinent̄ ad hoc ꝑtinētia. ¶ Ad. i. ḡ dō. ꝙ donum habitualis gratie nō ad hoc dat̄ nobis vt ꝑ ipſum non indigeamus vlterius diuino auxilio. Indiget enim quelibet creatura vt a deo conſeruetur in bono qd̄ ab eo accepit. ⁊ iō ſi poſt acceptam gratiam hō adhuc indiget diuino auxilio. nō pōt ꝯcludi ꝙ gratia ſit in vanum data vel ꝙ ſit imꝑfecta. q₂ etiam in ſtatu glorie qñ gratia erit omnino ꝑfecta hō diuino auxilio indigebit. hic autem aliqualiter gratia imperfecta ē in q̄tū₃ hominem non totaliter ſanat. vt dictū₃ ē. ¶ Ad. ij. dō. ꝙ operatio ſpiritusſancti qua nos mouet et protegit non circumſcribit̄ per effectum habitualis doni qd̄ in nobis cauſat. ſed preter hunc effectum nos mouet et protegit ſimul cum patre ⁊ filio. ¶ Ad. iij. dō. ꝙ rō illa ꝯcludit ꝙ homo non indigeat alia habituali gratia.

## Ad decimū ſic procedit̄.

Videt̄ ꝙ hō in grā ꝯſtitutus non indigeat auxilio gratie ad ꝑſeuerandum. Perſeuerantia enim eſt aliquid min⁹ ꝟtute ſicut ꝯtinentia. vt patet ꝑ phūm in. vij. ethi. ſed homo non indiget alio auxilio gratie ad habendum virtutes ex quo eſt iuſtificatus per gratiam. ergo multo minus indiget auxilio gratie ad habendum ꝑſeuerantiam.

Pre. Oẽs ꝟtutes ſil' infundunt̃, ſed pſeuerantia ponit̃ quedã ꝟtus. g̃ videt̃ ꝙ ſil' cum gr̃a infuſis alijs ꝟtutib' pſeuerantia det̃. Pre. Sicut Ap'ſ dicit ad Ro. vi. Plus reſtitutũ eſt hõi p donũ xpi ꝙ amiſerit p peccatũ Ade. ſed Adã accepit vñ poſſet pſeuerare. g̃ multo magis nobis reſtituit̃ p gratiã xpi vt pſeuerare poſſim'. ⁊ ita hõ non indiget gr̃a ad pſeuerandũ. Sed ɔ̃ eſt qđ Aug. dicit in li. de pſeuerantia. Cur pſeuerantia poſcit̃ a deo ſi non dat̃ a deo. an ⁊ iſta irriſoria petitio ẽ cũ id ab eo petit̃ qđ ſcit̃ nõ ipſum dare. ſed ipſo non dante eſſe in hoĩs poteſtate. ſed pſeuerantia petit̃ etiã ab illis qui ſunt p gratiã ſanctificati. qđ intelligit̃ cum dicim' Sanctificet̃ nomen tuũ. vt ibidem Aug. ɔfirmat p ꝟba Cypriani. g̃ hõ etiam in gratia ɔſtitutus indiget vt ei pſeuerantia a deo det̃. Rñ. dđ. ꝙ pſeuerantia tripliciter dicit̃. Qñqꝫ enim ſignificat habitũ mentis p quẽ hõ firmiter ſtat ne remoueat̃ ab eo ꝙ eſt ſm virtutem p triſticias irruentes. vt ſic ſe habeat pſeuerantia ad triſticias ſicut ɔtinentia ad ɔcupiſcẽtias ⁊ delectationes. vt phũs dicit in. vij. ethi. Alio mõ poteſt dici pſeuerantia habit' quidam ſm quem hõ hꝫ ꝓpoſitum pſeuerandi in bono vſqꝫ in finẽ. ⁊ vtroqꝫ iſtoꝝ modoꝝ pſeuerantia ſil' cum gratia infundit̃ ſicut ⁊ ɔtinentia ⁊ cetere virtutes. Alio modo dr̃ pſeuerantia ɔtinuatio quedã boni vſqꝫ ad finẽ vite. ⁊ ad talem pſeuerantiã habendam hõ in gr̃a conſtitutus non quidẽ indiget aliqua alia habituali gratia. ſed diuino auxilio ipſum dirigente ⁊ ꝓtegente ɔ̃ tẽptationum impulſus. ſicut ex precedenti queſtione apparet. Et iõ poſtqꝫ aliquis eſt iuſtificatus p gratiã neceſſe hꝫ a deo petere predictũ pſeuerantie donum. vt. ſ. cuſtodiatur a malo vſqꝫ ad finẽ vite. multis enim dat̃ gr̃a quib' non dat̃ pſeuerare in gr̃a. Ad. i. g̃ dđ. ꝙ obiectio illa procedit de primo mõ pſeuerantie ſicut ⁊ ſecunda obiectio ꝓcedit de ſecundo. Vñ patet ſolutio ad ſecundũ. Ad. iij. dđ. ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de natura ⁊ gratia. hõ in primo ſtatu accepit donũ p qđ pſeuerare poſſet. nõ aũt accepit vt pſeueraret. nũc aũt p gratiam xpi multi accipiunt ⁊ donũ gr̃e q̃ pſeuerare pñt ⁊ vlterius eis datur ꝙ pſeuerent. ⁊ ſic donum xpi eſt maius ꝙ delictũ Ade ⁊ tñ facilius hõ p gratie donũ pſeuerare poterat in ſtatu innocentie in q̃ nulla erat rebellio carnis ad ſpiritũ. ꝙ nunc poſſum' qñ reparatio gratie xpi ⁊ ſi ſit inchoata q̃tũ ad mentẽ. nondũ tñ eſt ɔſummata q̃tũ ad carnem. qđ erit in patria vbi hõ non ſolũ pſeuerare poterit. ſꝫ etiã peccare non poterit.

Queſtio CX

# De inde ɔſiderãdum

eſt de gr̃a dei q̃tũ ad eius eſſentiã. Et circa hoc queruntur q̃tuor. Primo vtrũ gratia ponat aliquid in aĩa. Secũdo vtrũ gratia ſit q̃litas. Tertio vtrũ gratia differat a ꝟtute infuſa. Quarto de ſubiecto gratie.

## Ad primum ſic ꝓceditur

Videt̃ ꝙ gr̃a non ponat aliquid in aĩa. Sicut enĩ hõ dr̃ habere grãm dei. ita etiam grãm hoĩs. vñ dr̃ Geñ. xxxix. ꝙ dñs dedit Joſeph grãm in ɔſpectu principis carceris. ſꝫ p hoc ꝙ hõ dr̃ habere grãm hoĩs nihil ponit̃ i eo qui grãm alterius hꝫ. ſꝫ in eo cuius grãm hꝫ ponit̃ acceptatio q̃dã. g̃ p hoc ꝙ hõ habere grãm dei dr̃ nihil ponit̃ in aĩa. ſed ſolũ ſignificat̃ acceptatio diuina. Pre. Sicut aĩa viuificat corp'. ita de' viuificat aĩam. vñ dr̃ Deutro. xxx. Ipſe eſt vita tua. ſed aĩa viuificat corp' imediate. g̃ etiã nihil cadit mediũ inter deũ ⁊ aĩam. non g̃ gratia ponit aliquid creatũ in aĩa. Pre. ad Ro. i. ſuper illud. Gr̃a vobis ⁊ pax. dicit glo. gr̃a. i. remiſſio peccatoꝝ. ſꝫ remiſſio pctõꝝ nõ ponit in aĩa aliquid. ſed ſolũ in deo nõ imputante pctm̃. ſm illud pſal. Btũs vir cui non imputauit dñs pctm̃. g̃ nec gratia ponit aliquid in aĩa. Sed ɔ̃. lux ponit aliquid in illuminato. ſꝫ gratia ẽ quedã lux aĩe. vñ Aug. dicit in li. de natura ⁊ gr̃a. Preuaricatorem legis digne lux deſerit ꝟitatis. qꝛ deſertus vtiqꝫ fit cecus. g̃ gratia ponit aliquid in aĩa. Rñ. dđ. ꝙ ſm cõẽ modũ loquendi tripliciter gratia accipi ɔſueuit. Uno mõ ꝓ dilectione alicui'. ſicut ɔſueuim' dicere ꝙ iſte miles hꝫ gratiam regis. i. rex hꝫ eum gratũ. Secundo ſumit̃ ꝓ aliq̃ dono gratis dato, ſicut ɔſueuim' dicere hanc gratiam facio tibi. Tertio mõ ſumit̃ ꝓ recompenſatione bñficij gratis dati ſm ꝙ dicimur agere gratias beneficioꝝ. Quoꝝ triũ ſecũdũ dependet ex primo. ex amore enim q̃ aliquis hꝫ aliũ gratum ꝓcedit ꝙ aliquid ei gratis impendat. Ex ſecundo aũt ꝓcedit tertiũ. qꝛ ex beneficijs gratis exhibitis gratiarũ actio ɔſurgit. Quantũ igit̃ ad duo vltima manifeſtũ eſt ꝙ gratia aliquid ponit in eo qui gratiã accipit Primo quidẽ ipſum donũ gratis datũ. Secundo huius doni recognitionẽ. Sed q̃tũ ad primũ eſt differẽtia attendenda circa gratiã dei ⁊ gratiam hoĩs. qꝛ enim bonum creature ꝓuenit ex voluntate diuina. iõ ex dilectione dei qua vult creature bonũ ꝓfluit aliqđ bonũ in creatura. voluntas aũt hoĩs mouet̃ ex bono p̃exiſtente in rebus. ⁊ inde ẽ ꝙ dilectio hoĩs non cauſat totaliter rei bonitatẽ. ſed preſupponit ipſam vel in pte vel in toto. Patet igit̃ ꝙ qualibet dei dilectionẽ ſequit̃ aliqđ bonũ in creatura cauſatũ. qñqꝫ nõ tñ dilectioni eterne coeternũ. ⁊ ſm hmõi boni differentiã differens conſiderat̃ dilectio dei ad creaturã. Una quidẽ cõis ſm quã diligit oĩa q̃ ſunt. vt dr̃ Sap. xi. ſm quam eſſe naturale reb' creatis largit̃. Alia autẽ dilectio eſt ſpũalis ſm quam trahit creaturã rõnalẽ ſupra conditionẽ nature ad pticipationem diuini boni. ⁊ ſm hanc dilectionẽ dr̃ aliquẽ diligere ſimpliciter. qꝛ ſm hanc dilectionẽ vult deus ſimpliciter creature bonũ eternũ qđ eſt ipſe. Sic igit̃ per hoc ꝙ dr̃ hõ gratiã dei habere ſignificat̃ quiddã ſupnaturale i hoĩe a deo ꝓueniens. qñqꝫ tñ gr̃a dei dicit̃ ipſa eterna dei dilectio ſm ꝙ dr̃ etiã gratia p̃deſtinationis inq̃tũ deus gratuito ⁊ nõ ex meritis aliq̃s p̃deſtinauit ſiue elegit. Dicit̃ enĩ ad Ephe. i. Predeſtinauit nos in adoptiõnem filioꝝ in laudẽ glĩe gratie ſue. Ad. i. g̃ dđ. ꝙ etiã in hoc ꝙ dr̃ aliquis habere gratiã hoĩs intelligit̃ in aliq̃ eſſe aliquid qđ ſit hoĩ gratũ ſic ⁊ in hoc ꝙ dr̃ aliquis gratiã dei habere. ſed tñ differẽter. nã illud qđ eſt hoĩ gratũ in alio hoĩe p̃ſupponit̃ eius dilectiõi. cauſat̃ aũt ex dilectione diuina qđ ẽ in hoĩe deo gratũ. vt dictũ ẽ. Ad ij. dđ. ꝙ deus ẽ vita aĩe p modũ cãe efficientis. ſꝫ aĩa eſt vita corpis p modũ cãe formalis. inter formã aũt ⁊ materiã nõ cadit aliquid mediũ. qꝛ forma p ſeipſam informat materiã vel ſubiectũ. ſed agẽs informat ſubiectũ nõ per ſuã ſubſtantiã. ſed p formã quã cauſat i materia. Ad iij. dđ. ꝙ Aug. dicit in li. retractationũ. Ubi dixi gratiã eſſe remiſſionẽ pctõꝝ. pacẽ ꝟo in recõciliationẽ dei. non ſic accipiendum eſt ac ſi pax ipſa ⁊ reconciliatio non ptineant ad gratiã generalẽ. ſꝫ ꝙ ſpecialiter gratie nomine remiſſionem ſignificauerit peccatorum. non ergo ſola remiſſio peccatorũ ad gratiam ptinet. ſed etiam multa

alia dei dona. ⁊ ideo remiſſio peccatoꝝ non fit ſine aliquo
effectu diuinitꝰ in nobis cauſato. vt infra patebit.

## Ad ſcđm ſic procedit̃.

Uidetur ꝙ gratia non ſit q̄litas anime. Nulla enī q̄litas
agit ī ſuū ſubiectū. q̄ꝛ actio q̄litatis nō ē abſq3 actiōe ſub
iecti. ⁊ ſic oporteret ꝙ ſubiectū ageret in ſeipſuȝ. ſed gr̃a a-
git in aīaȝ iuſtificando ipſaȝ. ḡ gr̃a non eſt q̄litas. ¶ Pre.
ſubſtātia eſt nobilioꝛ q̄litate. ſed gr̃a eſt nobilioꝛ q̄3 natu-
ra aīe. multa enī poſſumus ꝑ gratiā ad que natura nō ſuf
ficit. vt ſup̄ dictū ē. ergo gr̃a nō ē q̄litas. ¶ Pre. nulla q̄li
tas remanet poſtq̄3 deſinit eſſe in ſubiecto. ſed gr̃a rema-
net. nō enī corrūpit̃. q̄ꝛ ſic in nihilū redigeret̃ ſicut ex nihi
lo creat̃. vñ et dr̄ noua creatura ad Gal. vlti. ergo gr̃a nō
eſt q̄litas. ¶ Sȝ cōtra ē qđ ſup̄ illud ps. Ut exhilaret fa
ciem in oleo. dicit glo. ꝙ gr̃a eſt nitoꝛ aīe ſanctū cōcilians
amorē. ſed nitoꝛ aīe ē q̄dā q̄litas ſicut ⁊ pulchritudo cor-
poris. ergo gr̃a eſt q̄dā q̄litas. ¶ Rñ. dđ. ꝙ ſicut iā dictū eſt
in eo qui dicit̃ grāȝ dei habere ſignificat̃ eſſe quidaȝ effe-
ctus gratuite dei volūtatis. Dictū eſt aūt ſup̄ ꝙ dupli-
ter ex gratuita dei volūtate hō adiuuat̃. Uno mō inq̄3tū
aīa hoīs mouet̃ a deo ad aliq̄d cognoſcēdū vel volenduȝ
vel agendū. ⁊ hoc mō ipſe gratuitꝰ effectꝰ in hoīe nō ē q̄
litas ſed motꝰ q̄dā aīe. actus enī mouētis in moto ē mo-
tus. vt dicit̃ in .iij. phiſi. Alio mō adiuuat̃ hō ex gratui-
ta dei volūtate ſcđm ꝙ aliqđ habituale donū a deo aīe īfū-
ditur. ⁊ hoc ideo q̄ꝛ nō eſt cōueniēs ꝙ deꝰ minꝰ ꝓuideat
his quos diligit ad ſupnaturale bonū habēdū q̄3 creatu-
ris q̄s diligit ad bonū naturale habendū. Creaturis autē
naturalibus ſic ꝓuidet vt nō ſolū moueat eas ad actꝰ na-
turales. ſed etiā largit̃ eis formas ⁊ virtutes q̄ſdā q̄ ſunt
principia actuū. vt ſcđm ſeipſas iclinent̃ ad hmōi motus.
⁊ ſic motꝰ q̄bꝰ a deo mouent̃ fiūt creaturis cōnaturales ⁊
faciles. ſcđm illud Sap. viij. Et diſponit oīa ſuauiter. mul
to igit̃ magis illis q̄s mouet ad ꝯſequendū bonū ſupna-
turale eternū infundit aliq̄s formas ſeu q̄litates ſupna-
turales. ſcđm q̄s ſuauiter ⁊ ꝓmpte ab ipſo moueant̃ ad bo
nū eternū ꝯſequendū. ⁊ ſic donū gr̃e q̄litas q̄dā eſt. ¶ Ad. j
ḡ dđm ꝙ gratia ſcđm ꝙ ē q̄litas dr̄ agere ī aīam nō ꝑ mo-
dū cauſe efficiētis. ſȝ ꝑ modum cauſe formalis. ſicut albe
do facit albū. ⁊ iuſticia iuſtū. ¶ Ad. ij. dđm ꝙ oīs ſubſtā-
tia vel ē ipſa natura rei cuiꝰ ē ſubſtātia. vel ē pars natu͛e. ſcđm
quē modū materia vel forma ſubſtātia dr̄. ⁊ q̄ꝛ gr̃a ē ſup̄
naturā hūanaȝ nō pōt eē ꝙ ſit ſubſtantia aut forma ſub-
ſtātialis. ſȝ ē forma accidētalis ipſius aīe. Id enī qđ ſub
ſtātialiter ē ī deo accidētaliter fit ī aīa ꝑticipāte diuinam
bonitatē. vt de ſciētia pȝ. ſcđm hoc ḡ ꝙ aīa īꝑfecte ꝑticipat
diuinā bonitatē. ipſa ꝑticipatio diuine bonitatis q̄ eſt gr̃a
imꝑfectioꝛi mō hȝ eſſe ī aīa q̄3 aīa in ſeipſa ſubſiſtat. eſt tñ
nobilioꝛ q̄3 natura aīe inq̄3tū ē expſſio vel ꝑticipatio diuine
bonitatis. nō aūt q̄3tū ad moduȝ eſſendi. ¶ Ad. iij. dđm
ꝙ ſicut dicit Boetꝰ accidētis eē ē ineſſe. vñ oē accidēs non
dr̄ ens q̄ſi ipſm eē habeat. ſȝ q̄ꝛ eo aliq̄d ē. vñ ⁊ magis dr̄
eē entis q̄3 ens. vt dr̄ .xi. metaphiſice. ⁊ q̄ꝛ eiꝰ ē fieri vel cor
rūpi cuiꝰ ē eē. ideo ꝓprie loquēdo nullū accidēs neq3 fit ne
q3 corrūpit̃. ſȝ dr̄ fieri vel corrūpi ſcđm ꝙ ſubiectū icipit vł
deſinit eē ī actu ſcđm illud accidēs. ⁊ ſcđm hoc etiā gr̃a dr̄ cre-
ari ex eo ꝙ hoīes ſcđm ipſam creant̃. i. in nouo eē cōſtituūt̃
ex nihilo. i. nō ex meritis. ſcđm illud ad Ephe. ij. Creati in
xp̄o Ieſu in opibus bonis.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Uidet̃ ꝙ gr̃a ſit idē qđ virtꝰ. Dicit enī Augꝰ ꝙ gr̃a ope-
rans ē fides q̄ ꝑ dilectioneȝ opat̃. vt habet̃ in libro de ſpū
⁊ lr̃a. ſȝ fides q̄ ꝑ dilectionē opat̃ ē virtꝰ. ḡ gr̃a eſt virtus
¶ Pre. cuicūq3 ꝯuenit diffinitio ⁊ diffinitū. ſȝ diffinitio-
nes de virtute datē ſiue a ſanctis ſiue a phīs cōueniunt
gr̃e. ipſa enī bonū facit habētē ⁊ opꝰ eiꝰ bonuȝ reddit. ipſa
etiā ē bona q̄litas mētis q̄ recte viuit̃ ⁊c̃. ḡ gr̃a eſt virtus
¶ Pre. gr̃a ē q̄litas q̄dā. ſȝ manifeſtū ē ꝙ non ē in q̄rta
ſpecie q̄litat̃ q̄ ē forma ⁊ circa hᷓliq̄d ꝯſtās figura q̄ꝛ nō
ꝑtinet ad corpꝰ. neq3 etiā ī tertia ē. q̄ꝛ nō ē paſſio vel paſſi
bilis q̄litas q̄ ē in pte aīe ſenſitiua. vt ꝓbat̃ ī. vij phiſico-
rū. ipſa aūt gr̃a principalit̃ ē in mēte. neq3 iteꝝ ē ī ſcđa ſpe
cie q̄ ē potētia vel ipotētia natural̃is. q̄ꝛ gr̃a ē ſup̄ naturā. ⁊
nō ſe hȝ ad bonū ⁊ malū ſicut potētia naturalis. ḡ relinq̄t̃
ꝙ ſit ī prima ſpecie q̄ ē habitꝰ vel diſpoſitio. habitus aūt
mētis ſunt virtutes. q̄ꝛ etiā ipſa ſciētia q̄damodo ē virtus
vt ſup̄ dictū ē. ḡ gr̃a ē idē qđ virtꝰ. ¶ Sȝ ꝯ. ſi gr̃a ē virtꝰ
maxīe videt̃ ꝙ ſit aliq̄ triū theologicaꝝ virtutū. ſȝ gr̃a nō
ē fides vel ſpes. q̄ꝛ hec pñt eſſe ſine gr̃a gratū faciēte. neq3
etiā charitas. q̄ꝛ gr̃a ꝑuenit charitatē. vt Augꝰ dicit ī li.
de ꝑdeſtinatiōe ſanctoꝝ. ḡ gr̃a non ē virtꝰ. ¶ Rñ. dđ. ꝙ
q̄dā poſuerūt idē eē grāȝ ⁊ v̄tutē ſcđm eſſentiaȝ. ſȝ differre
ſolū ſcđm rōneȝ. vt gr̃a dicat̃ ſcđm ꝙ facit hoīem deo gratuȝ
vel ſcđm ꝙ gratis dat̃. virtꝰ aūt ſcđm ꝙ ꝑficit ad bñ opandū
⁊ hoc videt̃ ſenſiſſe magiſter ī. ij. ſniaꝝ diſ. xvi. Sed ſi q̄s
recte ꝯſideret rōneȝ virtutis hoc ſtare non pt̃. q̄ꝛ vt phūs
dicit in. vij. phiſicoꝝ. virtꝰ ē q̄dā diſpoſitio ꝑfecti. dico aūt
ꝑfectū qđ ē diſpoſitū ſcđm naturā. Ex q̄ pȝ ꝙ virtꝰ vniuſ-
cuiuſq3 rei dr̄ ī ordine ad aliquā naturā ꝑexiſtētem. q̄ñ ſcȝ
vnūq̄dq3 ſic ē diſpoſitū ſcđm ꝙ ꝯgruit ſue nature. Manife-
ſtū ē aūt ꝙ virtutes acq̄ſite ꝑ actꝰ hūanos de q̄bꝰ ſup̄ di-
ctū ē ſūt diſpoſitiōes q̄bꝰ hō ꝯuenīt̃ diſponit̃ ī ordine ad
naturaȝ q̄ hō ē. virtutes aūt īfuſe diſponūt hoīeȝ altioꝛi mō
⁊ ad altiorē finē. vñ etiā opꝫ ꝙ ī ordine ad aliquā altio
rē naturaȝ hoc ē ī ordine ad naturaȝ diuinā ꝑticipatā. q̄ dr̄ lu
mē gr̃e. ſcđm ꝙ dr̄. j. Pet. ij. Maxīa ⁊ ꝑcioſa vobis ꝓmiſſa
donauit vt ꝑ hoc efficiamini diuine ꝯſortes nature. ⁊ ſcđm ac
ceptionē hmōi nature dicimur regenerari ī filios dei. Si-
cut igit̃ lumē naturale rōnis ē aliq̄d ꝑter virtutes acq̄ſi-
tas q̄ dicūt̃ ī ordine ad ipſm lumē naturale. ita etiā ipſm lu-
mē gr̃e qđ ē ꝑticipatio diuine nature ē aliq̄d ꝑter virtutes ī-
fuſas q̄ a lumīe illo deriuāt̃ ⁊ ad illud lumē ordinant̃. vñ
⁊ Apl̄s dicit ad Ephe. v. Eratis aliq̄n tenebre. nūc aūt lux
ī dño. vt filij lucis ambulate. Sicut enī virtutes acq̄ſite
ꝑficiūt hoīeȝ ad ambulādū ſcđm ꝙ ꝯgruit lumini naturali
rōnis. ita virtutes infuſe ꝑficiūt hoīeȝ ad ambulāduȝ ſcđm
ꝙ ꝯgruit lumini gr̃e. ¶ Ad. j. ḡ dđm ꝙ Augꝰ noīat fidē
ꝑ dilectionē opantē grāȝ. q̄ꝛ actꝰ fidei ꝑ dilectionē operā-
tis ē primꝰ actꝰ ī q̄ gr̃a gratū faciēs manifeſtatur. ¶ Ad. ij
dđm. ꝙ bonū poſitū ī diffinitiōe virtutis dr̄ ſcđm ꝯuenien
tiā ad aliquā naturā ꝑexiſtētē vel eſſentialē vel ꝑticipatā
ſic aūt bonū nō attribuit̃ gr̃e. ſȝ ſicut radici bonitatis ī hoīe.
vt dictū ē. ¶ Ad. iij. dđm ꝙ gr̃a reducit̃ ad primā ſpeciē
q̄litatis nec tñ ē idē qđ virtꝰ. ſȝ habitudo q̄dā q̄ p̄ſuppo-
nit̃ virtutibꝰ infuſis ſicut eaꝝ principiū ⁊ radix.

## Ad quartum ſic procedit̃

Uidet̃ ꝙ gr̃a nō ſit ī eſſentia aīe ſicut ī ſubiecto. ſȝ in aliq̄
potētiaꝝ. Dicit enī Augꝰ in ypognoſticon. ꝙ gr̃a cōparatur ad
volūtatē ſiue ad liberū arbitrium ſicut ſeſſoꝛ ad equū. ſȝ
volūtas ſiue liberꝝ arbitriū ē potentia q̄dam. vt in primo
dictū eſt. ergo gr̃a eſt in potentia anime ſicut in ſubiecto

¶ Pre. ex gratia incipiūt merita hoīs. vt Aug⁹ dicit. ſ ʒ meritū ↄſiſtit in actu qui ex aliqua potētia ꝓcedit. ergo videtur ꝙ gratia ſit ꝑfectio alicu⁹ potētie anime. ¶ Pre. ſi eſſentia anime ſit ꝓpꝛium ſubiectum gratie opoꝛtet ꝙ aīa inq̄ʒtum habet eſſentiā ſit ea par grē. ſʒ hoc eſt falſum. qꝛ ſic ſequeret ꝙ omnis aīa eſſet gratie capax. non ḡ eſſentia anime ē ꝓpꝛiū ſubiectuʒ gratie. ¶ Pre. eſſentia anime eſt pꝛioꝛ potētijs eius. pꝛius aūt pōt intelligi ſine poſterioꝛi. ergo ſequit ꝙ grā poſſit intelligi in aīa nulla pte vel potētia aīe intellecta. ſ. neqʒ volūtate. neqʒ intellectu. neqʒ aliquo hmōi. qḋ eſt incōueniēs. ¶ Sed ↄtra ē ꝙ ꝑ gratiaʒ regeneramur in filios dei. ſed generatio ꝑ pꝛius terminatur ad eſſentiā q̄ʒ ad potētias. ergo gratia ꝑ pꝛius ē ī eſſentia anime q̄ʒ in potētijs. ¶ Rñ. dōm ꝙ iſta queſtio ex p̄cedenti dependet. Si enī gratia ſit idem qḋ virtus neceſſe eſt ꝙ ſit in potentia aīe ſicut in ſubiecto. naʒ potētia anime eſt ꝓpꝛium ſubiectum virtutis vt ſupꝛa dictū eſt. Si aūt grā differt a virtute non pōt dici ꝙ potētia anime ſit gratie ſubiectū. qꝛ oīs ꝑfectio potentie aīe habet rationē virtutis. vt ſupꝛa dictū ē. vñ relinquitur ꝙ gratia ſicut ē pꝛius virtute ita habeat ſubiectum pꝛius potētijs anime. ita ſcʒ ꝙ ſit in eſſentia anime. Sicut enī ꝑ potentiā intellectiuā homo ꝑticipat cognitionē diuinā ꝑ virtutē fidei. ⁊ ſm potentiam voluntatis amoꝛem diuinum ꝑ virtutē charitatis ita etiam ꝑ naturam anime ꝑticipat ſm quādam ſimilitudinē naturā diuinā ꝑ quandā regenerationem ſiue recreationē. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ ſicut ab eſſentia anime eſt luūt eius potētie que ſunt operū pꝛincipia. ita etiā ab ipa grā effluūt virtutes in potentias anime ꝑ quas potētie mouētur ad act⁹. ⁊ ſm hoc grā cōpat ad volūtatē vt mouēs ad motū que ē cōparatio ſeſſoꝛis ad equū non autē ſicut accidēs ad ſubiectū. ¶ Et ꝑ hoc etiā ptʒ ſolutio ad ſcdm. eſt enī grā pꝛincipiū meritorij opis mediantibus virtutibꝫ ſicut eſſentia aīe eſt pꝛincipium operū vite mediantib⁹ potentijs. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ aīa ē ſubiectū gratie ſm ꝙ eſt in ſpecie intellectualis vel rationalis nature. non aūt cōſtituitur aīa in ſpecie ꝑ aliquam potētiam cum potentie ſint ꝓpꝛietates naturales aīe ſpeciem conſequentes. ⁊ ideo aīa ſm ſuā eſſentiā differt ſpecie ab alijs animabus ſcʒ brutoꝝ aīalium ⁊ plantaꝝ. ⁊ ꝓpter hoc non ſequitur ſi eſſentia hūane aīe ſit ſubiectū grē ꝙ quelibet aīa poſſit eſſe gratie ſubiectuʒ. hoc enī ↄuenit eſſentie aīe inq̄ʒtum eſt talis ſpeciei. ¶ Ad. iiij. dōm ꝙ cuʒ potentie aīe ſint naturales ꝓpꝛietates ſpeciē ↄſequētes. aīa nō pōt ſine his eſſe. dato aūt ꝙ ſine his eēt adhuc tñ aīa diceret ſm ſpeciē ſuā intellectualis vel rōnalis. nō qꝛ actu haberet has potētias. ſʒ ꝓpter ſpeciem talis eſſentie ex q̄ nate ſunt hmōi potentie effluere.

¶ Queſtio CXI

# Deinde cōſiderandū

ē de diuiſione grē. Et circa hoc q̄runt quinqʒ. pꝛimo vtꝝ ↄueniēter diuidat grā ꝑ grāʒ gratis datā ⁊ grām gratū facientē. ſcdo de diuiſione grē gratum faciētis ꝑ opantē ⁊ coopantē. tertio de diuiſiōe eiuſdem ꝑ gratiam ꝑuenientem ⁊ ſubſequentē. quarto de diuiſione gratie gratis date. quinto de cōparatione grē gratuʒ facientis ⁊ gratis date.

## Ad pꝛimum ſic ꝓceditur.

Videt ꝙ grā nō ↄueniēter diuidat ꝑ grām gratū facientem ⁊ grām gratis datā. Gratia enī ē quoddā donū dei. vt ex ſupꝛa dictis patʒ. hō aūt ideo non eſt deo gratus qꝛ aliquid eſt ei datū a deo. ſʒ potius ecōuerſo. ideo enim aliquid daṫ alicui gratis a deo qꝛ eſt homo gratus ei. ergo nulla eſt gratia gratū faciens. ¶ Pre. quecūqʒ non dātur ex meritis p̄cedentibꝫ dātur gratis. ſʒ etiā ipm bonū nature datur homini abſqʒ merito p̄cedenti. qꝛ natura ꝑ ſuppōnitur ad meritū. ergo ipa natura ē etiā gratis data a deo. natura aūt diuidit ↄtra grām. incōuenienter igiṫ hoc qḋ eſt gratis datū poniṫ vt grē differentia. qꝛ inueniṫ etiā extra gratie genus. ¶ Pre. oīs diuiſio debet eſſe ꝑ oppoſita. ſed etiā ipa grā gratū faciēs ꝑ quam iuſtificamur gratis nobis a deo cōcediṫ. ſm illud Roma. iij. Iuſtificati gratis ꝑ grāʒ ipius. ergo grā gratū faciēs nō debet diuidi cōtra grām gratis datā. ¶ Sed ↄtra eſt ꝙ Apl's vtrūqʒ attribuit grē. ſ. ⁊ gratū facere ⁊ eē gratꝭ datū. Dicēnī q̄tū ad pꝛimuʒ ad Ephe. j. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Quantū vero ad ſcdm dꝛ ad Roma. xi. Si aūt grā iam nō ex opibus. alioquin grā iā nō ē grā. pōt enī diſtingui grā q̄ vel hʒ vnū tm̄ vel vtrūqʒ. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut Apl's dicit ad Roma. xiij. Que a deo ſunt oꝛdinata ſunt. in hoc autē oꝛdo rerū cōſiſtit ꝙ quedā ꝑ alia in deū reducunṫ. vt Dionyſius dicit in ce. hierar. Cuʒ igiṫ gratia ad hoc oꝛdineṫ vt homo reducaṫ in deū oꝛdine quodā hoc agitur. vt ſcʒ quidā ꝑ alios in deū reducanṫ. ſm hoc igiṫ duplex ē grā. Vna quidē ꝑ quā ipe hō deo ↄiungiṫ. q̄ vocaṫ gratia gratū faciens. Alia vero ꝑ quā vnus hō coopaṫ alteri ad hoc ꝙ ad deū reducaṫ. hmōi autem donū vocaṫ gratia gratis data. qꝛ ſupꝛa facultatē nature ⁊ ſupꝛa meritum ꝑſone homini ↄceditur. Sed qꝛ nō datur ad hoc vt homo ipſe ꝑ ipam iuſtificeṫ. ſʒ poti⁹ vt ad iuſtificationē alterius coopeṫ. ideo nō vocatur gratū faciēs. ⁊ de hac dicit Apl's j. ad Coꝛ. xij. Vnicuiqʒ datur manifeſtatio ſpūs ad vtilitatem. ſ. alioꝝ. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ gratia non dꝛ facere gratū effectiue. ſed foꝛmaliter ſcʒ qꝛ ꝑ hāc homo iuſtificaṫ ⁊ dignus efficitur vocari deo gratus. ſm ꝙ dicaṫ ad Col. j. Dignos nos fecit in partem ſoꝛtis ſanctoꝛum in lumie. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ gratia ſm ꝙ gratis datur excludit rationem debiti. poteſt autem intelligi duplex debitum. Vnū quidem ex merito ꝓueniens quod refertur ad perſonam cuius eſt agere meritoꝛia opera. ſm illud ad Roma. iiij. Ei qui operatur merces imputatur ſm debitum. non ſm gratiam. Aliud eſt debitum ſm conditionem nature. puta ſi dicamus debitum eſſe homini ꝙ habeat rationem et alia que ad humanam ꝑtinent naturam. Neutro autē modo dicitur debitum ꝓpter hoc ꝙ deus creature obligetur. ſed potius inq̄ʒtum creatura debet ſubijci deo vt ī ea diuina oꝛdinatio impleatur que quideʒ eſt vt talis natura tales conditiones vel ꝓpꝛietates habeat. ⁊ ꝙ talia operās talia ↄſequaṫ. Dona igiṫ naturalia carēt pꝛimo debito non aūt carēt ſcdo debito. ſʒ dona ſupnaturalia vtroqʒ debito carēt. ⁊ iō ſpeciali⁹ ſibi nomē grē vēdicant. ¶ Ad iij. dōm ꝙ gratia gratū faciens addit aliquid ſupꝛa rationem gratie gratis date. quod etiam ad rationem gratie ꝑtinet. quia ſcilicet hominem gratum facit deo. ⁊ ideo gratia gratis data que hoc non facit retinet ſibi nomen commune ſicut in pluribus alijs contingit. et ſic opponuntur due partes diuiſionis ſicut gratum faciens ⁊ non faciēs gratum.

## Ad ſecūdū ſic pꝛoceditur.

Videṫ ꝙ grā incōuenienter diuidaṫ ꝑ opantē ⁊ coopātē. Gratia enī accidēs quoddā ē. vt ſup dictū ē. ſʒ accidens non poteſt agere in ſubiectū. ergo nulla gratia debet dici

operans. ¶ Pre. ſi gratia aliquid opetur in nobis maxime opatur in nobis iuſtificationē. ſed hoc nō ſolū gr̄a opat̄ in nobis. Dicit eni Aug⁹ ſup illud Job. xiiij. Opa que ego facio ⁊ ipſe faciet. qui creauit te ſine te nō iuſtificabit te ſine te. ergo nulla gratia debet dici ſimpliciter opans. ¶ Pre. coopari alicui videtur ptinere ad inferius agēs non aūt ad principalius. ſ3 gratia principalius opatur ī nobis q̄3 liberū arbitriū. ſm illud Roma. ix. Nō ē currentis neq3 volētis. ſed miſerentis dei. ergo gratia nō debet dici coopans. ¶ Pre. diuiſio debet dari ꝑ oppoſita. ſ3 operari ⁊ cooperari non ſunt oppoſita. idē eni poteſt operari ⁊ coopari. ergo incōueniēter diuidit̄ gratia ꝑ operantē et coopantem. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ Aug⁹ dicit in libro de gratia ⁊ libro arbi. coopando de⁹ ī nobis pficit qḋ opando incipit. q2 ipſe vt velimus opatur incipiēs qui volentib⁹ coopat̄ pficiēs. ſed opationes dei quibus mouet nos ad bonū ad gratiā ptinēt. ergo cōueniēter gratia diuiditur ꝑ opante3 ⁊ coopantē. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut ſupra dictu3 ē. gratia dupliciter pōt intelligi. Uno modo diuinū auxilium quo nos mouet ad bene volendū ⁊ agendum. Alio modo habituale donū nobis diuinitus inditum. vtroq3 aūt mō gr̄a dicta ꝯueniēter diuidit̄ ꝑ opantē ⁊ coopantē. Opatio eni alicuius effect⁹ nō attribuit̄ mobili. ſ3 mouēti. in illo ḡ effectu in q̄ mens noſtra ē mota ⁊ nō mouens ſolus aūt deus mouens. operatio deo attribuit̄. ⁊ ſm hoc dr̄ gratia operans. in illo aūt effectu in q̄ mens noſtra ⁊ mouet ⁊ mouet̄. opatio nō ſolū attribuit̄ deo. ſ3 etia3 aīe. ⁊ ſm hoc dr̄ gratia cooperans. ē aūt in nobis duplex actus. prim⁹ quidē interior voluntatis. ⁊ q̄tū ad iſtū actū voluntas ſe habet vt mota. deus aūt vt mouēs. ⁊ pſertim cum voluntas incipit bonū velle q̄ prius malū volebat. et ideo ſm ꝙ deus mouet humanā mentē ad hūc actum dr̄ gratia opans. Alius aūt actus ē exterior. qui cū a voluntate imperetur. vt ſupra habitū ē. ꝯſequens ē ꝙ ad hūc actū opatio attribuat̄ voluntati. ⁊ q2 etiā ad hunc actum deus nos adiuuat ⁊ interius ꝯfirmādo voluntatē vt ad actu3 ꝑueniat ⁊ exterius facultatē opandi pbendo. reſpectu huiuſmodi actus dr̄ gratia coopans. vn̄ poſt pmiſſa verba ſubdit Aug⁹. Ut aūt velimus opatur. cū autem volum⁹ vt perficiamus nobis coopatur. Sic igitur ſi gratia accipiatur ꝓ gratuita dei motione qua mouet nos ad bonum meritorium. cōuenienter diuiditur gr̄a per operantem ⁊ coopantem. Si vero accipiatur gratia ꝓ habituali dono ſic eſt duplex gratie effectus ſicut ⁊ cuiuſlibet alterius forme. quorum primus eſt eſſe. ſecūdus eſt opatio. ſicut caloris opatio eſt facere calidū. ⁊ exterior calefactio. Sic igit̄ habitualis gr̄a inq̄tū aīa3 ſanat vel iuſtificat ſiue gratam deo facit dr̄ gratia opans. inq̄tu3 vero ē principiu3 opis meritorij qḋ ex libero arbitrio ꝓcedit dr̄ coopans. ¶ Ad j. ergo dōm ꝙ ſm ꝙ gratia ē quedā q̄litas accidētalis nō agit in aīa3 effectiue. ſ3 formaliter. ſicut albedo dr̄ facere alba3 ſupficiē. ¶ Ad ij. dōm ꝙ deus non ſine nobis nos iuſtificat. q2 ꝑ motum liberi arbitrij dū iuſtificamur dei iuſticie conſentimus. ille tamen motus nō ē cauſa gratie ſed effectus. vnde tota operatio pertinet ad gratia3. ¶ Ad iij. dōm ꝙ cooperari dicitur aliquis alicui non ſolum ſicut ſecūdarium agens principali agēti. ſed ſicut adiuuās ad pſuppoſitum finem. homo autem per gratiam opante3 adiuuatur a deo vt bonum velit. ⁊ ideo pſuppoſito iam fine cōſequens eſt vt gr̄a nobis coopet̄. ¶ Ad iiij. dōm ꝙ gratia opans ⁊ coopans ē eadē gr̄a. ſ3 diſtinguit̄ ſm diuerſos effectus. vt ex ſupra dictis patet.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Uidetur ꝙ gratia incōueniēter diuidat̄ in ꝑuenientem et ſubſequentē. Gr̄a eni ē diuine dilectiōis effect⁹. ſ3 dei dilectio nunq̄3 ē ſubſequēs. ſ3 ſemꝑ ꝑueniēs. ſm illud j. Joh. iiij. Nō quaſi nos dileximus deū. ſ3 q2 ipſe prior dilexit nos. ergo gratia nō debet poni ꝑueniēs ⁊ ſubſequēs. ¶ Pre. gratia gratū faciēs eſt vna tm̄ in hoīe cū ſit ſufficiens. ſm illud ij. ad Cor. xij. Sufficit tibi gratia mea. ſ3 idem non pōt eſſe prius ⁊ poſterius. ergo gratia incōuenienter diuidit̄ in ꝑuenientē ⁊ ſubſequētē. ¶ Pre. gratia cognoſcit̄ ꝑ effect⁹. ſ3 infiniti ſunt effectus gr̄e quoꝝ vnus ꝑcedit aliū. ergo ſi penes hos gratia deberet diuidi ī ꝑuenientē ⁊ ſubſequentē. videt̄ ꝙ infinite eſſent ſpēs gratie infinita autem relinquūtur a qualibet arte. non ergo gr̄a ꝯueniēter diuiditur in ꝑuenientem ⁊ ſubſequētē. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ gratia dei ex eius miſericordia ꝓuenit. ſ3 vtrūq3 in ꝑs legitur. Miſericordia eius ꝑueniet me. ⁊ iterum Miſericordia eius ſubſequet̄ me. ergo gratia cōueniēter diuiditur in ꝑuenientem ⁊ ſubſequentē. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut gr̄a diuidit̄ ī opantē ⁊ coopantē ſm diuerſos effect⁹ ita etiā in ꝑuenientē ⁊ ſubſequētē qualitercūq3 gratia accipiatur. ſunt aūt quinq3 effectus gratie in nobis. quorū primus ē vt aīa ſanetur. ſecūdus vt bonum velit. tertius eſt vt bonum qḋ vult efficaciter operetur. quartus eſt vt in bono pſeueret. quintus eſt vt ad gloria3 ꝑueniat. ⁊ ideo gratia ſm ꝙ cauſat in nobis primū effectu3 vocatur ꝑueniens reſpectu ſecūdi effectus. ⁊ ꝓut cauſat in nobis ſecūdū vocat̄ ſubſequēs reſpectu primi effectus ⁊ ſicut vnus effectus eſt poſterior vno effectu ⁊ prior alio. ita gr̄a pōt dici ꝑueniens ⁊ ſubſequens ſm eundem effectum reſpectu diuerſorum. ⁊ hoc eſt quod Aug⁹ dicit in libro de natura ⁊ gratia. ꝑuenit vt ſanemur. ſubſequitur vt ſanati vegetemur. ꝑuenit vt vocemur. ſubſequitur vt glorificemur. ¶ Ad j. ergo dōm ꝙ dilectio dei nominat aliquid eternum. ⁊ ideo nunq̄3 pt dici niſi ꝑueniens. ſ3 gratia ſignificat effectum temporalem qui poteſt precedere aliquid ⁊ ad aliquid ſubſequi. ⁊ ideo gratia poteſt dici ꝑueniens ⁊ ſubſequens. ¶ Ad ij. dōm ꝙ gratia nō diuerſificatur per hoc ꝙ eſt preueniens ⁊ ſubſequens ſm eſſentiam. ſed ſolum ſm effectum ſicut ⁊ de opante ⁊ cooperāte dictum eſt. quia etiam ſm ꝙ gratia ſubſequēs ad gloriam pertinet non eſt alia numero a gratia preueniente ꝑ quam nunc iuſtificamur. ſicut enim charitas vie nō euacuatur ſed perficitur in patria. ita etiam ⁊ de lumine gratie eſt dōm. quia neutrum in ſui ratione imperfectionem importat. ¶ Ad iij. dōm ꝙ q̄uis effect⁹ gratie poſſint eē infiniti numero ſicut ſunt infiniti actus humani. tamen oēs reducunt̄ ad aliqua determinata in ſpecie. ⁊ preterea oēs ꝯueniūt in hoc ꝙ vnus aliū ꝑcedit.

## Ad quartum ſic proceditur

Uidet̄ ꝙ gr̄a gratis data incōuenienter ab Aplo diſtinguat̄. Omne eni donū qḋ nobis a deo gratis dat̄ pt dici gr̄a gratis data. ſ3 infinita ſunt dona que nobis gratis a deo ꝯcedūt̄ tā ī bonis aīe q̄3 in bonis corpis. q̄ tn̄ nos deo gratos nō faciūt. ḡ gr̄e gratis date nō pn̄t cōprehēdi ſub aliq̄ certa diuiſione. ¶ Pre. gr̄a gratis data diſtinguit̄ ꝯ gr̄am gratū faciētē. ſ3 fides ptinet ad gr̄a3 gratū faciēte3 q2 ꝑ ipſa3 iuſtificamur. ſm illḋ Roma. v. iuſtificati igit̄ ex fide ⁊c̄. ḡ incōueniēter ponit̄ fides īter gr̄as gratis datas pſertim cum alie virtutes ibi non ponantur. vt charitas

¶ Pre. opatio ſanitatū ⁊ loqui diuerſa genera linguaꝝ
miracula q̄dā ſunt. interp̄tatio etiā ſermonū ad ſapiētiā
vel ſciētiā ꝑtinet. ſm̄ illud. Dan. j. Pueris his dedit de⁹
ſcientiā ⁊ diſciplinā in oī lingua ⁊ ſapiētia. ergo inconue
niēter diuidit̄ grā ſanitatū ⁊ genera linguaꝝ ꝯtra opatio
nem virtutū ⁊ interp̄tatio ſermonū ꝯtra ſermonē ſapien
tie ⁊ ſcientie. ¶ Pre. ſicut ſapiētia ⁊ ſciētia ſunt quedā
dona ſpūſſancti. ita etiā intellect⁹ cōſilium pietas ⁊ forti-
tudo ⁊ timor. vt ſupra dictū eſt. ergo hec etiā debent poni
inter gratias gratis datas. ¶ Sȝ cōtra ē ꝙ Apl's dicit. j.
ad Coꝝ. xij. alij ꝑ ſpiritū datur ſermo ſapientie. alij aūt
ſermo ſcientie. ſm̄ eundē ſpiritū. alteri fides in eodē ſpi-
ritu. alij gratia ſanitatū. alij opatio virtutū. alij ꝓphetia.
alij diſcretio ſpirituū. alij genera linguaꝝ. alij interpreta
tio ſermonū. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupra dictum ē gratia
gratis data ordinatur ad hoc ꝙ homo alteri cooperet̄ vt
reducat̄ ad deū. homo aūt ad hoc operari nō pōt interius
mouendo. hoc enī ſolius dei eſt. ſed ſolū exterius docendo
vel ꝑſuadendo. ⁊ ideo gratia gratis data illa ſub ſe conti
net quibus homo indiget ad hoc ꝙ alterū inſtruat in re
bus diuinis que ſunt ſupra rōnem. Ad hoc autē tria re-
quirūtur. primo quidē ꝙ homo ſit ſortitus plenitudinē
cognitiōis diuinoꝝ. vt ex hoc inſtruere alios poſſit. ſcdo
vt poſſit cōfirmare vel ꝓbare ea que dicit alias non eēt ef-
ficax eius doctrina. tertio vt ea que ꝯcipit poſſit cōuenien
ter auditoribus ꝓferre. Quātum igitur ad primum tria
ſunt neceſſaria ſicut etiā apparet in magiſterio humano.
oportet enī ꝙ ille qui debet aliū inſtruere in aliqua ſcien-
tia. primo quidē vt principia illius ſcientie ſint ei certiſſi
ma. ⁊ q̄ntum ad hoc ponit̄ ei fides q̄ eſt certitudo d̄ rebus
inuiſibilib⁹ q̄ ſupponūt̄ vt principia ī catholica doctrina
Scdo opꝫ ꝙ doctor recte ſe habeat circa principales cō
cluſiones ſciētie. ⁊ ſic ponit̄ ſermo ſapiētie q̄ ē cognitio di
uinoꝝ. Tertio oportet vt etiā abundet exēplis ⁊ cognitio
ne effectuū. ꝑ q̄s interdum oportet manifeſtare cauſas. et
q̄ntū ad hoc ponit̄ ſermo ſciētie que ē cognitio rerum hu
manarū. q2 inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ facta ſunt intellecta con
ſpiciunt̄. Cōfirmatio aūt in his q̄ ſubdūtur rōni ē ꝑ argu
menta. In his aūt qui ſunt ſupra rōnē diuinit⁹ reuela-
ta ꝯfirmatio eſt ꝑ ea que ſunt diuine virtuti ꝓpria. et hoc
dupliciter. Uno quidē modo vt doctor ſacre doctrine fa-
ciat q̄ ſolus de⁹ facere pōt in opibus miraculoſis ſiue ſint
ad ſalutē corpoꝝ. ⁊ q̄ntū ad hoc ponit̄ gratia ſanitatū. ſiue
ordinent̄ ad ſolā diuine poteſtatis manifeſtationē. ſicut
ꝙ ſol ſtet aut tenebreſcat. ꝙ mare diuidat̄. et q̄ntū ad hoc
ponit̄ opatio virtutū. Scdo vt poſſit manifeſtare ea que
ſoli⁹ dei ē ſcire. ⁊ hec ſunt ꝯtingētia futura. ⁊ q̄ntū ad hoc
ponit̄ ꝓphetia. ⁊ etiā occulta cordiū. ⁊ q̄ntū ad hoc ponitur
diſcretio ſpirituū. Facultas aūt ꝓnūciādi pōt attēdi vel
q̄ntū ad idioma in q̄ aliquis poſſit itelligi. ⁊ ſm̄ hoc ponū
tur genera linguaꝝ. vel q̄ntū ad ſenſum eoꝝ q̄ ſunt ꝓferē
da. ⁊ q̄ntū ad hoc ponit̄ īterp̄tatio ſermonū. ¶ Ad. j. ergo
dōm ꝙ ſicut ſupra dictū ē. nō oīa bñficia q̄ nobis diuini
tus cōceduntur grē gratis date dicunt̄. ſȝ ſolū illa q̄ excedūt
facultatem nature. ſicut ꝙ p̄dicator abundet ſermone ſa-
pientie ⁊ ſcientie ⁊ alijs hmōi. ⁊ talia ponūt̄ hic ſub gra-
tia gratis data. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ fides non numerat̄ hic
inter grās gratis datas ſm̄ ꝙ eſt q̄dam virtus iuſtificās
hoīem ī ſeipo. ſȝ ſm̄ hoc ꝙ importat quādā ſupeminētē
certitudinē fidei. ex qua hō ſit idone⁹ ad inſtruēdū alios
de his que ad fidē ꝑtinēt. ſpes aūt et charitas ꝑtinent ad
vim appetitiuā ſm̄ ꝙ ꝑ eā homo ī deū ordinat̄. ¶ Ad. iij.
dōm ꝙ gratia ſanitatū diſtinguit̄ a generali opatione
virtutū. q2 habet ſpecialē rōnē inducēdi ad fidē. ad quā
aliquis magis ꝓmptus reddit̄ ꝑ bñficiū corꝑalis ſanita
tis quā ꝑ fidei virtutē aſſequimur. Silr̄ etiam loqui
varijs linguis ⁊ iterp̄tari ſermones habēt ſpeciales quaſ
dam rationes mouendi ad fidem. ⁊ ideo ponūtur ſpecia
les gratie gratis date. ¶ Ad. iiij. dōm ꝙ ſapiētia ⁊ ſcien
tia non cōputātur inter gratias gratis datas ſm̄ ꝙ enu-
merant̄ inter dona ſpūſſancti. ꝓut ſcȝ mens hominis eſt
bene mobilis ꝑ ſpiritūſanctum ad ea que ſunt ſapiētie ⁊
ſcientie. ſic enim ſunt dona ſpūſſancti. vt ſupra dictum ē
ſed computantur inter gratias gratis datas ſm̄ ꝙ impor
tant quandā abūdantiam ſcientie ⁊ ſapientie. vt homo
poſſit non ſolum in ſeipo recte ſapere de diuinis. ſȝ etiā ali
os inſtruere ⁊ cōtradicentes reuincere. ⁊ ideo inter grati
as gratis datas ſignificātur primo ſermo ſapientie ⁊ ſer-
mo ſcientie. quia vt Aug⁹ dicit. xiiij. de trini. aliud eſt ſci-
re tātūmodo quid homo credere debeat ꝓpter adipiſcēdā
vitā beatā aliud ē ſcire quēadmodū hoc ⁊ pijs opitu
letur ⁊ cōtra impios defendatur.

## Ad quintum ſic ꝓceditur.

Uidetur ꝙ gratia gratis data ſit dignior q̄ȝ gratia gratū
faciēs. Bonū enī gētis ē meli⁹ q̄ȝ bonum vnius. vt phi
loſophus dicit in. j. ethi. ſȝ gratia gratū faciēs ordinat̄ ſo
lum ad bonum vnius hominis. gratia autem gratis da-
ta ordinatur ad bonum cōmune totius eccleſie. vt ſupra
dictū ē. ergo gratia gratis data eſt dignior q̄ȝ gratia gra-
tum faciēs. ¶ Pre. maioris virtutis eſt ꝙ aliquid poſſit
agere in aliud q̄ȝ ꝙ ſolū in ſeipo ꝑficiat̄. ſicut maior ē cla-
ritas corporis quod poteſt etiā alia corpa illuminare q̄ȝ
eius quod ita in ſe lucet ꝙ alia illuminare non pōt. ꝓpter
qđ etiā phūs dicit in. v. ethi. ꝙ iuſticia eſt preclariſſima
virtutū. ꝑ quā hō recte ſe hꝫ etiā ad alios ſȝ ꝑ grāȝ gratū
faciētē hō ꝑficit̄ ī ſeipo. ꝑ grām aūt gratis datā hō opat̄
ad ꝑfectionē alioꝝ. ergo gratia gratis data ē dignior q̄ȝ
gratia gratum faciens. ¶ Pre. id quod eſt ꝓprium meli
orum dignius eſt q̄ȝ id quod eſt cōmune omniū. ſicut ra
tiocinari quod eſt ꝓpriū hominis dignius eſt q̄ȝ ſentire
quod eſt cōe oībus animalibus. ſed gratia gratū faciēs
ē cōmunis oībus membris eccl'ie. gratia aūt gratis data
ē ꝓpriū dignioꝝ mēbroꝝ eccleſie. ergo gratia gratis
data eſt dignior q̄ȝ gratia gratum faciens. ¶ Sed contra
eſt qđ Apl's. j. ad Coꝝ. xij. enumeratis gratijs gratis da
tis ſubdit. Adhuc excellentiorē viā vobis demonſtro. et
ſicut ꝑ ſubſequentiam pꝫ loquitur de charitate que perti
net ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratū faci
ens excellētior eſt q̄ȝ grā gratis data. ¶ Rñ. dōm ꝙ vna
queqȝ virtus tanto excellētior eſt q̄nto ad altius bonū or-
dinat̄. ſemꝑ aūt finis potior ē his q̄ ſunt ad finē. grā enī
gratū faciēs ordīat hoīē īmediate ad cōiūctiōnē vltimi
finis. grē aūt gratis date ordināt hoīē ad q̄dam ꝑparato
ria finis vltimi. ſicut ꝑ ꝓpheciam ⁊ miracula ⁊ alia hmōi
hoīes inducūt̄ ad hoc ꝙ vltimo fini ꝯiungāt̄. ⁊ ideo grā
gratū faciēs ē multo excellētior q̄ȝ grā gratis data. ¶ Ad
j. ḡ dōm ꝙ ſicut phūs dicit ī. xj. metaphiſice. bonū mul-
titudinis ſicut exercit⁹ ē duplex. Unū q̄dē qđ ē ī ipa mul
titudine. puta ordo exercitus. aliud aūt ē qđ ē ſeparatum a
multitudine. ſic bonū ducis. ⁊ hoc meli⁹ ē. q2 ad hoc etiā
illđ aliud ordīat̄ grā ḡ gratis data ordīat̄ ad bonū cōe eccle
ſie. qđ ē ordo eccl'iaſtic⁹. ſȝ grā gratū faciēs ordīat̄ ad bo
nū cōe ſeparatū qđ ē ipe de⁹ ⁊ iđ grā gratū faciēs ē nobilior

¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſi grā gratis data poſſet hoc agere in altero qđ hō ꝑ gratiā gratū faciente ꝯſequit̄, ſeq̄ret̄ ꝙ gratia gratis data eēt nobilioꝛ. ſicut excellētioꝛ ē claritas ſolis illuminātis q̄ȝ corpis illuminati. ſʒ ꝑ gratiā gratis datam hō nō pt̄ cauſare ī alio ꝯiūctionē ad deū quā ipſe habet ꝑ grām gratū faciētē. ſʒ cauſat quaſdā diſpoſitiones ad hoc et ideo nō oportet ꝙ grā gratis data ſit excellentioꝛ. ſicut nec in igne caloꝛ manifeſtatiuꝰ ſpeciei eius ꝑ quā agit ad inducendū caloꝛem ī alia ē nobilioꝛ q̄ȝ foꝛma ſubſtantialis ipſius. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ ſentire oꝛdinat̄ ad ratiocinari ſicut ad finē. ⁊ ideo ratiocinari ē nobiliꝰ. hic aūt ē ecōuerſo. qꝛ id qđ ē ꝓpriū oꝛdinatur ad id qđ ē cōmune ſicut ad finē. vnde non eſt ſimile. ¶ Queſtio CXII

## DEinde cōſiderandū.

eſt de cauſa grē. Et circa hoc q̄runtur quinq̄ȝ. Pꝛimo vtrū ſolus deꝰ ſit cauſa efficiens gratie. ſcđo vtrū requirat̄ aliq̄ diſpoſitio ad grām ex pte recipientis ipſaȝ ꝑ actū liberi arbitrij. tertio vtrum talis diſpoſitio poſſit eſſe neceſſitas ad grām. quarto vtrū grā ſit equalis ī oībꝰ. quinto vtrū aliqs poſſit ſcire ſe habere grām.

## Ad pꝛimum ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ nō ſolꝰ deꝰ ſit cauſa grē. Dicit̄ eni Iob .j. Grā ⁊ veritas ꝑ Ieſum xp̄m facta ē. ſʒ in noīe Ieſu xp̄i itelligit̄ nō ſolū natura diuina aſſumēs. ſed etiā natura creata aſſumpta. ḡ aliq̄ creatura pōt eē cauſa gratie. ¶ Pre. iſta differētia ponitur inter ſacramenta noue legis et veteris. ꝙ ſacramēta noue legis cauſant gratiā quā ſacramēta veteris legis ſolū ſignificāt. ſʒ ſacramēta noue legis ſunt q̄dam viſibilia elemēta. ḡ nō ſolꝰ deꝰ ē cauſa grē. ¶ Pre. ſm̄ Dionyſiū ī libꝛo ce. hierar. Angeli purgāt ⁊ illumināt ⁊ pficiūt ⁊ angelos inferioꝛes ⁊ etiā hoīes. ſʒ rationalis creatura purgat̄ illuminat̄ ⁊ pficit̄ ꝑ gratiā. ergo nō ſolꝰ deꝰ ē cauſa grē. ¶ Sʒ ꝯtra ē qđ ī pſ. dr̄. Gratiā ⁊ gloriam dabit dñs. ¶ Rñ. dōm ꝙ nulla res pt̄ agere vltra ſuaȝ ſpeciē. qꝛ ſemꝑ opoꝛtet ꝙ cauſa potioꝛ ſit effectu. donū aūt gratie excedit oēȝ facultatē nature create cū nihil aliud ſit q̄ȝ q̄dā pticipatio diuine nature q̄ excedit omnē aliā naturā. ⁊ ideo impoſſibile ē ꝙ aliq̄ creatura gratiam cauſet. Sic eni neceſſe ē ꝙ ſolꝰ deꝰ deificet cōmunicādo ꝯſoꝛtiū diuine nature ꝑ quādā ſimilitudinis pticipationē. ſicut impoſſibile ē ꝙ aliq̄d igniat niſi ſolꝰ ignis. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ hūanitas xp̄i ē ſicut quoddā oꝛganū diuinitatis eiꝰ. vt Damaſ. dicit ī .iij. li. Inſtrumētū aūt nō agit actionē agētis principalis ꝓpꝛia virtute. ſed virtute principalis agētis. ⁊ ideo hūanitas xp̄i nō cauſat grām ꝓpꝛia virtute. ſʒ virtute diuinitatis adiūcte. ex q̄ actiōes humanitatis xp̄i ſunt ſalutares. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſicut ī ipſa pſona xp̄i hūanitas cauſat ſalutē noſtrā ꝑ gratiam virtute diuina principaliter opante. ita etiā in ſacramētis noue legis q̄ deriuant̄ a xp̄o cauſat̄ gratia inſtrumētaliter q̄dē ꝑ ipſa ſacramēta. ſʒ principaliter ꝑ virtutē ſpūſancti ī ſacramētis opantis. ſm̄ illud Ioh. iij. Niſi quis renatꝰ fuerit ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto ⁊c̄. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ angelus purgat illuminat ⁊ pficit angelū vel hoīeȝ ꝑ modū inſtructionis cuiuſdā. nō aūt iuſtificādo ꝑ gratiā. vñ Dionyſiꝰ dicit .vij. ca. de di. no. ꝙ hmōi purgatio illuminatio ⁊ pfectio nihil ē aliud q̄ȝ diuine ſcientie aſſumptio.

## Ad ſcđm ſic pꝛoceditur.

Videt̄ ꝙ nō requiratur aliq̄ pparatio ſiue diſpoſitio ad grāȝ ex pte hoīs. Quia vt Apl's dicit Roma. iiij. Ei qui opat̄. merces nō imputat̄ ſm̄ grām ſʒ ſm̄ debitū. ſʒ pparatio hoīs ꝑ liberū arbitriū nō ē niſi ꝑ aliquā opationeȝ. ḡ tolleret̄ ratio grē. ¶ Pre. ille q̄ in peccato ꝓgredit̄ non ſe pparat ad gratiā habēdā. ſʒ aliquibꝰ ī peccato ꝓgrediētibꝰ data ē grā ſicut patȝ de Paulo qui grāȝ ꝯſecutꝰ eſt dū eēt ſpirās minaȝ ⁊ cedis ī diſcipulos dñi. vt dr̄ Act. ix. ergo nulla pparatio ad grām requirit̄ ex pte hoīs. ¶ Pre. agēs infinite virtutis nō requirit diſpoſitionē ī materia cū nec ipſam materiā requirat. ſicut ī creatiōe apparet. cui collatio grē cōpatur. q̄ dr̄ noua creatura ad Gal. vlt. ſed ſolus deꝰ qui ē infinite virtutis gratiā cauſat. vt dictū eſt. ergo nulla pparatio requirit̄ ex pte hoīs ad gratiā conſequēdā. ¶ Sʒ cōtra ē qđ dr̄ Amos .iiij. Pꝛeparare ī occurſum dei tui iſrael. ⁊ .j. Regū. vij. dicit̄. Pꝛeparate coꝛda veſtra dño. ¶ Rñ. dōm ꝙ ſicut ſupꝛa dictū ē. gratia dicitur dupliciter. q̄nq̄ȝ quideȝ ipm̄ habituale donum dei q̄nq̄ȝ autem auxilium dei mouētis animā ad bonū. Pꝛimo igitur modo accipiendo gratiam p̄exigitur ad gratiā aliqua gratie pparatio. qꝛ nulla foꝛma poteſt eſſe niſi in materia diſpoſita. Sed ſi loq̄mur de gratia ſm̄ ꝙ ſignificat auxilium dei mouētis ad bonum. ſic nulla pparatio requirit̄ ex pte hoīs q̄ſi p̄ueniens diuinū auxiliū. ſʒ potiꝰ q̄cūq̄ȝ pparatio in hoīe eſſe pōt ē ex auxilio dei mouētis aīaȝ ad bonū. ⁊ ſm̄ hoc ipſe bonꝰ motꝰ liberi arbitrij quo q̄s pparat̄ ad donū gratie ſuſcipiēdū ē actus liberi arbitrij moti a deo. ⁊ q̄tum ad hoc dicitur homo ſe pꝛeparare ſm̄ illud Pꝛouer. xvj. Hoīs ē pparare animū. ⁊ ē principaliter a deo mouēte liberū arbitriū. ⁊ ſm̄ hoc dr̄ a deo volūtas hoīs pparari et a dño greſſus hoīs dirigi. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ pparatio hoīs ad gratiā habēdā quedā ē ſimul cū ipſa infuſione gratie. ⁊ talis opatio ē quidē meritoria. ſʒ nō gratie q̄ iā habet̄. ſʒ gloꝛie q̄ nondū habet̄. Eſt autē alia pparatio gratie impfecta q̄ aliq̄n p̄cedit donum gratie gratū faciēs q̄ tñ ē a deo mouēte. ſʒ iſta non ſufficit ad meritū nondū hoīe ꝑ gratiā iuſtificato. qꝛ nullū meritū pōt eſſe niſi ex gratia. vt infra dicet̄. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ cū hō ad gratiā ſe pparare nō poſſit niſi deo eū p̄ueniente ⁊ mouēte ad bonū. nō refert vtrū ſubito vel paulatim aliquis ad pfectā pparationem perueniat. Dicit̄ enim Eccl. xi. Facile ē in oculis dei ſubito honeſtare pauperē. Contingit autem quandoq̄ȝ ꝙ deus mouet hominē ad aliquod bonum non tamen pfectum. ⁊ talis pparatio p̄cedit gratiam. ſed quandoq̄ȝ ſtatim pfecte mouet ipſum ad bonum ⁊ ſubito gratiā hō accipit. ſm̄ illud Ioh. vj. Oīs qui audit a patre ⁊ didicit venit ad me. Et ita ꝯtigit Paulo. qꝛ ſubito cū eēt ī ꝓgreſſu peccati pfecte motū ē coꝛ eius a deo audiēdo ⁊ addiſcēdo ⁊ veniēdo. ⁊ ideo ſubito ē gratiam cōſecutus. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ agens infinite virtutis non exigit materiam vel diſpoſitionē materie q̄ſi p̄ſuppoſitam ex alterius cauſe actione. ſed tñ opoꝛtet ꝙ ſm̄ conditionē rei cauſande ī ipſa re cauſet ⁊ materiā ⁊ diſpoſitionē debitā ⁊ foꝛmā. ⁊ ſimiliter ꝙ deus gratiam infundat aīe nulla pꝛeparatio exigitur quā ipſe nō faciat.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Videt̄ ꝙ ex neceſſitate detur gratia ſe pꝛeparanti ad gratiam vel facienti quod in ſe eſt. Quia ſuper illud Roma. v. Iuſtificati ex fide pacem habeamus ⁊c̄. dicit gloſa. deus recipit eum qui ad ſe confugit. aliter eſſet in eo iniquitas. ſed impoſſibile eſt in deo iniquitatem eſſe. Ergo eſt

impoſſibile ꝙ deus non recipiat eum qui ad ſe confugit ex neceſſitate igitur gratiam aſſequitur. ¶ Pre. Aug⁹ dicit in libro de caſu diaboli ꝙ iſta eſt cauſa quare de⁹ non concedit diabolo gratiã. quia ipſe non voluit accipere nec paratus fuit. ſʒ remota cauſa neceſſe eſt remoueri effectũ ergo ſi aliquis velit accipere gratiam neceſſe ẽ ꝙ ei detur ¶ Pre. bonum ẽ cõmunicatiuũ ſui. vt ꝑ Dionyſiũ in. iiij ca. de di. no. ſed bonum gratie ẽ melius ꝙ̃ bonum nature cum igitur forma naturalis ex neceſſitate adueniat materie diſpoſite. videtur ꝙ multo magis gratia ex neceſſitate debeatur ꝑparanti ſe ad gratiam. ¶ Sed ꝯtra eſt ꝙ hõ cõparatur ad deum. ſicut lutũ ad figulum. ſm illud Hiere. xviij. Sicut lutum in manu figuli ſic vos in manu mea. ſed lutum non ex neceſſitate accipit formã a figulo ꝙ̃tũcunqʒ ſit ꝑparatum. ergo neqʒ homo recipit ex neceſſitate gratiã a deo ꝙ̃tũcunqʒ ſe ꝑparet. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut ſupra dictum ẽ. ꝑparatio hominis ad gratiam ẽ a deo ſicut a mouente. a libero autẽ arbitrio ſicut a moto. Poteſt igiť ꝑparatio dupliciter cõſiderari. Uno quidẽ modo ſm ꝙ eſt a libero arbitrio. ⁊ ſm hoc nullã neceſſitatẽ habet ad gratie ꝯſecutionem. quia donum gratie excedit omnem ꝑparationem virtutis humane. Alio modo põt cõſiderari ſm ꝙ eſt a deo mouente. ⁊ tũc habet neceſſitatem ad id ad qđ ordinatur a deo. non quidem coactionis. ſed infallibilitatis. quia intentio dei deficere non poteſt. ſm ꝙ Aug⁹ dicit in libro de ꝑdeſtinatione ſanctorũ. ꝙ per beneficia dei certiſſime liberãtur quicunqʒ liberãtur. vnde ſi ex intẽtione dei mouẽtis eſt ꝙ homo cuius cor mouet gratiam cõſequatur infallibiliter ipſã cõſequitur. ſm illud Joh. vj. Omnis qui audit a patre et didicit venit ad me. ¶ Ad j. ergo dõm ꝙ glo. illa loquitur de illo qui cõfugit ad deum ꝑ actum meritorium liberi arbitrij iam ꝑ gratiam informati. quem ſi nõ reciperet eſſet ꝯtra iuſticiam quã ipſe ſtatuit. Uel ſi referatur ad motum liberi arbitrij añ gratiam loquitur ſm ꝙ ipſm confugiũ hominis ad deũ eſt ꝑ motionem diuinam. quã iuſtum eſt nõ deficere. ¶ Ad ij dõm ꝙ defectus gratie prima cauſa ẽ ex nobis. ſʒ collationis gratie prima cauſa ẽ a deo. ſm illud Oſee. xiij. Perditio tua iſrael tantũmodo in me auxilium tuum. ¶ Ad iij. dõm ꝙ etiam in rebus naturalibus diſpoſitio materie nõ ex neceſſitate cõſequitur formam niſi ꝑ virtutem agentis qui diſpoſitionẽ cauſat.

## Ad quartum ſic procedit

Uidetur ꝙ gratia non ſit maior in vno ꝙ̃ in alio. Gratia enim cauſatur in nobis ex dilectione diuina. vt dictum eſt. ſed Sap. vj. dicitur. Puſillum ⁊ magnum ipſe fecit. ⁊ equaliter eſt illi cura de omnibus. ergo oẽs equaliter gratiam ab eo ꝯſequũtur. Pre. ea que in ſũmo dicũtur non recipiunt magis ⁊ minus. ſed gratia in ſũmo dicitur. quia coniungitur vltimo fini. ergo non recipit magis ⁊ min⁹. non eſt ergo maior in vno ꝙ̃ in alio ¶ Pre. gratia ẽ vita anime. vt ſupra dictum eſt. ſed viuere nõ dicitur ſm magis ⁊ minus. ergo etiã neqʒ gratia. ¶ Sed cõtra eſt qđ dicitur ad Ephe. iiij. Unicuiqʒ data eſt gratia ſm menſuram donationis chriſti. qđ autem menſurate datur. non omnibus equaliter datur. ergo non omnes equalẽ gratiã habent. ¶ Rñ. dõm ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. habitus duplicem magnitudinem habere põt. Unã ex parte finis vel obiecti ſm ꝙ dicitur vna virtus alia nobilior inꝙ̃tum ad maius bonum ordinatur. Aliam vero ex parte ſubiecti qđ magis vel minus ꝑticipat habitum inherentem. Scḋm igitur primã magnitudinem gratia gratum faciens non põt eſſe maior vel minor. quia gratia ſm ſui rationem cõiungit hominẽ ſũmo bono qđ ẽ deus ſed ex parte ſubiecti gratia poteſt ſuſcipere magis vel minus. ꝓut ſcʒ vnus ꝑfectius illuſtratur a lumine gratie ꝙ̃ alius. Cuius diuerſitatis ratio quidem eſt aliqua ex parte ꝑparantis ſe ad gratiam. qui enĩ magis ſe ad gratiã ꝑparat pleniorem gratiã accipit. ſed ex hac parte nõ poteſt accipi prima ratio hui⁹ diuerſitatis. quia ꝑparatio ad gratiã non ẽ hominis niſi inꝙ̃tum liberũ arbitrium eius ꝑparatur a deo. vnde prima cauſa huius diuerſitatis accipiẽda ẽ ex parte ipſius dei qui diuerſimode ſue gratie dona diſpẽſat ad hoc ꝙ ex diuerſis gradibus pulchritudo et ꝑfectio eccleſie cõſurgat. ſicut etiam diuerſos gradus rerũ inſtituit vt eẽt vniuerſum ꝑfectum. vnde Aplʾs ad Ephe. iiij poſtꝙ̃ dixerat. Unicuiqʒ data eſt gratia ſm menſurã donationis xpi. enumeratis diuerſis gratijs ſubiũgit. ad cõſũmationem ſanctorũ in edificationem corporis xpi. ¶ Ad j. ergo dõm ꝙ cura diuina dupliciter cõſiderari pt. Uno modo ꝙ̃tum ad ipſm diuinũ actum qui ẽ ſimplex ⁊ vniformis. ⁊ ſm hoc equaliter ſe habet eius cura ad omnes. quia ſcʒ vno actu ſimplici ⁊ maiora ⁊ minora diſpenſat. Alio modo põt cõſiderari ex parte eorũ que in creaturis ex diuina cura ꝑueniunt. ⁊ ſm hoc inuenitur inequalitas inꝙ̃tum. ſ. deus ſua cura quibuſdam maiora quibuſdã minora ꝓuidet dona. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ ratio illa ꝓcedit ſm primũ modum magnitudinis gratie. non enĩ poteſt gratia ſm hoc maior eſſe ꝙ ad maius bonum ordinet. ſed ex eo ꝙ magis vel minus ordinat ad idẽ bonum magis vel minus ꝑticipandum. Poteſt enim eſſe diuerſitas intẽſionis ⁊ remiſſionis ſm ꝑticipationem ſubiecti. ⁊ in ipſa gratia ⁊ in finali gloria. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ vita naturalis ꝑtinet ad ſubſtantiam hominis. ⁊ ideo non recipit magis ⁊ minus. ſʒ vitã gratie ꝑticipat homo accidẽtaliter. ⁊ ideo eã põt homo magis vel minus habere.

## Ad quintum ſic ꝓceditur.

Uidetur ꝙ homo poſſit ſcire ſe habere gratiam. Gratia enĩ eſt in anima ꝑ ſui eſſentiam. ſed certiſſima cognitio anime eſt eorũ que ſunt in anima ꝑ ſui eſſentiam. vt patet ꝑ Auguſ. xij. ſup Geñ. ad litteram. ergo gratia certiſſime poteſt cognoſci ab eo qui gratiam habet. ¶ Pre. ſicut ſciẽtia eſt donum dei ita ⁊ gratia. ſed qui a deo ſcientiã accipit ſcit ſe ſcientiam habere. ſm illud Sap. vij. Dominus dedit mihi horũ que ſunt veram ſcientiam. ergo pari rõne qui accipit gratiã a deo ſcit ſe gratiã habere ¶ Pre. lumen ẽ magis cognoſcibile ꝙ̃ tenebra. quia ſm Aplm ad Ephe. v. Omne qđ manifeſtatur lumẽ eſt. ſed peccatum qđ eſt ſpũalis tenebra ꝑ certitudinem poteſt ſciri ab eo qui habet peccatum. ergo multo magis gratia que eſt ſpũale lumen. ¶ Pre. Aplʾs dicit. j ad Cor. ij. Nos autẽ nõ ſpiritum huius mundi accepimus. ſed ſpiritum qui a deo ẽ vt ſciamus ea que a deo donata ſunt nobis. ſed gratia eſt primum donum dei. ergo homo qui accipit gratiã ꝑ ſpiritũſanctum. ꝑ eundem ſpiritũ ſcit gratiam eſſe ſibi datã ¶ Pre. Geñ. xxij. ex ꝑſona dñi dicitur ad Abraã. Nunc cognoui ꝙ timeas dñm. i. cognoſcere te feci. loquitur autem ibi de timore caſto qui non ẽ ſine gratia. ergo homo poteſt cognoſcere ſe habere gratiam. ¶ Sed cõtra eſt qđ dicitur Eccl'. ix. ꝙ nemo ſcit vtrum ſit dign⁹ odio vel amore. ſed gratia gratum faciens facit hominem dignum dei amore. ergo null⁹ poteſt ſcire vtrum habeat gratiã gratũ

faciēte. ❡ Rñ. dōm ꝙ tripliciter aliquid cognoſci poteſt.
Uno mō ꝑ reuelationē. ⁊ hoc mō pōt aliquis ſcire ſe ha-
bere gratiā. Reuelat enī deꝰ hoc aliqñ aliquibꝰ ex ſpeciali
priuilegio. vt ſecuritatis gaudiū etiā in hac vita i eis inci
piat ⁊ ꝯfidētius ⁊ fortius magnifica opa ꝓſequāt ⁊ ma-
la pñtis vite ſuſtineāt. ſicut Paulo dictū ē. ij. ad Coꝝ. xij
Sufficit tibi grā mea. Alio modo hō cognoſcit aliqͩ per
ſeipm ⁊ hoc certitudinaliter. ⁊ ſic nullus pōt ſe ſcire hēre
grāz. Certitudo enī nō pōt haberi de aliquo niſi poſſit di-
iudicari ꝑ ꝓpriū principiū. ſic enī certitudo habet de cō-
cluſionibꝰ demōſtratiuis ꝑ indemōſtrabilia vniuerſalia
principia. Nullꝰ aūt poſſet ſcire ſe habere ſciētiā alicuius
ꝯcluſionis ſi principiū ignoraret. principiū aūt grē ⁊ obie
ctum eiꝰ ē ipſe deus. qui ꝓpter ſui excellētiā ē nobis igno-
tus. ſm illud Job. xxxvi. Ecce deꝰ magnꝰ vincēs ſciētiā
noſtrā. ⁊ ideo eiꝰ pñſentia i nobis vel abſentia ꝑ certitudi-
nem cognoſci nō pōt. ſm illud Job. ix. Si venerit ad me
nō videbo eū. ſi aūt abierit non intelligā. ⁊ ideo hō nō pt
ꝑ certitudinē diiudicare vtꝝ ipſe habeat grām. ſm illud
j. ad Coꝝ. iiij. Sz neqꝫ meipm iudico. qui aūt iudicat me
dñs ē. Tertio mō cognoſcit aliqͩ ꝯiecturaliter ꝑ aliqua
ſigna. ⁊ hoc mō aliquis cognoſcere pt ſe habere grām. in-
qꝫtū ſcꝫ ꝑcipit ſe delectari i deo ⁊ ꝯtēnere res mūdanas. ⁊
inqꝫtū hō nō ē ꝯſcius ſibi alicuiꝰ peccati mortalis. Scōꝫ
quē moduꝫ pōt itelligi qͦd habet Apoc. ij. Uincēti dabo
māna abſcōditū qͦd nemo nouit niſi qui accipit. q2 ſcꝫ il-
le qui accipit grāz ꝑ quādā experientiam dulcedinis nouit
quā nō expit ille qui nō accepit. iſta tñ cognitio ē imperfecta
eſt. vñ Apls dicit. j. ad Coꝝ. iiij. Nihil mihi ꝯſcius ſum.
ſed i hoc iuſtificatꝰ ſum. q2 vt dr in pͦs. Delicta quis in-
telligit. ab occultis ⁊c. ❡ Ad. j. ergo dōm ꝙ illa q̄ ſunt ꝑ
eſſentiā ſui i aīa cognoſcunt experimētali experientia. inqꝫtū
hō experit ꝑ actus principia intrinſeca. ſicut volūtatē ꝑci
pimus volendo ⁊ vitā in opibus vite. ❡ Ad. ij. dōm ꝙ
de ratiōe ſcientie ē ꝙ hō certitudinē habeat de his quorū
habet ſcientiā. Et ſiliter de rōne fidei ē ꝙ hō ſit certus de
his quoꝝ habet fidē. ⁊ ideo. q2 certitudo ptinet ad ꝑfecti-
onem itellectus in q̄ ꝑdicta dona exiſtūt. ⁊ ideo quicūqꝫ
habet ſciētiā vel fidē certꝰ ē ſe habere. Nō eſt aūt ſilis ra-
tio de grā ⁊ charitate ⁊ aliis hmōi q̄ ꝑficiūt vi[illegible] appeti
tiuā. ❡ Ad. iij. dōm ꝙ peccatū habet ꝓ principio ⁊ ꝓ ob-
iecto bonū cōmutabile qͦd nobis ē notū. Obiectū aūt vel
finis gratie ē nobis ignotū ꝓpter ſui luminis imenſitatē
ſm illud. j. ad Timo. vlt. Lucem habitat inacceſſibilem.
❡ Ad. iiij. dōm ꝙ Apls ibi loquit de bonis glie q̄ ſūt no
bis data in ſpe. q̄ certiſſime cognoſcimꝰ ꝑ fidem. lꝫ nō co-
gnoſcamꝰ ꝑ certitudinē nos habere grāā ꝑ quā nos poſ
ſimus ea ꝓmereri. Uel pōt dici ꝙ loquit de noticia priui
legiata q̄ ē ꝑ reuelationem. vñ ſubdit. Nobis aūt reuela
uit deus ꝑ ſpiritūſanctū. ❡ Ad. v. dōm ꝙ illud verbum
Abrae dictū pōt referri ad noticiā experimētalē q̄ ē ꝑ exhi
bitionē opis. In ope enī illo qͦd fecerat Abraā cognoſce-
re potuit experimentaliter ſe dei timorē habere. vel poteſt
hoc etiā ad reuelationē referri. ❡ Queſtio CXIII

## Deinde cōſiderandū.

ē de effectibꝰ gratie. Et primo de iuſtificatiōe
impij q̄ eſt effectus gratie operantis. ſcdō d̄ me
rito qͦd eſt effectus grē coopantis. Circa primū q̄runt. x.
primo quid ſit iuſtificatio impij. ſcdō vtꝝ ad eam requira
tur gratie infuſio. tertio vtꝝ ad eam requirat aliquis mo
tus liberi arbitrij. quarto vtꝝ ad iuſtificationē impij req-
ratur motus fidei. quinto vtꝝ ad eam requirat motus li
beri arbitrij ꝯtra peccatū. ſexto vtꝝ pmiſſis ſit cōmemorā
da remiſſio peccatoꝝ. ſeptimo vtꝝ i iuſtificatiōe impij ſit
ordo tpis aut ſit ſubito. octauo de naturali ordine eorū q̄
ad iuſtificationē ꝯcurrūt. nono vtꝝ iuſtificatio impij ſit ma
ximū opus dei. decimo vtꝝ iuſtificatio impij ſit miraculoſa.

## Ad primum ſic proceditur.

Uidet ꝙ iuſtificatio impij nō ſit remiſſio peccatoꝝ. Pec
catū enī nō ſolū iuſticie opponit. ſed oībus virtutibus. vt
ex ſupra dictis pꝫ. ſꝫ iuſtificatio ſignificat motū quēdaꝫ
ad iuſticiā. non ergo oīs peccati remiſſio. cū oīs motus ſit
de ꝯtrario in ꝯtrariū. ❡ Pre. vnūquodqꝫ debet denomi-
nari ab eo qͦd ē potiſſimū in ipſo. vt dr in. ij. de aīa. ſꝫ remiſ
ſio peccatoꝝ ꝑcipue ſit ꝑ fidē ſm illud Act. xv. Fide puri
ficans corda eoꝝ. ⁊ ꝑ charitatē. ſm illud Prouer. x. Uni-
uerſa delicta operit charitas. magis ḡ remiſſio peccatorū
debuit denoīari a fide vel a charitate q̄ꝫ a iuſticia. ❡ Pre.
remiſſio peccatoꝝ idē eſſe videt quod vocatio. vocat enī
qui diſtat. diſtat aūt aliquis a deo per peccatū. ſꝫ vocatio
iuſtificationē ꝓcedit. ſm illud Roma. viij. Quos voca-
uit hos ⁊ iuſtificauit. ergo iuſtificatio nō ē remiſſio pecca
toꝝ. ❡ Sed ꝯtra ē ꝙ Roma. viij. ſup illud. Quos voca
uit hos ⁊ iuſtificauit. dicit glo. remiſſione peccatorū. ergo
remiſſio peccatoꝝ ē iuſtificatio. ❡ Rñ. dōm ꝙ iuſtifica-
tio paſſiue accepta importat motū ad iuſticiā. ſicut ⁊ cale-
factio motū ad calorē. Cū autē iuſticia de ſui rōne impor
tet quādā rectitudinē ordinis dupliciter accipi pt. Uno
modo ſm ꝙ importat ordinē rectū in ipſo actu hoīs. ⁊ ſm
hoc iuſticia ponit virtꝰ qdā. ſiue ſit ꝑticularis iuſticia q̄ or
dinat actū hoīs ſm rectitudinē i cōparatione ad aliū ſingu
larē hoīeꝫ. ſiue ſit iuſticia legalis q̄ ordinat ſm rectitudi-
nem actū hoīs i cōparatione ad bonū dicte multitudinis.
vt patꝫ in. v. ethi. Alio modo dr iuſticia put importat re
ctitudinē quādā ordinis i ipſa interiori diſpoſitiōe hoīs.
ꝓut ſcꝫ ſupremum hoīs ſubdit deo. ⁊ inferiores vires aīe
ſubdunt ſupreme. ſ. rōni. ⁊ hāc etiam diſpoſitionē vocat
phūs in. v. ethi. iuſticiā metaphorice dictā. Hec autē iu
ſticia in hoīe pt fieri dupliciter. Uno quidē modo ꝑ mo-
dū ſimplicis generatiōis. q̄ eſt ex priuatiōe ad formam. ⁊
hoc mō iuſtificatio poſſet cōpetere etiā ei qui nō eēt i pec-
cato dū hmōi iuſticiā a deo acciperet. ſicut Adā dr acce[illegible]ſſe
originalē iuſticiā. Alio mō pōt fieri hmōi iuſticia in hoīe
ſm rōneꝫ motꝰ qui ē de ꝯtrario i ꝯtrariū. ⁊ ſm hoc iuſtifi
catio importat trāſmutationē quādā d̄ ſtatu iniuſticie ad
ſtatū iuſticie ꝑdicte. ⁊ hoc modo loquimur hic de iuſtifica
tione impij. ſm illud Apli ad Roma. iiij. Ei qui nō ope
rat. credēti aūt in eū qui iuſtificat impiū ⁊c. Et q2 motꝰ
denominat magis a termino ad quē q̄ꝫ a termino a q̄. et
ideo hmōi trāſmutatio q̄ aliquis trāſmutat a ſtatu iniu-
ſticie ꝑ remiſſionē peccati. ſortit nomē a termino ad quē.
⁊ vocat iuſtificatio impij. ❡ Ad. j. ḡ dōm ꝙ oē peccatuꝫ
ſm ꝙ importat quādā inordinationē mētis non ſubdite
deo iniuſticia pōt dici ꝑdicte iuſticie cōtraria. ſm illud. j.
Job. iij. Oīs qui facit peccatū ⁊ iniquitatē facit. ⁊ pecca
tū eſt iniquitas. ⁊ ſm hoc remotio cuiuſlibet peccati dr iu
ſtificatio. ❡ Ad. ij. dōm ꝙ fides ⁊ charitas dicūt ordinē
ſpecialē mētis hūane ad deū ſm intellectū vel affectuꝫ.
ſꝫ iuſticia importat generaliter totā rectitudinē ordinis.
⁊ ideo magis denominat trāſmutatio a iuſticia q̄ꝫ a chari
tate vel fide. ❡ Ad. iij. dōm ꝙ vocatio refert ad auxilium
dei interius mouētis ⁊ excitantis mētem ad deſerendum

peccatū. que quidem motio dei non eſt ipſa remotio peccati. ſed cauſa eius.

## Ad ſecūdū ſic procedit᷑.

Videt᷑ ꝙ ad remiſſionē culpe que ē iuſtificatio impij nō requirat᷑ gratie infuſio. Poteſt enī aliquis remoueri ab vno ꝯtrario ſine hoc ꝙ ꝑducat᷑ ad alteꝝ ſi ꝯtraria ſint mediata. ſꝫ ſtat⁹ culpe ⁊ ſtatus grē ſunt ꝯtria mediata. eſt enī medius ſtatus inocētie in q̄ hō nec grām hꝫ nec culpaꝫ. ergo pōt alicui remitti culpa ſine hoc ꝙ ꝑducat᷑ ad grāꝫ. ¶ Pre. remiſſio culpe ꝯſiſtit in reputatiōe diuina. ſm̄ illud pſ. Beatus vir cui nō imputauit dn̄s peccatuꝫ. ſꝫ infuſio grē ponit etiā aliquid ī nobis. vt ſup habitū ē. ergo infuſio grē nō requirit᷑ ad remiſſionē culpe. ¶ Pre. nullus ſubijcit᷑ ſimul duob᷒ ꝯtrarijs. ſꝫ q̄dā peccata ſunt contraria. ſicut ꝓdigalitas ⁊ illiberalitas. ergo qui ſubijcitur peccato ꝓdigalitat̄ nō ſimul ſubijcit᷑ peccato illiberalitatis. Poteſt tn̄ ꝯtingere ꝙ prius ei ſubijciat᷑. ergo peccando vitio ꝓdigalitatis liberat᷑ a peccato illiberalitatis. et ſic remittit᷑ aliqḋ peccatū ſine grā. ¶ Sꝫ ꝯtra eſt qḋ dr̄ Roma. iij. Juſtificati gratis ꝑ grāꝫ ipſius. ¶ Rn̄. dōm ꝙ homo peccādo deū offendit. ſicut ex ſupra dictis ptꝫ. Offenſa aūt nō remittit᷑ alicui niſi ꝑ hoc ꝙ animus offenſi pacatur offendenti. ⁊ ideo ſm̄ hoc peccatuꝫ nobis remitti dr̄ ꝙ deus nobis pacat᷑. q̄ quidem pax ꝯſiſtit in dilectione qua deus diligit nos. Dilectio aūt dei q̄ꝫtū ē ex pte actus diuini ē eterna ⁊ imutabilis. ſꝫ q̄ꝫtum eſt ad effectū quē nobis imprimit q̄n̄qꝫ interrūpit᷑. ꝓut ſcꝫ ab ipo q̄n̄qꝫ deficimus ⁊ q̄n̄qꝫ iteꝝ recuꝑamus. Effect⁹ aūt diuine dilectionis ī nobis qui ꝑ peccatuꝫ tollit᷑ eſt grā qua hō fit dign⁹ vita eterna. a qua peccatū mortale excludit. ⁊ ideo nō poſſet intelligi remiſſio culpe ſi nō adeſſet infuſio grē. ¶ Ad j. ergo dōm ꝙ plus requirit᷑ ad hoc ꝙ offendenti remittatur offenſa q̄ꝫ ad hoc ꝙ ſimpliciter aliquis nō offendens nō habeat᷑ odio. Poteſt enī apud hoīes cōtingere ꝙ vn⁹ hō aliquē aliū nec diligat nec odiat. ſꝫ ſi eum offendat ꝙ ei dimittat offenſaꝫ. hoc nō pōt ꝯtingere abſqꝫ ſpeciali beniuolētia. Beniuolētia aūt dei ad hoīeꝫ reparari dicit᷑ ꝑ donum grē. ⁊ ideo ſꝫ homo anteq̄ꝫ peccet potuerit eſſe ſine gratia ⁊ ſine culpa. tn̄ poſt peccatuꝫ nō pōt eſſe ſine culpa niſi gratiaꝫ habeat. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ſicut dilectio dei non ſolū cōſiſtit ī actu volūtatis diuine. ſꝫ etiā importat quēdam grē effectū. vt ſupra dictū ē. ita etiā ⁊ hoc qḋ eſt deū nō imputare peccatū homini importat quēdā effectum ī ipſo cui peccatū nō imputat᷑. ꝙ enī alicui nō imputet᷑ peccatū a deo ex diuina dilectiōe ꝓcedit. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut Aug⁹ dicit in libro de nuptijs ⁊ ꝯcupiſcētia. Si a peccato deſiſtere hoc eſſet nō habere peccatū ſufficeret. vt hoc moneret ſcriptura. Fili peccaſti. non adijcias iteruꝫ. hoc aūt non ſufficit ſꝫ addit᷑. Et de priſtinis depcare vt tibi remittant᷑. tranſit enī peccatū actu. ⁊ remanet reatu. vt ſup dictū eſt. ⁊ ideo cū aliquis a peccato vni⁹ vitij trāſit ī peccatū ꝯtrarij vitij. deſinit quidē habere actū p̄teriti. ſꝫ non deſinit habere reatū. vnde ſimul habet reatū vtriuſqꝫ peccati. non enī peccata ſunt ſibi cōtraria ex pte auerſionis a deo. ex qua pte peccatum reatum habet.

## Ad tertium ſic ꝓceditur

Videt᷑ ꝙ ad iuſtificationē impij nō requirat᷑ mot⁹ liberi arbitrij. Videmus enī ꝙ ꝑ ſacramentum baptiſmi iuſtificātur pueri abſqꝫ motu liberi arbitrij. ⁊ etiā interdum adulti. Dicit enī Aug⁹ in. iiij. ꝯfeſ. ꝙ cū quidā ſu⁹ amic⁹ laboraret febribus iacuit diu ſine ſenſu in ſudore letali. et dū deſperaret᷑ baptizatus eſt neſciēs ⁊ renatus eſt. qḋ fit ꝑ gratiā iuſtificantē. ſꝫ deus potentiā ſuā nō alligauit ſacramētis. ergo etiā pōt iuſtificare hoīem ſine ſacramētis abſqꝫ omni motu liberi arbitrij. ¶ Pre. in dormiēdo homo non habet vſum rōnis ſine q̄ non pōt eſſe motus liberi arbitrij. ſed Salomon in dormiēdo ꝯſecut⁹ ē a deo donum ſapientie. vt habetur. iij. Reg. ij. ⁊. ij. Paral̄. j. ergo etiā pari rōne donū gratie iuſtificantis q̄n̄qꝫ dat᷑ homini a deo abſqꝫ motu liberi arbitrij. ¶ Pre. ꝑ eandē cauſam grā ꝓducit᷑ in eſſe ⁊ ꝯſeruat᷑. Dicit enī Aug⁹. viij. ſuper Gen̄. ad litterā ꝙ ita ſe debet homo ad deū conuertere vt ab illo ſemꝑ fiat iuſtus. ſꝫ abſqꝫ motu liberi arbitrij grā in hoīe ꝯſeruat᷑. ergo abſqꝫ motu liberi arbitrij poteſt a principio infundi. ¶ Sꝫ ꝯtra ē qḋ dr̄ Job. vj. Oīs qui audit a patre ⁊ didicit venit ad me. ſꝫ diſcere non eſt ſine motu liberi arbitrij. addiſcens enī ꝯſentit docēti. ergo nullus venit ad deum ꝑ gratiā iuſtificantē abſqꝫ motu liberi arbitrij. ¶ Rn̄. dōm. ꝙ iuſtificatio impij fit deo mouente hoīeꝫ ad iuſticiā. ipē enī qui iuſtificat impium. vt dicit᷑ Roma. iiij. De⁹ autē mouet oīa ſm̄ modū vniuſcuiuſqꝫ ſicut in naturalib᷒ videmus ꝙ aliter mouet᷑ ab ipſo grauia ⁊ aliter leuia ꝓpter diuerſam naturā vtriuſqꝫ. vnde ⁊ hoīem ad iuſticiā mouet ſꝫ ꝯditionē nature hūane. homo aūt ſm̄ ꝓpriā naturā habet ꝙ ſit liberi arbitrij. ⁊ ideo in eo q̄ habet vſum liberi arbitrij non fit motio a deo ad iuſticiā abſqꝫ motu liberi arbitrij. ſꝫ ita infundit donum grē iuſtificantis ꝙ etiā ſimul cuꝫ hoc mouet liberū arbitriū ad donū gratie acceptādum in his qui ſunt hui⁹ motionis capaces. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ pueri nō ſunt capaces motus liberi arbitrij. ⁊ ideo mouet᷑ a deo ad iuſticiaꝫ ꝑ ſolā informationē aīe ipſoꝝ. hoc autē non fit ſine ſacramento. q2 ſicut peccatū originale a q̄ iuſtificant᷑ non ꝓpria volūtate ad eos ꝑuenit. ſꝫ ꝑ carnalē originē. ita etiā ꝑ ſpiritualē regenerationē a xp̄o in eos grā deriuat᷑. Et eadem ratio ē de furioſis ⁊ amentib᷒ qui nunqꝫ vſum liberi arbitrij habuerunt. ſed ſi quis aliq̄n̄ habuit vſum liberi arbitrij ⁊ poſtmodū eo careat vel ꝑ infirmitatē vel ꝑ ſomnū nō ꝯſequit᷑ gratiā iuſtificantē ꝑ baptiſmū exteri⁹ adhibitum aut ꝑ aliqḋ aliud ſacramentuꝫ. niſi prius habuerit ſacramentū ī ꝓpoſito. qḋ ſine vſu liberi arbitrij non ꝯtingit. et hoc modo ille de q̄ loquit᷑ Aug⁹ renatus fuit. q2 ⁊ pri⁹ ⁊ poſtea baptiſmū acceptauit. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ etiā Salomon dormiendo nō meruit ſapientiā nec accepit. ſꝫ in ſomno declaratuꝫ eſt ei ꝙ ꝓpter p̄cedens deſideriū ei a deo ſapientia infunderet᷑. vn̄ ex eius perſona dr̄ Sap. vij. Optaui ⁊ datus ē mihi ſenſus. Vel pōt dici ꝙ ille ſomnus non fuit naturalis. ſꝫ ſomnus ꝓphetie. ſm̄ ꝙ dr̄ Numeri. xij. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dn̄i ꝑ ſomnū aut in viſione loquar ad eū. In q̄ caſu aliquis vſum liberi arbitrij habet. Et tn̄ ſciendū ē ꝙ nō eſt eadē ratio de dono ſapiētie ⁊ de dono gratie iuſtificātis. nam donū gratie iuſtificātis p̄cipue ordinat hoīem ad bonū. qḋ eſt obiectuꝫ volūtatis. ⁊ ideo ad ipm̄ mouet᷑ homo ꝑ motum voluntatis. qui ē motus liberi arbitrij. ſed ſapiētia ꝑficit intellectū qui p̄cedit voluntatē. vnde abſqꝫ cōpleto motu liberi arbitrij pōt intellectus dono ſapientie illuminari. ſicut etiā videm⁹ in dormiendo aliqua hoīb᷒ reuelantur. ſicut dr̄ Job. xxxiij. Quādo irruit ſopor ſup hoīes ⁊ dormiūt in lectulo. tūc apit aures viroꝝ ⁊ erudiēs eos inſtruit diſciplina. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ī infuſione grē iuſtificātis eſt quedā trāſmutatio aīe hūane. et ideo requirit᷑ mot⁹ ꝓpri⁹

anime hūane vt aīa moueat̃ ſm modū ſuū. ſ; cōſeruatio
gr̄e ē abſq; trāſmutatiōe. vn̄ non requirit̃ aliquis motus
ex pte aīe. ſed ſola ꝯtinuatio influxus diuini.

## Ad quartum ſic procedit̃r

Videt̃ ꝙ ad iuſtificationē impij nō requirat̃ mot⁹ fidei.
Sicut enī ꝑ fidē iuſtificat̃ hō. ita etiā ⁊ ꝑ q̄dā alia. ſ. ꝑ ti/
morē. de quo dr̄ Eccl. j. Timor dn̄i expellit peccatū nā q̄
ſine timore ē nō poterit iuſtificari. ⁊ iterū ꝑ charitatē. ſm il
lud Luc. vij. Dimiſſa ſūt ei peccata multa q̄m dilexit mul
tum. ⁊ iterū ꝑ hūilitatē. ſm illud Jac. iiij. De⁹ ſupbis re/
ſiſtit. humilib⁹ aūt dat grām. ⁊ iterū ꝑ miſericordiā. ſm
illud Prouer. xv. Per miſericordiā ⁊ fidē purgāt̃ pecca
ta. Nō ergo magis mot⁹ fidei requirit̃ ad iuſtificationem
impij q̄ mot⁹ p̄dictaꝝ virtutū. ¶ Preterea act⁹ fidei non re/
quirit̃ ad iuſtificationē niſi inq̄tū ꝑ fidem hō cognoſcit
deū. ſ; etiā alijs modis pōt hō deū cognoſcere. ſ. ꝑ cogni/
tionē naturalē et ꝑ donū ſapiētie. ergo nō requirit̃ act⁹ fidei
ad iuſtificationē impij. ¶ Preterea diuerſi ſunt articuli fidei
ſi igit̃ act⁹ fidei requirat̃ ad iuſtificationē impij. videt̃ ꝙ
oporteret hoīem q̄n primo iuſtificat̃ d̄ oib⁹ articulis fidei co
gitare. ſ; hoc videt̃ icōueniēs cū talis cogitatio lōgā tp̄is
morā requirat. ergo videt̃ ꝙ act⁹ fidei nō requirat̃ ad iuſtifi
catione impij. ¶ Sed cōtra ē qd̄ dr̄ Roma. v. Juſtificati
igit̃ ex fide pacē habeam⁹ ad deū. ¶ Rn̄. dōm ꝙ ſicut dictū
ē. mot⁹ liberi arbitrij requirit̃ ad iuſtificationē impij ſm
ꝙ mēs hoīs mouet̃ a deo. De⁹ aūt mouet aīaꝫ hoīs con/
uertēdo eā ad ſeipm̄. vt dr̄ in p̄s ſm aliā lr̄am. Deus tu
ꝯuertēs viuificabis nos. ⁊ ideo ad iuſtificationē impij re
quirit̃ mot⁹ mētis q̄ ꝯuertit̃ in deū. Prima aūt ꝯuerſio ī
deū. fit ꝑ fidē. ſm illud ad Heb. xi. Accedētē ad deū opor
tet credere q2 ē. ⁊ ideo mot⁹ fidei requiritur ad iuſtificati
onē impij. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ mot⁹ fidei nō ē ꝑfectus niſi
ſit charitate informat⁹. vn̄ ſimul ī iuſtificatiōe impij cum
motu fidei ē etiā mot⁹ charitatis. mouet̃ autē liberū arbi/
triū in deū ad hoc ꝙ ei ſe ſubijciat. vn̄ etiā ꝯcurrit actus ti
moris filialis ⁊ actus hūilitatis. Cōtingit enī vnū ⁊ eun/
dem actū liberi arbitrij diuerſaꝝ virtutum eſſe ſm ꝙ vna
imperat ⁊ alia imperat̃. put. ſ. act⁹ ē ordinabilis ad diuerſos
fines. Actus aūt miſericordie opat̃ circa peccatū ꝑ modū
ſatiſfactiōis. ⁊ ſic ſequit̃ iuſtificationē. vel ꝑ modū p̄para
tionis inq̄tū miſericordes miſericordiā ꝯſequūtur. ⁊ ſic
etiā pōt p̄cedere iuſtificationē. vel etiā ad iuſtificationeꝫ
ꝯcurrere ſimul cū p̄dictis virtutib⁹ ſm ꝙ miſericordia ī/
cludit̃ in dilectiōe primi. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ ꝑ cognitionē
naturalē hō nō ꝯuertit̃ ī deū q̄tū ē obiectū beatitudinis
⁊ iuſtificatiōis cauſa. vn̄ t'lis cognitio nō ſufficit ad iuſti
ficationē. donū aūt ſapiētie p̄ſupponit cognitioneꝫ fidei.
vt ex ſup dictis ꝑ3. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ſicut Apl's dic̄ ad
Roma. iiij. Credēti ī eū q̄ iuſtificat impiū reputabitur fi/
des ei⁹ ad iuſticiā ſm ꝓpoſitū gr̄e dei. Ex q̄ ꝑ3 ꝙ ī iuſtifica
tione impij requirit̃ act⁹ fidei q̄tum ad hoc ꝙ homo credat
deū eſſe iuſtificatorē hoīuꝫ ꝑ myſterium xp̄i.

## Ad quintum ſic ꝓceditur.

Videt̃ ꝙ ad iuſtificationeꝫ impij nō requirat̃ mot⁹ liberi
arbitrij in peccatū. Sola enī charitas ſufficit ad deletati/
onem peccati. ſm illud Prouer. x. Uniuerſa delicta opit
charitas. ſ; charitatis obiectū nō ē peccatuꝫ. ergo non re/
quirit̃ ad iuſtificationē impij mot⁹ liberi arbitrij in pecca
tum. ¶ Preterea qui ī anteriora tēdit ad poſteriora reſpicere
non debet. ſm illud Apl'i ad Phil. iij. Que quidē retro
ſunt obliuiſcēs. ad ea vero q̄ ſunt priora extēdens meipm
ad deſtinatū ꝓſequor brauiū ſupne vocatiōis. ſ; tēdenti ī
iuſticiā retrorſum ſunt peccata pterita. ergo eoꝝ debet obliuiſ
ci. nec in ea ſe debet extendere per motum liberi arbitrij.
¶ Preterea in iuſtificatione impij nō remittit̃ vnū peccatum
ſine alio. impiū enī eſt a deo dimidiā ſperare veniā. ſi igi
tur in iuſtificatione impij oporteret liberū arbitriū moue/
ri ꝯtra peccatū. oporteret ꝙ de omnib⁹ peccatis ſuis cogi/
taret. qd̄ videt̃ incōueniens. tum q2 requireret̃ magnū tē
pus ad hm̄oi cogitationē. tū etiā q2 peccatoꝝ quoꝝ ē ho/
mo oblitus veniā habere nō poſſet. ergo mot⁹ liberi arbitrij
in peccatū nō requirit̃ ad iuſtificationem impij. ¶ Sed
ꝯtra ē qd̄ dr̄ in p̄s. Dixi cōfitebor aduerſum me iniuſtici
am meā dn̄o. ⁊ tu remiſiſti impietatē peccati mei. ¶ Rn̄.
dōm ꝙ ſicut ſupra dictū. iuſtificatio impij ē quidā mot⁹
quo humana mens mouet̃ a deo a ſtatu peccati in ſtatum
iuſticie. oportet igit̃ ꝙ hūana mēs ſe habeat ad vtrūq; ex
tremoꝝ ſm motuꝫ liberi arbitrij. ſicut ſe habet corpus lo
caliter motū ab aliq̄ mouēte ad duos terminos mot⁹. ma/
nifeſtū eſt aūt in motu locali corpoꝝ ꝙ corpus motū re
cedit a termino a q̄ ⁊ accedit ad terminū ad quē. vn̄ opor/
tet ꝙ mens hūana dū iuſtificat̃ ꝑ motū liberi arbitrij re/
cedat a peccato ⁊ accedat ad iuſticiā. receſſus aūt ⁊ acceſ/
ſus ī motu liberi arbitrij accipit̃ ſm deteſtationē ⁊ deſide
riū. Dicit enī Aug⁹ ſup Job. exponens illud. Mercēna
rius aūt fugit. affectiōes nře motus aīaꝝ ſunt leticia ani/
mi diffuſio. triſticia animi fuga ē. ꝓgredeꝛis animo cum
appetis. fugis aīo cū metuis. Oportet igit̃ ꝙ in iuſtifica/
tione impij ſit motus liberi arbitrij duplex. Unus q̄ ꝑ de
ſideriū tēdat ī dei iuſticiā. ⁊ alius q̄ deteſtet̃ peccatū. ¶ Ad
j. ergo dōm ꝙ ad eandē virtutē ꝑtinet ꝓſequi vnū oppoſito
rū ⁊ refugere illud. ⁊ ideo ſicut ad charitatē ꝑtinet diligere
deū. ita etiā deteſtari peccata ꝑ q̄ aīa ſepat̃ a deo. ¶ Ad. ij.
dōm ꝙ ad poſteriora nō debet hō regredi ꝑ amorē. ſ; q̄tuꝫ
ad hoc debet ea obliuiſci vt ad ea nō afficiat̃. debet tn̄ eoꝝ
recordari ꝑ ꝯſiderationē vt ea deteſtet̃. ſic enī ab eis rece/
dit. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ in tp̄e p̄cedēte iuſtificationē opor/
tet ꝙ hō ſingula peccata q̄ cōmiſit deteſtet̃ q̄ꝝ memoriam
habet. ⁊ ex tali ꝯſideratione p̄cedēti ſubſequit̃ in aīa qui/
dam motus deteſtātis vniuerſaliter oīa peccata cōmiſſa.
inter q̄ etiā includūt̃ peccata obliuioni tradita. q2 hō ī ſtatu
illo ē ſic diſpoſit⁹. vt etiā de his q̄ nō meminit ꝯtereret̃ ſi
memorie adeſſent. ⁊ iſte mot⁹ ꝯcurrit ad iuſtificationeꝫ.

## Ad ſextuꝫ ſic procedit̃r

Videt̃ ꝙ remiſſio peccatoꝝ nō debeat numerari inter ea q̄
requirunt̃ ad iuſtificationē impij. Subſtātia enī rei non
ꝯnumerat̃ his q̄ ad rem requirunt̃. ſicut hō nō debet ꝯnu
merari aīe ⁊ corpi. ſ; ipſa iuſtificatio impij ē remiſſio pec/
catoꝝ vt dictū eſt. ergo remiſſio peccatoꝝ nō debet cōputa
ri inter ea q̄ ad iuſtificationē impij requirunt̃. ¶ Preterea idē
ē gratie infuſio ⁊ culpe remiſſio. ſicut idē ē illuminatio et
tenebraꝝ expulſio. ſ; idem nō debet cōnumerari ſibiipſi.
vnū enī multitudini opponit̃. ergo nō debet culpe remiſ/
ſio cōnumerari infuſioni gr̄e. ¶ Preterea remiſſio peccatorū
ꝯſequitur ad motū liberi arbitrij in deū ⁊ in peccatū ſicut
effectus ad cauſam. ꝑ fidē enī ⁊ cōtritionē remittūt̃ pec
cata. ſ; effectus nō debet cōnumerari ſue cauſe. q2 ea que
cōnumerant̃ quaſi ad inuicē cōdiuiſa ſunt ſimul natura.
ergo remiſſio culpe nō debet cōnumerari alijs q̄ requirūt̃
ad iuſtificationē impij. ¶ Sed ꝯtra ē ꝙ in enumeratiōe
eoꝝ que requirunt̃ ad rem non debet pretermitti finis qui

eſt potiſſimū in vnoquoq3. ſ3 remiſſio pctōꝝ ē finis in iuſtificatiōe impij. Dicit̄ enī Eſa. xxvij. Iſte ē oīs fructus aut auferat̄ peccatū eius. ergo remiſſio pctōꝝ debet ꝯnumerari iter ea q̄ requirūt̄ ad iuſtificationē īpij. ¶ Rñ. dōm ꝙ q̄ttuoꝛ enumerāt̄ q̄ requirūt̄ ad iuſtificationē impij .ſ. grē infuſio. motus liberi arbitrij in deū ꝑ fidez. ⁊ motus liberi arbitrij in peccatū. ⁊ remiſſio culpe. Cuius ratio eſt q2 ſicut dictū ē. iuſtificatio ē quidā motus q̄ aīa mouet̄ a deo a ſtatu culpe in ſtatu3 iuſticie. in quolibet aūt motu q̄ aliquid ab altero mouet̄ tria requirunt̄. Primo quidem motio ipius mouentis. ſcdō motus mobilis. ⁊ tertio conſummatio motus ſiue ꝑuentio ad finē. Ex pte igit̄ motionis diuine accipit̄ grē infuſio. ex parte vero liberi arbitrij moti accipiūtur duo motus ipius ſm receſſum a termio a q̄ ⁊ acceſſum ad terminū ad quē. Cōſūmatio aūt ſiue ꝑuentio ad terminū hui9 motus importat̄ ꝑ remiſſionem culpe. in hoc enī iuſtificatio ꝯſūmat̄. ¶ Ad .j. ḡ dōm ꝙ iuſtificatio impij dr̄ eē ipa remiſſio peccatoꝝ ſm ꝙ oīs motus accipit ſpeciē a termino. ⁊ tñ ad terminū ꝯſequendū multa alia requirūt̄. vt ex ſupra dictis pꝫ. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ grē infuſio ⁊ remiſſio culpe dupliciter conſiderari poſſunt. Uno modo ſm ipam ſubſtātiā actus. et ſic idē ſunt. eodem enī actu deus ⁊ largit̄ grā3 ⁊ remittit culpā. Alio modo poſſunt cōſiderari ex pte obiectoꝝ. ⁊ ſic differūt ſm differentia3 culpe. que tollit̄ ⁊ gratie que infundit̄. ſicut etiā in rebus naturalib9 generatio ⁊ coꝛruptio differunt. q̄uis generatio vni9 ſit coꝛruptio alteri9. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ iſta nō ē ꝯnumeratio ſm diuiſionē generis in ſpecies. in q̄ opoꝛtet ꝙ cōnumerata ſint ſimul. ſ3 ſm differētiam eoꝝ q̄ requirunt̄ ad cōpletionē alicui9. in q̄ quidē enumeratione aliquid poteſt eē prius ⁊ aliquid poſterius. quia principioꝛum et ꝑtiū rei compoſite poteſt eē aliquid alio prius.

## Ad ſeptimu3 ſic procedit

Uidet̄ ꝙ iuſtificatio impij nō fiat ī inſtāti. ſ3 ſucceſſiue. q2 vt dictū ē. ad iuſtificationem impij requirit̄ motus liberi arbitrij. Actus enī liberi arbitrij ē eligere. qui ꝑexigit deliberationē ꝯſilij vt dictū ē. Cū igit̄ deliberatio diſcurſum quēdā impoꝛtet qui ſucceſſionē quādā habet. videt̄ ꝙ iuſtificatio impij ſit ſucceſſiua. ¶ Pre. motus liberi arbitrij nō eſt abſq3 actuali ꝯſideratiōe. ſ3 impoſſibile eſt ſimul multa itelligere ī actu. vt ī primo dictū ē. cu3 igit̄ ad iuſtificationē impij requirat̄ motus liberi arbitrij in diuerſa ſc3 in deū ⁊ in peccatū. videt̄ ꝙ iuſtificatio īpij nō poſſit eē ī inſtāti. ¶ Pre. forma q̄ ſuſcipit magis et min9 ſucceſſiue recipit̄ in ſubiecto. ſicut pꝫ de albedine ⁊ nigredine. ſ3 gratia ſuſcipit magis ⁊ minus. vt ſup̄ dictū eſt. ḡ nō recipit̄ ſubito in ſubiecto. cū igit̄ ad iuſtificationē impij requirat̄ grē infuſio. videt̄ ꝙ iuſtificatio impij nō poſſit eē in inſtāti. ¶ Pre. mot9 liberi arbitrij qui ad iuſtificationē impij ꝯcurrit ē meritoꝛi9. ita ⁊ opoꝛtet ꝙ ꝑcedat a grā. ſine q̄ nullū ē meritū. vt infra dicet̄. ſ3 pri9 ē aliquid cōſequi formā q̄3 ſm forma3 opari. ḡ prius infundit̄ grā ⁊ poſtea liberū arbitriū mouet̄ in deū ⁊ in deteſtationem peccati. nō ḡ iuſtificatio ē tota ſimul. ¶ Pre. ſi grā infundatur aīe opoꝛtet dare aliqd̄ inſtās in q̄ primo aīe inſit. ſimiliter ſi culpa remittit̄ opoꝛtet vltimū inſtans dare in q̄ hō culpe ſubiacet. ſ3 non pōt eē idē inſtans. q2 ſic oppoſita ſimul ineſſent eidē. ḡ opoꝛtet eē duo inſtātia ſibi ſuccedētia. inter q̄ ſm phꝫ in .vj. phiſicoꝝ. opoꝛtet eē tp̄s mediū. nō ḡ iuſtificatio fit tota ſimul ſ3 ſucceſſiue. ¶ Sed 3̄

ē ꝙ iuſtificatio impij fit ꝑ grā3 ſpūſſancti iuſtificātis. ſed ſpūſſancti9 ſubito aduenit mētibus hoīu3. ſm illud Act. ij. Factus ē repēte de celo ſonus tanq3 aduenientis ſpūs vehemētis. vbi dicit gloſa ꝙ neſcit tarda molimina ſpūſ ſancti grā. ergo iuſtificatio impij nō ē ſucceſſiua. ſ3 inſtātanea. ¶ Rñ. dōm ꝙ tota iuſtificatio impij originaliter ꝯſiſtit ī grē infuſione. Per eā enī ⁊ liberū arbitrium mouetur ⁊ culpa remittitur. grē aūt infuſio fit ī inſtāti abſq3 ſucceſſione. Cuius ratio ē. q2 ꝙ aliqua forma non ſubito inprimat̄ ſubiecto. cōtingit ex hoc ꝙ ſubiectū nō ē diſpoſitum. ⁊ agens indiget tp̄e ad hoc ꝙ ſubiectu3 diſponat. et ideo videmus ꝙ ſtatim cū materia ē diſpoſita ꝑ alterationem p̄cedentē forma ſubſtātialis acquiritur materie. ⁊ eadem rōne. q2 diaphanū eſt ſm ſe diſpoſitum ad lumē recipiendum. ſubito illuminatur a coꝛpe lucido in actu. Dictum ē autem ſupra ꝙ deus ad hoc ꝙ gratia3 infundat aīe non requirit aliquā diſpoſitionē niſi quā ipe facit. Facit autem hmōi diſpoſitionē ſufficiētem ad ſuſceptionem gratie. qñq3 quidē ſubito. quandoq3 aūt paulatim et ſucceſſiue. vt ſupra dictū ē. ꝙ enī agēs naturale nō ſubito poſſit diſponere materiā ꝯtingit ex hoc ꝙ eſt aliq̄ ꝓpoꝛtio eius qd̄ ī materia reſiſtit ad virtutē agētis. ⁊ ꝓpter hoc videm9 ꝙ quāto virtus agētis fuerit foꝛtioꝛ tāto materia citius diſponit̄. Cum igit̄ virtus diuina ſit in infinita. pt̄ q̄ramcūq3 materiā creatam ſubito diſponere ad forma3 & multo magis liberum arbitrium hominis cuius mot9 pōt eſſe inſtātaneus ſm naturā. ſic igitur iuſtificatio impij fit a deo in inſtāti. ¶ Ad .j. ergo dōm ꝙ motus liberi arbitrij qui cōcurrit ad iuſtificationem impij ē cōſenſus ad deteſtandū peccatū ⁊ ad accedendum ad deū. qui quidem conſenſus ſubito fit. Contingit autē qñq3 ꝙ p̄cedit aliqua deliberatio q̄ nō eſt de ſubſtātia iuſtificatiōis. ſed via in iuſtificationē. ſicut motus localis eſt via ad illuminationē ⁊ alteratio ad generationē3. ¶ Ad .ij. dōm ꝙ ſicut in primo dictum ē. nihil ꝓhibet duo ſimul itelligere actu ſm ꝙ ſunt quodāmodo vnū. ſicut ſimul itelligim9 ſubiectū ⁊ p̄dicatū inq̄ntū vniūtur ī oꝛdine affirmationis vni9. ⁊ ꝑ eūdē modū liberū arbitriū pōt ī duo ſimul moueri ſm ꝙ vnū oꝛdinat̄ ī aliud. motus aūt liberi arbitrij in peccatū oꝛdinat̄ ad motū liberi arbitrij in deum. ꝓpter hoc enī hō deteſtat̄ pctm̄ q2 ē ꝯtra deū cui vult adherere ⁊ ideo liberū arbitriū ī iuſtificatiōe impij ſimul deteſtat̄ peccatū ⁊ ꝯuertit ſe ad deū. ſicut etiā coꝛp9 ſimul recedendo ab vno loco accedit ad aliū. ¶ Ad .iij. dōm ꝙ non ē ratio q̄re forma ſubito ī materia nō recipiatur. q2 magis ⁊ min9 p̄t ineſſe. ſic enī lumē non ſubito recipet̄ in aere qui p̄t magis ⁊ min9 illuminari. ſed ratio ē accipiēda ex parte diſpoſitionis materie vel ſubiecti. vt dictū eſt. ¶ Ad .iiij. dōm ꝙ ī eodē inſtāti in q̄ forma acq̄rit̄ incipit res opari ſm formā ſicut ignis ſtatim cū ē generat9 mouet̄ ſurſum ⁊ ſi mot9 eius eſſet inſtantaneus in eodē inſtāti compleretur. motus autem liberi arbitrij qui eſt velle nō ē ſucceſſiuus. ſed inſtantaneus. ⁊ ideo non opoꝛtet ꝙ iuſtificatio impij ſit ſucceſſiua. ¶ Ad .v. dōm ꝙ ſucceſſio duoꝛu3 oppoſitoꝛum in eodem ſubiecto aliter eſt conſideranda in his que ſubiacent tempoꝛi ⁊ aliter in his q̄ ſunt ſup̄ tp̄s. In his enī que ſubiacēt tēpoꝛi nō ē dare vltimū inſtās ī quo forma prioꝛ ſubiecto ineſt. ē autē dare vltimū tp̄s ⁊ primū inſtās ī q̄ forma ſubſequēs ineſt materie vl' ſubiecto. Cui9 ratio ē. q2 in tempoꝛe nō pōt accipi ante vnum inſtans aliud inſtans p̄cedēs īmediate eo ꝙ inſtantia non conſequēter ſe habeant in tempoꝛe. ſicut nec puncta

in linea. vt ꝓbat̃ in. vj. phiſicoꝝ. ſꝫ tꝑs terminatur ad inſtãs. ꝛ ideo in toto tꝑe ꝑcedẽti q̄ aliquid mouet̃ ad vnã formã ſubeſt forme oppoſite. ꝛ ĩ vltimo inſtanti illius tẽporis qḋ ẽ primũ inſtans ſequẽtis tꝑis. hꝫ formã que eſt terminꝰ motus. Sꝫ in his q̄ ſunt ſupra tꝑs aliter ſe habet. ſi qua enĩ ſucceſſio ſit ibi affectuũ vel intellectualium ↄceptionũ. puta in angelis. talis ſucceſſio nõ mẽſuratur tꝑe ↄtinuo. ſꝫ tꝑe diſcreto. ſicut ꝛ ipſa q̄ mẽſurant̃ nõ ſunt ↄtinua vt in primo habitũ eſt. vñ in talibꝰ ẽ dandũ vltimum inſtãs in q̄ primũ fuit. ꝛ primũ inſtãs in quo ẽ id qḋ ſequit̃. nec oportet eſſe tꝑs mediũ. q2 non ẽ ibi ↄtinuitas tẽporis q̄ hoc requirebat. mẽs aũt hũana q̄ iuſtificat̃ ſm ſe quidẽ ẽ ſup tꝑs. ſꝫ ꝑ accidẽs ſubdit̃ tẽpori inq̃tũ ſcꝫ intelligit cũ ↄtinuo ꝛ tꝑe ſm fantaſmata ĩ quibꝰ ſpecies itelligibiles ↄſiderat. vt in primo dictũ ẽ. ꝛ ideo iudicandũ ẽ ſm hoc de eius mutatiõe ſm cõditionẽ motuũ tẽporaliũ. vt ſcꝫ dicamꝰ ꝙ nõ ẽ dare vltimũ inſtans ĩ quo culpa infuit. ſꝫ vltimũ tꝑs. ẽ aũt dare primũ inſtans ĩ q̄ gr̃a ineſt. in toto aũt tꝑe ꝑcedẽti inerat culpa.

## Ad octauum ſic procedit̃

Videt̃ ꝙ gr̃e infuſio nõ ſit prima ordine nature inter ea q̄ requirunt̃ ad iuſtificationẽ impij. Prius enĩ ẽ recedere a malo q̄ꝫ accedere ad bonum. ſm illud pſ. Declina a malo ꝛ fac bonũ. ſꝫ remiſſio culpe ꝑtinet ad receſſuꝫ a malo. infuſio aũt gr̃e ꝑtinet ad ꝓſecutionẽ boni. ergo naturaliter prius ẽ remiſſio culpe q̄ꝫ infuſio gr̃e. ¶ Pre. diſpoſitio ꝑcedit naturaliter formã ad quaꝫ diſponit. ſꝫ motus liberi arbitrij ẽ quedã diſpoſitio ad ſuſceptionẽ gr̃e. ergo naturaliter ꝑcedit infuſionẽ gr̃e. ¶ Pre. peccatũ impedit aĩam ne libere tẽdat in deũ. ſed prius eſt remouere id qḋ ꝓhibet motuꝫ q̄ꝫ motus ſequat̃. ergo prius ẽ naturaliter remiſſio culpe ꝛ motus liberi arbitrij in peccatũ q̄ꝫ motus liberi arbitrij ĩ deũ ꝛ q̄ꝫ infuſio gr̃e. ¶ Sꝫ cõtra. cauſa eſt prior naturaliter ſuo effectu. ſꝫ gr̃e infuſio cauſa eſt oĩuꝫ alioꝝ q̄ requirunt̃ ad iuſtificationẽ impij. vt ſupra dictũ eſt. ergo ẽ naturaliter prior. ¶ Rñ. dõm ꝙ ꝑdicta q̃tuor que requirũt̃ ad iuſtificationẽ impij tꝑe quidẽ ſunt ſimul. q2 iuſtificatio impij non ẽ ſucceſſiua. vt dictũ ẽ. ſed ordine nature vnũ eoꝝ eſt prius altero. ꝛ ĩter ea naturali ordine primũ eſt gr̃e infuſio. ſcḋm motus liberi arbitrij ĩ deũ. tertiũ ẽ motus liberi arbitrij in peccatũ. quartũ vero ẽ remiſſio culpe. Cuius ratio ẽ. q2 in q̄libet motu naturaliter primũ ẽ motio ipſius mouẽtis. ſcḋm aũt eſt diſpoſitio materie ſiue motus ipſiꝰ mobilis. vltimuꝫ vero ẽ finis vel terminꝰ motus ad quẽ terminat̃ motio mouẽtis. ipſa igit̃ dei mouẽtis motio ẽ gr̃e infuſio. vt dictũ eſt ſup̄. motus aũt vel diſpoſitio mobilis ẽ quidẽ duplex motus liberi arbitrij. terminus autẽ vel finis motus ẽ remiſſio culpe vt ex ſupra dictis pꝫ. ꝛ ideo naturali ordine primuꝫ ĩ iuſtificatione impij ẽ gratie infuſio. ſcḋm ẽ motus liberi arbitrij in deũ. tertiũ vero ẽ motus liberi arbitrij ĩ peccatuꝫ. Propter hoc enĩ ille qui iuſtificat̃ deteſtat̃ peccatũ. q2 eſt ↄtra deũ. vñ motus liberi arbitrij ĩ deuꝫ ꝑcedit naturaliter motũ liberi arbitrij in peccatũ cũ ſit cauſa ꝛ ratio eius quartũ vero ꝛ vltimũ ẽ remiſſio culpe ad quam tota iſta trãſmutatio ordinat̃ ſicut ad finẽ. vt dictũ eſt. ¶ Ad. j. ergo dõm ꝙ receſſus a termino ꝛ acceſſus ad terminum dupliciter ↄſiderari põt. Vno mõ ex ꝑte mobilis. ꝛ ſic naturaliter receſſus a termino ꝑcedit acceſſum ad terminum. prius enĩ eſt ĩ ſubiecto mobili oppoſitũ qḋ abijcit̃. ꝛ poſtmodũ ẽ id qḋ ꝑ motũ aſſequit̃ mobile. Sed ex ꝑte agentis ẽ ecõuerſo. agens enĩ ꝑ formã que ĩ eo ꝑexiſtit agit ad remouẽdũ ↄtrariũ. ſicut ſol ꝑ ſuam lucẽ agit ad remouẽdũ tenebras. ꝛ ideo ex ꝑte ſolis prius eſt illuminare q̄ꝫ tenebras remouere. ex ꝑte autẽ aeris illuminãdi prius eſt purgari a tenebris q̄ꝫ cõſequi lumẽ ordine nature. ſꝫ vtrũq̄ꝫ ſit ſimul tempore. Et quia infuſio gr̃e ꝛ remiſſio culpe dicunt̃ ex ꝑte dei iuſtificãtis. ideo ordine nature prior eſt gr̃e infuſio q̄ꝫ culpe remiſſio. Sꝫ ſi ſumant̃ ea q̄ ſunt ex ꝑte hoĩs iuſtificati eſt ecõuerſo. nã prius ẽ ordine nature liberatio a culpa q̄ꝫ cõſecutio gratie iuſtificãtis. Vel poteſt dici ꝙ termini iuſtificatiõis ſunt culpa ſicut a quo et iuſticia ſicut ad quẽ. gratia vero ẽ cauſa ꝛ remiſſionis culpe ꝛ adeptionis iuſticie. ¶ Ad. ij. dõm ꝙ diſpoſitio ſubiecti ꝑcedit ſuſceptionẽ forme ordine nature. ſequit̃ tñ actionem agẽtis ꝑ quã etiã ipſm ſubiectũ diſponitur. ꝛ ideo motus liberi arbitrij nature ordine ꝑcedit cõſecutionem gr̃e. ſequit̃ aũt gratie infuſionem. ¶ Ad. iij. dõm ꝙ ſicut phũs dicit in. ij. phiſicoꝝ. in motibus animi oĩno ꝑcedit motꝰ in principiũ ſpeculationis vel in finẽ actionis. ſꝫ in exterioribꝰ motibus remotio impedimẽti ꝑcedit aſſecutionem finis. ꝛ q2 motus liberi arbitrij ẽ motus animi prius nature ordine mouet̃ in deum ſicut in finem q̄ꝫ ad remouendũ impedimentum peccati.

## Ad nonuꝫ ſic proceditur

Videtur ꝙ iuſtificatio impij nõ ſit maximum opus dei. Per iuſtificationẽ enĩ impij ↄſequit̃ aliquis gr̃am vie. ſꝫ ꝑ glorificationẽ ↄſequit̃ aliquis gr̃aꝫ patrie q̄ maior ẽ ergo glorificatio angeloꝝ vel hoĩuꝫ eſt maius opus q̄ꝫ iuſtificatio impij. ¶ Pre. iuſtificatio impij ordinat̃ ad bonum ꝑticulare vnius hoĩs. ſꝫ bonũ vniuerſi eſt maius q̄ꝫ bonũ vnius hoĩs. vt pꝫ in primo ethi. ergo maius opus ẽ creatio celi ꝛ terre q̄ꝫ iuſtificatio impij. ¶ Pre. maius ẽ ex nihilo aliq̄d facere ꝛ vbi nihil cooꝑatur agenti q̄ꝫ ex aliq̄ facere aliq̄d cũ aliq̄ cooꝑatiõe patiẽtis. ſꝫ in oꝑe creationis ex nihilo fit aliq̄d. vñ nihil põt cooꝑari agẽti. ſed ĩ iuſtificatiõe impij deꝰ ex aliq̄ aliq̄d facit. i. ex impio iuſtũ ꝛ ẽ ibi aliq̄ cooꝑatio ex ꝑte hoĩs. q2 ẽ ibi motꝰ liberi arbitrij vt dictũ ẽ. g̃ iuſtificatio impij nõ ẽ maximũ opus dei ¶ Sꝫ ↄtra ẽ qḋ ĩ pſ dr̃. Miſeratiões eiꝰ ſup oĩa opa eiꝰ. ꝛ ĩ collecta dr̃. Deus q̄ omnipotẽtiã tuã parcendo maxime ꝛ miſerãdo manifeſtas. ꝛ Augꝰ dicit exponẽs illud Joh. xiiij. Maiora horũ faciet. qḋ maius opus eſt vt ex impio iuſtꝰ fiat q̄ꝫ creare celũ ꝛ terraꝫ. ¶ Rñ. dõm ꝙ opꝰ aliqḋ põt dici magnũ dupliciter. Vno mõ ex ꝑte modi agẽdi. ꝛ ſic maximũ opus ẽ creationis in q̄ ex nihilo fit aliq̄d. Alio mõ põt dici opꝰ magnũ ꝓpter magnitudinẽ eiꝰ qḋ fit. ꝛ ſm hoc maius opus ẽ iuſtificatio impij q̄ terminat̃ ad bonũ eternũ diuine ꝑticipatiõis q̄ꝫ creatio celi ꝛ terre q̄ terminat̃ ad bonũ nature mutabilis. ꝛ ideo Augꝰ cũ dixiſſet ꝙ magis ẽ ꝙ ex impio fiat iuſtus q̄ꝫ creare celũ ꝛ terrã. ſubiũgit. Celũ enĩ ꝛ terra trãſibũt. ꝑdeſtinatoꝝ aũt ſalus et iuſtificatio ꝑmanebit. Sed ſciendũ ẽ ꝙ aliq̄d magnum dr̃ dupliciter. Vno mõ ſm quãtitatẽ abſolutã. et hoc mõ donũ glie ẽ maius q̄ꝫ donũ gr̃e iuſtificãtis impiũ. et ſm hoc glorificatio iuſtoꝝ ẽ maiꝰ opus q̄ꝫ iuſtificatio impij. Alio mõ dr̃ aliq̄d magnum q̃titate ꝓportionis. ſicut dr̃ mons paruus ꝛ milium magnũ. ꝛ hoc mõ donũ gr̃e impium iuſtificãtis ẽ maius q̄ꝫ donũ glie beatificãtis iuſtũ. q2 plus excedit donũ gr̃e dignitatẽ impij qui erat dignꝰ pena. q̄ꝫ donum glie dignitatem iuſti. qui ex hoc ipſo ꝙ eſt iuſtificatus. eſt dignus glie. ꝛ ideo Auguſ. dicit ibidem

Iudicet qui pōt vtrū maius ſit iuſtos angelos creare ꝗ̄ impios iuſtificare. certe ſi eq̄lis ē vtrūq̃ potētie. hoc maioris ē miſericordie. Et ꝑ hoc ꝑꝫ rñſio ad p̄mū. ¶ Ad ij. dōm ꝙ bonū vniuerſi ē maius ꝗ̄ bonū ꝑticulare vnius ſi accipiaſ vtrūq̃ in eodē genere. ſꝫ bonū grē vni⁹ maius ē ꝗ̄ bonū nature toti⁹ vniuerſi. ¶ Ad. iij. dōm ꝙ ratio illa ꝓcedit ex ꝑte modi agendi. ſm̄ quē creatio ē maximum opus dei.

## Ad decimū ſic ꝓceditur.

Videſ ꝙ iuſtificatio ſit opus miraculoſum. Opa enī miraculoſa ſunt maiora nō miraculoſis. ſꝫ iuſtificatio impij ē maius op⁹ ꝗ̄ alia opa miraculoſa. vt ꝑꝫ ꝑ Auguſ. ī auctoritate inducta. ergo iuſtificatio impij ē opus miraculoſum. ¶ Pre. mot⁹ volūtatis ita eſt ī aīa ſicut īclinatio naturalis ī reb⁹ naturalibꝫ. ſꝫ qñ de⁹ aliquid opaſ in rebus naturalib⁹ ↄ̄tra inclinationē naſe ē op⁹ miraculoſuꝫ ſicut cū illumīat cecū. vel ſuſcitat mortuū. Volūtas aūt impij tendit ī malū. cū igiſ deus iuſtificādo hoīeꝫ mouet eū in bonum. videſ ꝙ iuſtificatio impij ſit miraculoſa. ¶ Pre. ſicut ſapiētia ē donū dei. ita ⁊ iuſticia. ſꝫ miraculoſum eſt ꝙ aliquis ſubito ſine ſtudio ſapientiā aſſequaſ a deo. ergo miraculoſum ē ꝙ aliquis impi⁹ iuſtificetur a deo. ¶ Sꝫ ↄ̄tra. opa miraculoſa ſunt ſuꝑ potētiā naturalem. ſꝫ iuſtificatio impij nō eſt ſuꝑ potentiā naturalem. Dicit enī Aug⁹ in libro de ꝑdeſtinatione ſanctorū ꝙ poſſe habere fidē ſicut poſſe habere charitatē nature ē hoīuꝫ. habere aūt grē ē fideliū. ergo iuſtificatio impij nō ē miraculoſa. ¶ Rñ. dōm ꝙ in opibꝫ miraculoſis tria ↄ̄ſueuerunt īueniri. quorū vnū eſt ex ꝑte potentie agētis. q̄ ſola diuina virtute fieri poſſunt. ⁊ ideo ſunt ſimpliciter mira quaſi habētia cauſam occultā. vt in p̄mo dictū ē. ⁊ ſm̄ hoc tā iuſtificatio impij ꝗ̄ creatio mundi ⁊ vniuerſaliter omne opus qꝺ a ſolo deo fieri pōt miraculoſum dici pōt. Scdo ī quibuſdā miraculoſis opibꝫ inueniſ ꝙ forma inducta ē ſupra naturalē potētiā talis materie. ſicut ī ſuſcitatione mortui vita ē ſupra naturalē potētiā talis corporis ⁊ ꝗ̄tum ad hoc iuſtificatio impij nō eſt miraculoſa. quia naturaliter aīa ē grē capax. eo enī ipſo ꝙ facta ē ad imaginem dei capax eſt dei ꝑ gratiā. vt Aug⁹ dicit. Tertio modo in opibꝫ miraculoſis īuenitur aliquid ꝑter ſolitum et ↄ̄ſuetū ordinē cauſandi effectū. ſicut cuꝫ aliquis infirm⁹ ſanitatē ꝑfectā aſſequiſ ſubito ꝑter ſolitū curſū ſanatiōis que fit a natura vel arte. ⁊ ꝗ̄tuꝫ ad hoc iuſtificatio impij qñq̃ ē miraculoſa ⁊ qñq̃ non. Eſt enī iſte cōmunis ⁊ ↄ̄ſuetus curſus iuſtificatiōis vt deo mouēte interius aīam homo ↄ̄uertaſ ad deū p̄mo quidē ↄ̄uerſione imꝑfecta ⁊ poſtmodū ad ꝑfectā deueniat. q̄ charitas inchoata meretur augeri vt aucta mereatur ꝑfici. ſicut Aug⁹ dic. Qñq̃ vero tam vehemēter deus aīaꝫ mouet vt ſtatim quādam ꝑfectionē iuſticie aſſequaſ. ſicut fuit in ↄ̄uerſione Pauli. adhibita etiā exterius miraculoſa ꝓſtratiōe. ⁊ ideo conuerſio Pauli tanq̄ miraculoſa ī ecclia cōmemoraſ celebriter. ¶ Ad. j. ergo dōm ꝙ q̄dā miraculoſa opa et ſi ſint minora ꝗ̄ iuſtificatio impij ꝗ̄tū ad bonū qꝺ fit. ſunt tñ ꝑter ↄ̄ſuetū ordinē taliū effectuū. ⁊ ideo plus habent de ratione miraculi. ¶ Ad. ij. dōm ꝙ nō quādocūq̃ res naturalis moueſ ↄ̄tra ſuā īclinationē ē opus miraculoſuꝫ. alioquin miraculoſum eēt ꝙ aqua calefieret vel ꝙ lapis ſurſum ꝓijceref. ſꝫ qñq̃ hoc fit ꝑter ordineꝫ ꝓprie cauſe q̄ nata eſt facere hoc. Iuſtificare autem impium nulla alia cauſa pōt niſi deus. ſicut nec aquā calefacere niſi ignis. ⁊ ideo iuſtificatio impij a deo ꝗ̄tū ad hoc nō ē miraculoſa. ¶ Ad iij. dōm ꝙ ſapientiā ⁊ ſcientiā homo natus eſt acquirere a deo ꝑ ꝓpriuꝫ ingeniū ⁊ ſtudium. ⁊ ideo qñ ꝑter hūc modū hō ſapiēs vel ſciēs efficitur ē miraculoſuꝫ. ſed graꝫ iuſtificātē nō eſt hō natus acq̄rere ꝑ ſuā opationē ſꝫ deo opante. vnde non ē ſimile. ¶ Queſtio CXIIII

## Deinde cōſiderandū.

eſt de merito qꝺ eſt effectus grē coopantis. Et circa hoc querūſ decē. p̄mo vtrum hō poſſit aliq̄d mereri a deo. ſcdo vtrū aliquis ſine grā poſſit mereri vitā eternā. tertio vtrū ꝑ grām poſſit mereri vitā eternam ex cōdigno. quarto vtrū grā ſit principiū merēdi mediante charitate principaliter. quinto vtrū homo poſſit ſibi mereri p̄mā gratiaꝫ. ſexto vtrū homo poſſit eā mereri alij. ſeptimo vtrum poſſit ſibi aliquis mereri reꝑationeꝫ poſt lapſum. octauo vtrū poſſit ſibi aliq̄s mereri augmentū grē vel charitatis. nono vtrū poſſit ſibi mereri finaleꝫ ꝑſeuerantiā. decimo vtrū bona ꝑalia cadant ſub merito.

## Ad primum ſic procediſ.

Videſ ꝙ hō nō poſſit aliquid mereri a deo. Null⁹ enī videſ mercedē mereri ex hoc ꝙ reddit alteri qꝺ debet. ſed ꝑ oīa bona q̄ facimus nō poſſumus ſufficiēter recompēſare deo qꝺ debem⁹. q̄n ſemꝑ amplius debeam⁹. vt etiā ph̄s dicit. viij. ethi. vñ ⁊ Luc. xvij. dr̄. Cū oīa q̄ ꝑcepta ſunt feceritis dicite. ſerui inutiles ſumus qꝺ debuimus facere fecimus. ḡ hō nō pōt aliquid mereri a deo. ¶ Pre. ex eo ꝙ aliq̄s ſibi ꝓficit nihil videſ mereri apud eū cui nihil ꝓficit. ſꝫ hō bene opando ſibi ꝓficit vel alteri hoī. nō autēꝫ deo. Diciſ enī Iob. xxxv. Si iuſte egeris q̄d donabis ei aut q̄d de manu tua accipiet? ḡ hō non pōt aliquid a deo mereri. ¶ Pre. quicūq̃ apud aliquē aliquid mereſ cōſtituit eū ſibi debitorē. debitū enī eſt vt aliquis mereti mercedē rēpēdat ſꝫ deus nulli ē debitor. vnde dr̄ Roma. xi. Quis prior dedit ei ⁊ retribueſ ei. ḡ nullus a deo pōt aliquid mereri. ¶ Sꝫ ↄ̄tra ē qꝺ dr̄ Hiere. xxxi. Eſt merces opi tuo. ſed merces dr̄ qꝺ ꝓ merito reddiſ. ergo videſ ꝙ hō poſſit a deo mereri. ¶ Rñ. dōm ꝙ merituꝫ et merces ad idē referunſ. Id enī merces diciſ qꝺ alicui recōpenſaſ ꝓ retributiōe opis vel laboris q̄ſi quoddā ꝑciūm ipſius. vñ ſicut reddere iuſtuꝫ ꝑciū ꝓ re accepta ab aliquo ē act⁹ iuſticie. ita etiā recōpenſare mercedeꝫ opis vel laboris eſt actus iuſticie. iuſticia aūt eq̄litas quedā eſt. vt ꝑꝫ ꝑ ph̄iloſophū in. v. ethi. ⁊ ideo ſimpliciter ē iuſticia īter eos q̄ꝛ ē ſimpliciter equalitas. eorū vero quorū nō ē ſimpliciter eq̄litas nō ē ſimpliciter iuſticia. ſꝫ quidā iuſticie modus pōt eſſe ſicut dr̄ quoddaꝫ ius paternū ſiue dñatiuū. vt in eodē libro ph̄s dicit. ⁊ ꝓpter hoc ī hiis ī quibꝫ ē ſimpliciter iuſtū. ē ⁊ ſimpliciter ratio meriti ⁊ mercedis in quibꝫ aūt ē ſm̄ quid iuſtū ⁊ nō ſimpliciter. ī hiis etiā nō ſimpliciter ē ratio meriti. ſꝫ ſm̄ quid. inq̄ꝗ̄tum ſaluaſ ibi iuſticie ratio. Sic enī ⁊ filius mereſ aliquid a patre ⁊ ſeru⁹ a dño. Manifeſtū ē aūt ꝙ inter deū ⁊ hoīem ē maxima inequalitas. in infinitū enī diſtant ⁊ totū qꝺ ē hoīs bonū ē a deo vnde nō pōt hoīs ad deū eſſe iuſticia ſm̄ abſolutā equalitatē. ſꝫ ſm̄ ꝓportionē quandā. inq̄ꝗ̄tuꝫ. ſ. vterq̃ opaſ ſm̄ modū ſuū. modus autē ⁊ mēſura hūane virtutis hoī eſt a deo. ⁊ ideo meritū hoīs apud deū eſſe non pōt niſi ſm̄ p̄ſuppoſitionē diuine ordinatiōis. ita ſcꝫ vt id hō ↄ̄ſequaſ a deo ꝑ ſuā opationem quaſi mercedē ad qꝺ deus ei virtutem opandi deputauit. ſicut etiā res naturales hoc cō

ſequūtur p̄ ꝓprios motus et opationes ad qḋ a deo ſunt ordinate. differēter tñ. q2 creatura rōnalis ſeipaȝ mouet ad agendū p̄ liberū arbitriū. vnde ſua actio habet rōnem meriti. qḋ non ē in alijs creaturis. ¶ Ad .j. ergo dicendū ꝙ hō inquātum ꝓpria volūtate facit illḋ qḋ dȝ meret̄. alioquin act⁹ iuſticie q̄ reddit debituȝ nō eſſet meritori⁹. ¶ Ad .ij. dicendū ꝙ deus ex bonis nr̄is nō q̄rit vtilitatē. ſȝ gl̄iaȝ. id ē. manifeſtationē ſue bonitatis. qḋ etiam ex ſuis opibus q̄rit. ex hoc aūt ꝙ euȝ colim⁹ nihil ei accreſcit ſȝ nobis. ⁊ iō meremur aliquid a deo nō q̄ſi ex nr̄is opib⁹ aliquid ei accreſcat. ſed inquātum ꝓpter eius gl̄iam opamur. ¶ Ad .iij. dicendū ꝙ q2 actio noſtra nō habet rōneȝ meriti niſi ex p̄ſuppoſitione diuine ordinationis. nō ſequit̄ ꝙ deus efficiat̄ ſimpliciter debitor nobis. ſȝ ſibiipſi inquātum debitū ē vt ſua ordinatio impleatur.

## Ad ſecūdū ſic proceditur.

